




**De omnibus agriculturae partibus, & de plantarum  
animaliumq[ue]; natura & utilitate lib. XII. : non minus  
philosophiae & medicinae, quam oeconomiae, agricolationis,  
pastionumq[ue] studiosis utiles**

<https://hdl.handle.net/1874/420909>

De omnibus agriculturæ partibus,  
& de Plantarum animaliumq; natu  
ra & utilitate lib. xii. non minus Phi

lophiæ & medicinæ, quàm œconomîæ, agricolationis, pastionumq; studio  
sis utiles. Per longo rerum usu exercitatum optimum agricolam & Philoso  
phum PETRUM CRESCENTIENSEM principem Reipub. Bo  
noniensis, probata fide & doctrina conscripti ad Carolum  
Sicilię regem, ante An. cxxx. Ad autoris tempo  
re scripta exemplaria denuò collati  
& emendati.




B A S I L E Æ

PER HENRICHVM  
PETRI.









# Serenissimo & Potentissi

mo principi D. CAROLO, gratia Dei Hierusalem &  
Siciliæ regi, PET. Crescentiensis, ciuis  
Bononiensis, S. D.



Vum considerarem, studiorum amorem, ætatē,  
uarias occupationes, excellentissime rex, tuæ ma-  
iestatis; uisum est, librum componere, qui afferat  
relaxationem & delectationem animo tuo occu-  
pato regnorū negotijs. Et tuis subditis, alijsq̃/  
utilitatem, quam solam respexi semper dum scripsi. Nec igno-  
ro maculas inter nitentias, spinasq̃ inter rosas mixtas esse. Tuæ  
autem maiestati ad iudicandum trado, ita ut uiuat aut in-  
tereat tuæ maiestatis tuorumq̃ sapientum & in his rebus &  
in alijs peritissimorum iudicio. Est autem approbatus ab  
uniuersitatis nostræ Bononiensis omnibus uiris doctissimis  
in naturalium rerum scientia, & præcipue medicis, quibus ma-  
gna est cura & diligentia in rebus in rure crescentibus, ex quibus  
omnis eorum materia est. Rogo igitur ut serena fronte accipiat  
tua regia maiestas, quod ad nutum & uoluntatem eius scripsi,  
impeditus quidem multis & arduis reipublicæ Bononiensis ne-  
gotijs, temporibus illis difficilimis. Tamen non potui tuæ maie-  
stati tã bene de me meritæ negare, onus suscipere multo uiribus  
meis grauius. Igitur me ad ruris habitationē transtulii iam plus-  
quàm septuaginta annos natus, ut morem gererem tibi regi Illu-  
strissimo, cœlestis regis auxilio qui solus regnat & gubernat o-  
mnia. Valeat tua maiestas, & me humilem seruulum gratia &  
dilectione & fauore pergat fouere, paratum semper ad  
nutum & mandata obedire. Bononiæ  
ex rusculo nostro sub-  
urbano.



# Index eorum omnium

quælibro insunt.

<p><b>A</b>bletis ligni ma- gni usus 173 abies in motib. altis letior 173 abrotani uirtus 195 absinthij uirtutes 194 aceti uirtus 125 acetosa quæ uim habeat 196 acetosum uinum quo pacto curetur 124 acetouasa uinaria corrigi 123 acetum quomodo fiat 124 acetum mixtum aqua iuuat nimium sitientes 7 accipitres quomodo nutri- antur 337 accipitrum ægritudines 338 admissarius equus qualis esse debeat 267 admissarius equus quot an- norum esse debeat 268 ædificia qualia in rure faci- enda 11 ædificiorum fundamēta 18 ædificandum secundum fa- cultates 361 æriuuat plantas si bonus est 22 æris cognitio 3 æris locus 2 æris cognitio 359 ætas equorum quæ maximè probanda 266 ætas equorū quomodo co- gnoscatur 266 ager qualis debeat esse cum arandus est 52 ager qui melior sit 68 ager frumentarius quo lo- co ponatur 68 ager compascuus non aran- dus 44 ager quo remedio utilis red- datur 46 ager noualis 45 agnina caro qualis 389 agni quomodo teneri debe- ant 308 agni tondentur statim quæ-</p>	<p>do à matre ueniunt 308 agni quādo sunt in gregem cōpellendi 308 agnis secreta septa sunt faci- enda 305 agnicasti arboris uirtus 174 agrestæ conficiendæ ratio pag. 120 agrestia sicca quo pacto fiat pag. 120 agrum empturus quid spe- ctare debeat 2 agri quo pacto oblectēt nos maximè 261 agri noualis cultus 49 agri situ uariant 48 ἀγρία ὄγιστος 222 albarus qualis sit arbor 177 albana uua 93 allium post aquam haustū cōmedendum 8 allij usus in medicina 191 alliū multis medetur mor- bis 191 allium quo tēpore rectè plā- tetur 191 allium sæpe sarculandū 191 allij natura ibidem alni lignum ad quem rem utilis 173 alnus quo potissimum lo- co gaudeat 173 alnus fabricis inutilis 19 aluearia qualia esse debeant pag. 326 amedanus ulnus uocatur pag. 173 amygdala per culturam me- lior sit 33 amygdalus qualis arbor 134 amygdalus quomodo sera- tur 134 amygdalus quomodo cola- tur 135 amygdalus ad quas res ma- tericm aptam præbeat 136 amygdala quam uirtutem habeant 136 amygdala amara quæ uim</p>	<p>habeant 136 amygdalus ex semine meli- us quàm ex ramis proue- nit 56 anethum quo loco crescat pag. 192 anethū quando seratur 192 anethi complexio 192 anethi uirtus in medicina pag. 193 anethi semē quā diu duret &amp; quā uirtutē habeat 193 animalium semen 30 anisi uis in medicina 192 anisum quale solum postu- let 192 anseris capiendi ars 345 anseris pascuū &amp; usus 317 anseribus à quibus pericu- lum 317 anates quam naturam habe- ant 318 anorui arboris uirtus 173 apes non pungunt qui lini- tus est succo ruta 242 apes unde nascuntur 326 apes quæ optime sint pag. 327 apes quomodo emēdæ sint pag. 327 apium sedes aptæ 330 apum pastus 327 apibus quæ nocent 329 apum mores 330 apum migratio &amp; discessus pag. 331 apū examina quomodo col- ligenda 331 appiū quādo seri debeat 193 appij genera plura 193 appium ranum ibid. appij uis in medicina ibid. appij syluestris natura 256 apostemata maturat farina frumenti 77 apostemata dissoluit loliū pag. 82 aquila qualis auis 342 aquilo fœcundat uites 96 aq̄ quæ sit optima plātis 363</p>	<p>aquæ natura aqua locus aquæ usus in generatis aqua pluuia laudabilis aquæ mixtæ qualitate men- lica aqua niualis qualis aquæ calidæ uis aquæ falsæ natura aqua turbida lapidem gene- rat aquæ aluminosa natura aqua cum aceto bibita quid profit aquæ qualitas ex terræ quib. tate est aqua ubi bona, copiosaque existat aqua quibus instrumentis utiliter ducatur aqua quæ p̄sit sterquilina aqua grandinis &amp; niuū p̄ nimū nocet plantis aqua frigida plantis inuicis aqua quo pacto clarifica- tur aquam ad rigandum apum faciunt radij solares 350 aquarem cognitio 350 aqua ductus uarij arandi tempus arandi tempora quæ conue- nientia aratio quid conferat aragaici morbo equorū 350 arbores infrugifera arbor perfectam planta ha- bet naturam arboris temperamentū arborum medicamenta 350 arbores quæ ferre debent uites arbores quādo cadēda arbores quædam fructū que dā nullū producent 350 arbores diuersi generis 261 arbori fructus quomodo colligendi 194 arborum</p>
--	--	---	---



I N D E X

arborū syluestriū fructus 365	atriplex quando seratur 191	boues quando domandi 310	caprarum utilitas 310
arbores aliæ in alijs locis 130	atriplex qualē locū amet 191	sint 388	capr. carnes duræ sunt 310
melius proueniunt 130	atriplex quē usum habeat i	boues cito pingues reddun	carduus quādo seratur 205
arbo. quæ durabiliores 19	medicina 192	tur fabis con fractis 80	cardu <sup>9</sup> qualē terrā amet 205
arbores p̄ceriores à septen	atriplicis tēperamentū 192	boum atātū gradus 299	cardui syluestris usus in me
trione 19	atriplicis semen quā uim	boum morborū causæ 302	dicina 251
arbor domestica quomodo	habeat 192	boum pascua qualia esse de	capræ unde dictæ 310
fiat syluestris 32	auellana differentia 136	beant 99	capræ nunquam sanæ ibid.
area ubi esse debeat 72	auellana quō serantur 136	boum stabula qualia esse o.	capræ quō eligendæ 309
area longe sit ab hortis 72	auellanarum uirtus 137	portant 299	cap. forma laud. quæ sit 309
arena quæ bona 18	auenæ syluestris descrip. 73	boum atas quomō cogno.	caprarū stercoreis p̄stantia 37
arena marina 18	auenæ satio ibidem	scatur 301	(304 caprile quale esse debeat 309
arena fossilis 18	auenæ bonum equorum pa	boū quorūdam caro bona	caprinum lac quale sit 310
ari puluis quam habeat uti	bulum ibid.	boum coriū bonum 304	caseus qui bonus, quīq; ma
litate in medicina 218	auenā in mōtib. crescere 49	boum senū caro qualis 304	lus 309
ari uis in morbis 219	auenæ duplex 73	brancæ ursinæ tēperamentū	caseū quo pacto fieri oport.
aries unus quot ouibus suf	ficat 307	antur 348	teat 307
ficat 307	antur 348	idonei sint 305	casei uitia quæ sint 308
arietes quales eligendi 306	aues quomodo retibus ca-	bubulorum carnes melan-	caseum saporem assumere
arietis lingua nō debet esse	pianur 344 & 345 & 346	cholicæ ibidem	quemuis alienum ibid.
uaria 306	auster nobilitat uinū in ui-	bubulci officium in bobus	case <sup>9</sup> quale nutrimentū 304
arietis probata forma 306	tibus 96	domandis 301	castanea ex semine melius
arietū admissura quo tem-	auster nocet granarijs 73	buxus quō crescat 25	quā ramis prouenit 56
pore prima sit 306	auticax equorū morb <sup>9</sup> 277	bux <sup>9</sup> quale lignū habeat 174	castanæ utiles suisibus 311
arietum secunda admissura	autumnales sationes 54	buxus quō plantetur ibid.	castanæ differentia 138
quando sit 306	Arba iouis 218	buxi ligni usus i medicina	castanea quale coelum dili-
aristolochia duplex 195	<b>B</b> basiliconis tempera-	buxi lignū ad quas (174	gat ibidem
aristolochia uirtus contra	mentum 197	res utile sit ibidem	castanæ quō serantur ibid.
uicenum 195	berberis 137	Alamēthi species 206	cast. quando colligendæ 139
aristolochia uirtus mira	betonica cōplexio 198	<b>C</b> calamēthi uirtus 206	castanæ quomodo uirides
bilis 195	betonica in morbis us <sup>9</sup> 198	calamēthi mutatio in	feruentur ibidem
artemisia complexio 194	blitū qualem desideret ter-	mentam 33	castanæ lignum ad quæ u-
artemisia q̄ uim habet 194	ram 196	calamus terram frugiferam	tile sit ibidem
arundinis radix ad quæ uti	blitum quando seratur 196	demonstrat 68	castanearum temperies 140
lis sit 175	bobus multæ accidūt ægri-	calculū frangit capillus ue-	castanearum usus in medi-
arundo qualem terram de-	tudines 302	neris 207	cina 140
siderat 175	bobus quod cibi genus o.	calor cœlestis circuli plan-	castanæ quale tribuant nu
arūs quā temperiem habe-	ptimum 302	tis necessarius est 21	trimentum ibidem
arari usus 173	bononia urbs unde dicta 1	cancer equorū morbus un	castanea durable lignū 19
arinos admissarius qualis	borago quando seratur 197	de ueniat 291	cataputia q̄ uim habet 208
esse debeat 298	boraginis complexio 197	cancrum equorum morbū	caules qualem terram desi-
arinos bonos habere q̄ stu-	boues quomodo curentur	quæ curent 292 (312	derent 200
det. qd. facere debeat 298	in morbis quibusdā 302	cane custode quæ indigeāt	caules quomō serantur 201
arini genera duo 298	boues quādo emi debeant	canes à qbus cōparandi 313	cauliū semina quamdiu du
arini quō exercendi 299	boues alij alijs lo-	canis utilitas ibidem	rent ibidem
ariorum ægritudines 299	cis conueniunt 303	canib. quæ bestia capiantur	cauliū temperamentū 202
armini stercoreis bonitas 37	boues sani quomodo co-	canabis natura 75 (352	caulium nutrimentū 202
arparagi complexio 246	gnoscuntur ibidem	canabis qualē desid. agrū 75	caulium usus in cibo & me
asphodelū quibus alijs no-	boum discrimen numero-	canabis preparādi ratio 75	dicina ibidem
minibus appelletur 195	sum ibidem	canneta quomō fiant 175	cedrus i siccitate durabilis
asphodeli uirtus in medici	boues quādo mutent den-	cannæ usus ibid.	cedri odot fugat ser. (19
na 195	tes 302	canna 181	pentes 307
asphodelorum puluis uti-	boues lienosi reddūtur 303	capillos mundat sinapi 246	centaurea q̄ uim habet 307
lis ad fistulā equorū 392	boues febricitates quomo-	capillus ueneris quā ha-	centaurea duplex est 207
asphures genus accipitrū 339	do cognoscantur 302	beat uirtutem 207	centaurea est ex p̄stantio-



I N D E X.

ribus medicinis	207	cineres quales ad agricultu	ram	39	cartami temperamētū	209	tum emolumentū con-
cepa qualem desideret ter-	ram	202	cipressus ad ædificia bona	materies	19	crepatias equorum morbū	rat in agro
cepa quādo serantur	202	cisternę quomodo fiāt	361	cisternę quales faciendę	sint	17	domorum matrics
ceparum cōplexio	203	citri arbor quę loca amet	pag.	142	204	204	dragantea qualis herba
cepa comesta quid faciant	in homine	ibid.	citri arboris cultura	142	croco quę maximē noceant	204	Buli temperies
cepa quale nutrimentum &	qualis medicina sit	203	citrulli qualem terram desi-	derent	200	204	ebuli radices quā vitā
ceparum succus nares pur-	gat	ibidem	citri arboris cultura	142	croci usus in medicina	205	habeant
ceparum naturā habent sca-	loniæ	249	citonia qualem terram & a-	ërem desideret	140	205	ebulum ubi prouenit spem
cera quō fieri debeat	334	citonia quando serenda	40	citonia quomodo curanda	pag.	141	sua, indicat terrā esse fer-
cerasa ut sine ossibus nascā-	tur	264	clibanum letaminis quid	uocent	38	206	mētis aptam
ceras <sup>o</sup> quo loco seri uelit	137	citonia quando serenda	40	columbina qualis herba	354	206	elephātes quomodo capi-
cerasorum discrimen	137	citonia quomodo curanda	pag.	319	319	206	tur
cerasus quod genus terræ a-	met	137	columbaria quibus malis	fiat	319	206	endiuiæ temperies
cerasi quo tempore anni se-	rantur	ibid.	columbarium nidi quomo-	do faciendi	320	206	endiuiæ quem usum in me-
cerasus quomodo & quādo	inferatur	137	columbarū fœcūditas	321	204	206	dicina habeat
cerasa quam uim habeāt in	cibo & medicina	138	columba quomodo teneri	oporteat	322	206	endiuiæ folia uiridia ubi
cerasorum resina uirtus	138	cerasorum resina uirtus	108	columbarum cibus	322	206	sunt
cerasorū acrium usus	108	cerus in quo loco proue-	niat	258	307	206	enula quomodo seratur
cerus qualis arbor	170	cerui cornu ustum fugat fer-	pentes	307	206	206	enula complexio
cerui cornu ustum fugat fer-	pentes	307	chamomilæ complexio	206	206	206	enula radix quā diu durat
chamomilæ complexio	206	chamomilæ usus in medici-	na	206	206	206	in medicina
chamomilæ usus in medici-	na	206	chelidoniæ temperamen-	tum	209	206	enulæ usus in medicina
chelidoniæ temperamen-	tum	209	chelidoniæ uirtus	209	209	206	epaticæ temperamētū
cherefolium quādo seratur	& quādiu duret	210	ciceris diuersitates	73	209	206	epatica quo loco crescit
ciceris ubi utiliter seratur	ciceris albi natura	74	ciceris nigri facultas	74	209	206	eqni letaminis bonitas
ciceris admissario pecori con-	gruit	74	cicerula quale cœlum & a-	grain amet	74	206	equarum bona forma
ciceris nigri facultas	74	cichoream alio nomine di-	ci sponsam solis	244	209	206	equorum pedes quomodo
cicuta temperies	207	cicuta uenēnosa est	208	cicuta usus in medicina	208	206	curētur si spinis aut ali-
cimona morb <sup>o</sup> equorū	282	282	282	282	282	206	tali laesus fuerit
282	282	282	282	282	282	206	equus, si infusio ad ungula-
282	282	282	282	282	282	206	descendit, quomodo
282	282	282	282	282	282	206	randus
282	282	282	282	282	282	206	equis qui morbi in tergo
282	282	282	282	282	282	206	ant
282	282	282	282	282	282	206	equorum morbi qui in ter-
282	282	282	282	282	282	206	ribus nascuntur
282	282	282	282	282	282	206	equorum generales agna-
282	282	282	282	282	282	206	dines
282	282	282	282	282	282	206	equo qui cibi augeant hu-
282	282	282	282	282	282	206	mores
282	282	282	282	282	282	206	equi quos morbos patien-
282	282	282	282	282	282	206	tur in ungulis
282	282	282	282	282	282	206	equorū ungula affecta quo-
282	282	282	282	282	282	206	modo curentur
282	282	282	282	282	282	206	equorum utilitas
282	282	282	282	282	282	206	equorum mala signa
282	282	282	282	282	282	206	equorum agritudines
282	282	282	282	282	282	206	ria
282	282	282	282	282	282	206	equorum glandula & sero-
282	282	282	282	282	282	206	phulæ
282	282	282	282	282	282	206	equi capitis frigiditas quo-
282	282	282	282	282	282	206	modo curada sit
282	282	282	282	282	282	206	equorū atas quomodo
282	282	282	282	282	282	206	gnosci possit
282	282	282	282	282	282	206	equorum dolor



I N D E X.

equi doloribus quomodo medendum	278	ficus ex uno semine ne crescit	23	fructuum odores & sapes unde potissimum mutetur	37	genesta frutex ubi nascatur	pag. 175
equi pullus quomodo educandus	268	ficus ubi sit ferenda	144	fructuum sylvestrium humor qualis	65	gentiana quam utilitatem habeat in medicina	215
equi quos capiantur	268	ficus quale exigat caelum	144	frumentum feliciter in ualibus prouenit	49	gimus auis	343
equorum dominantur	268	ficus quando & quomodo & quas arbores inseratur	145	frumentum quibusdam locis sub terram conditur	73	gimeta auis nocturna	ibid.
equorum custodia	269	ficus quomodo siccat ibidem	ibid.	frumentis idonea terra	67	gingiuis medetur planta	220
equorum cibis	270	ficuum decoctio ad quam utilis sit	ibidem	frumentum quale praebeat nutrimentum	77	git qualem usum habeat in medicina	82
equi quo pacto docendi ibidem	272	filix quomodo extirpanda	52	frumenta quomodo conseruentur	(27)	git quales flores habeat	82
equi quo tempore curandi	272	fistula equorum morbus quomodo curetur	292	frumentum homini non conueniens est	75	gladiolus herba iris alio nomine uocatur	219
equorum pulchritudo quibus notis cognoscatur	272	flamulae herbae uirtus	214	frumentum nouum maioris nutrimenti est	76	glandium natura	170
equi bonitas quo pacto cognoscatur	ibidem	fluminum defensiones	71	frumenti diuersitas ex terra contrahit	76	glandes utiles suis	311
equae temperamentum	213	florum substantia unde foenum quomodo colligatur	258	frumenti in medicina usus	215	gramen pingue declarat terra fecunditatem	68
equae semina quam uim habeant	213	foeniculum romanum quam uim habeat	192	furma equorum morbus qualis	293	graminis uirtus qualis	216
Abesatione aliquando		foeniculum quomodo seratur	214	furma equorum quomodo curandus	293	gralegae herbae natura	ibid.
Agri melior fieri	118	foeniculi semen quomodo colligatur	214	fungorum uarietas	215	granarij quomodo locus aptus	72
Faba lata frequentius filicem extirpat	52	foeniculi usus in medicina	214	fungi qui boni sint	ibid.	grilla uua	95
Fagi cinis utilis uitriarij	175	foenigraci complexio	215	fungi mortiferi qui	ibid.	granata mala sepibus facienda idonea	13
Fabarum differentia	79	foenum graecum quam uim habeat in medicina	ibid.	fusanus ubi nascatur & quis eius sit usus	176	grilli usus	175
Faba qualem terram amet	79	foliorum generatio	28	Abusia caullum species sunt	216	grues capiendi modus	175
Faba quomodo faciles concoctant	80	foliorum in plantis usus	28	Gabusia conduntur ut rapae	ibidem	gutta rocea morbus bouum	302
Faba lata non potest agro	80	fontes quales debeant esse in rure	15	galbani incensi odor fugat serpentes	451	gyrfalcus qualis auis	342
Fabarum nutritum quale	80	formicas quid ex horto abigat	189	galla unde ueniant eggs	290	H Oedorum carnes bouinae sunt	310
Faba quo pacto coquantur	80	formicae arboribus nocent	70	gallas equorum quomodo curent	290	Herbarum satio diuersis temporibus	188
Faba impinguant boues	80	fossio quid conferat	43	gallarum usus	125	herbae quo loco seruandae sunt	190
Faba diligenti flore aquas	81	foueis quomodo capiatur ferax	353	galla quam uim habeant	170	hircus quando habilis sit ad incundas foeminas	310
Faba spinosa in quibusdam regionibus nascitur ibidem		fraxinus qualis materies	19	gallarum quomodo medeantur	170	hissopi uis	217
Fagi lignum uermibus obnoxium	175	fraxinellae complexio	211	gallinae optime quae sint	318	hissopi uirtutes in medicina	
Fagus ubi potissimum nascatur	175	fraxinus quo genere loci gaudeat	176	gallinarum cibis	ibidem	hordeum ualles amat	49 (217)
Fagi utilitas	175	fraxini usus	ibidem	gallarum pulli quomodo educandi	319	hordeum purgandum	87
Fagi fructus qualis	ibid.	fraxini folia utilia contra uentrem	ibidem	garganica uocata uarum species	94	hord. quo loco seri uelit	85
Falcones aues	378	fraxini natura contra serpentes	ibidem	Gariophyllatae herbae consideratio	216	hordeum margolum quando seratur	85
Falconum diuersitas	340	fraxini foliorum & corticis usus in medicina	176	Garpae quomodo fiant aquis	290	hord. demessum gradescit	
Falconum nobilitas	340	fraxinagolus qualis arbor	176			hordeum quam habeat at temperiem	86
Falcones quomodo alenda	341	frigida loca gignunt auides	8			hordei nutritum	ibid.
Falconibus quae accidant & gradines	ibidem	fructus colligendi sunt decrescente luna	190			hordei usus in medicina	ibid.
Ferale quale genus frumenti	81	fructuum materia in plantis	28			horreorum situs	72
Fer cuius complexionis sit	81					horreorum locus aptus	368
Fascoli quales sint	ibidem					hortum bene dispositum delectare	264
Fascoli qualem terram deserent	ibidem					horti remedia	189
Febres quasdam curat scylla	(245)					horti irrigui utilitas	65
Febres tertiana remedium	220					hortus quale aeris desiderium	187
Ferias seruare iubet Varro	220						
Ficus morbi equorum	296 (19)						
Fici morbi cura	297						



I N D E X.

- horto terre genus aptū 187  
 horto quæ necessaria 187  
 hore<sup>9</sup> quomodo & quando  
 colendus 187  
 humuli natura & uire<sup>9</sup> 217  
 hydropicos iuuat planta-  
 go pag. 220  
 hydropicos iuuat sinapi  
 pag. 246  
 hydrop opitulatur cicer 74  
 hyoscyami natura 217  
 hyoscyami seminum diuer-  
 sitas 217  
 hyoscyami usus in med. 217  
**I**nclauature species 296  
 istericis pdest cicer 217  
 iliaca<sup>9</sup> passioni senetion  
 prodest 248  
 iliaca<sup>9</sup> passioni utile nastur-  
 tium est 230  
 infūditi morb<sup>9</sup> equorū 279  
 infestati morb<sup>9</sup> equorū 280  
 insitionis species 58  
 insitio quæ melior sit 367  
 iris herba quā uī habeat 219  
 iridis puluis q̄ uī habeat 219  
 ismerli accipitres 342  
 iūcus ubi crescit indicat ter-  
 rā habilem frumēto 68  
 iruncij qualis herba 218  
**L**acq̄le nutrimētū 304  
 lactuca quibus tempo-  
 ribus feri possit 222  
 lactuca plures species ibid.  
 lactuce tēperamētū ibid.  
 lactuca qualem generat san-  
 guinem ibidem  
 lapathi ad morbos usus 221  
 lapathum quam complexi-  
 onem habeat ibidem  
 lapathum triplex ibidem  
 lappa qualis sit herba 223  
 lappam scorpionū iētibus  
 mederi 224  
 lappe usus in medicina 223  
 laurus qualis arbor 147  
 lauri frondes 147  
 laurus qualē aērē amet 147  
 lauri folia ad quæ sint utilia  
 pag. 147  
 lauri fructus ad quæ utiles  
 sint 147  
 lauri frondes ueltes à tincis  
 defendunt 147  
 laurcolæ natura 223  
 laureolę usus in medic. 223  
 laureola cū qb. detur ibid.  
 laureola semen quam uim  
 habeat ibidem  
 lentisci complexio ibidem  
 lētisci usus ī medicina ibid.  
 lēticula quale amet solū 82  
 lenticulæ fatio quando 82  
 lenticulæ temperies ibid.  
 lenticula quib. proffit, quib<sup>9</sup>  
 obsit ibidem  
 lepores canibus quomodo  
 capiuntur 351  
 leporarium quid sit 314  
 leporis fœcunditas 314  
 leporum genera 315  
 lepus unde dicatur ibid.  
 letamine opus plātis est 36  
 lethargi medicina acetum  
 est 125 (246  
 lethargicos excitat sinapi  
 libystici tēperamētū 224  
 libystici us<sup>9</sup> ī medicina 224  
 liliij oleum 221  
 liliū quando plātetur 220  
 liliij natura ibidem  
 lilium facit aduersus aposte-  
 mata 220 (ibid.  
 linguæ arietis herbæ natura  
 linguæ auis q̄ habeat cōple-  
 xionē 221 (beat 221  
 linguæ auis quā uirtutē ha-  
 bit 221  
 linguæ auis usus in medici-  
 na ibidem & 84  
 linū quo loco feri debeat 40  
 linū exhaurit agrū 48 & 84  
 linū debet mundari diligē-  
 ter ab omnib. herbis 84  
 lini preparādi modus ibid.  
 lini complexio 85  
 liquiritiæ radix herbæ qua-  
 lis sit 219 (ibid.  
 liquiritiæ usus in medicina  
 literis istruct<sup>9</sup> debet esse ma-  
 gister pecoris 314  
 lolij uis 82  
 lolium inebriat. ibid.  
 lumbricos occidit absynthi-  
 um 194 (thi 221  
 lūbricos occidit succ<sup>9</sup> lapa-  
 thum 191  
 lumbricos expellit alliu<sup>9</sup> 82  
 lumbricos expellit git 82  
 lunæ uirtus 53  
 lunæ nomina uaria ibidem  
 lupini fatio in uineis pster-  
 core est 112  
 lupini natura 83  
 lupini farina aduersatur lū-  
 bricis 83  
 lupini usus in medicina 83  
**M**Aioranæ tempera-  
 mentum 229  
 maiales se defendunt 313  
 maluæ usus in medic. 225  
 mali arboris differētię pluri-  
 ma 147 (gēdæ ibid.  
 malorū species meliores eli-  
 malus quō seratur 147  
 malus in quas arbores inse-  
 ratur 148 (re 150  
 malapunica uaria sunt sapo-  
 malagranata multiplicia sūt  
 malapunica quō plā. ( 150  
 tentur ibidem  
 malagranata quō colantur  
 malapunica quō ser. (150  
 uentur illasa 151  
 malorū gran. utilitas ibid.  
 maligranati liquor q̄lis 152  
 malus in quod gen<sup>9</sup> arborū  
 inseratur 152  
 maleferruti morbus 285  
 malpitio equorū morb<sup>9</sup> 68  
 malua lētū indicat solū 68  
 malixia uua 94  
 mādragorę tēperamētū 227  
 mādragora uim habet som-  
 num inducendi ibidem  
 marrubij uirtus 228  
 matricicis remedium hīsso-  
 pus est 217 (258  
 matrici medetur rosmarin<sup>9</sup>  
 melones qualem terram de-  
 sidorent 224  
 melones quib. cōueniāt 225  
 meliloti uirtus 225  
 mel purum reddit uinū 119  
 mel rosatū uinū clarific. 120  
 melancholicis passionibus  
 prodest thymus 251  
 mercurialis quos humores  
 ducat 225  
 mercurialis succ<sup>9</sup> qualis ib.  
 mellis messis quādo & quo  
 modo fiat 333  
 mēstra puocat sambuci cor-  
 ticis succus 183 (194  
 menstrua puocat artemisia  
 melilotū quā habeat quali-  
 tatem temperiem 225  
 melācholiā purgat laureolę  
 mēspilus arbor 154  
 mēsp. quo pacto ī creaturā  
 mēspila ad quę utilia sūt  
 meridionales loci ī salubri-  
 menstrua prouocat ca. 226  
 pillus ueneris 226  
 mentæ species 226  
 menta quā habeat uirtutē  
 meū quā uim habeat  
 milium duplex  
 miliū quo tēpore serēdit  
 miliij feminis quantum  
 ficiat unijugero ibid.  
 miliū quo pacto seruat  
 miliij nutrimentum 129  
 miliciæ differētia 129  
 morbi ex uētis prouocant  
 morus in ulmum inseri  
 test  
 morus quo aēre gaudet  
 mori cultura  
 mori fractus qualis  
 mori radices medicina  
 mori radices medicina  
 muffa uini uitium  
 muli ætas quomodo cogit  
 scatur  
 muliebris capilli odor  
 gat serpentes  
 munitiones & sepes quo-  
 modo faciendæ  
 muniac<sup>9</sup> arbor qualis sit  
 muniaci fructus ad quæ  
 lis & quando maturat  
 murus quādo faciendus  
 mustelæ anserib. nocēt  
 muscatell<sup>9</sup> uuarū species  
 mustum quō cito purgatur  
 pag.  
 mustū quō bonū fiat  
 mustū qua ratione diu ma-  
 neat mustum  
 myrtus frutex qualis sit  
 myrtuli ad quæ utiles sūt  
 pag.  
 myrti fruct<sup>9</sup> magne uirtutis  
 in medicina & folia  
**N**apus quo loco  
 feri  
 nap<sup>9</sup> in rapā mutatur  
 naporū usus in me-  
 dicina & cibo  
 napelli complexio  
 nasturtij utilitas



I N D E X

abulis quid medeatur 189	gelicidijs solutis 305	beant 167	plantarū medulla quem u-
memora quomodo proue-	oues calidæ nō debent in-	persicus in prunum inferi-	sum praestet 62
olant 256	cludi in ouilia 306	tur 166	plantarum principia 364
enupharis cōplexio 230	oues ut semper moueantur	persica quale corpori tribu-	plātē qb. locis feliciter, qb.
eruis utilis nux cyppi 175	opera danda 306	ent nutrimentum 167	nō proueniant 65
gelellæ temperies 235	oues quibusdam mensibus	persici folia quem usum ha-	plantarum similitudo 58
gellæ cortex ad quæ utilis	continendæ ne nimium	beant 167	plātārū furculi inserēdi qua-
gellæ arboris umbra 158	comedant 306	pes uituli herba quæ sit 218	les esse debeant 59
nocet 158	oues debiles autumnō mu-	petroselini usus in medici-	plantarum syluestrium fru-
nutrimentorum natura 36	tandæ 306 (314	na 234	ctus 69
na ex semine bene proue-	oues indigēt cane custode	peucedani uirtus 234	plantarum per differentias
nit 56	ouium stercus 37	phages in alpibus nasci 256	diuisio 23
na arbor 156	ouium pellium utilitas 309	phasiani qbus pascātur 317	plantarū alimentum 36
naes quomodo seruari	oues quō pascendæ 305	phlegma purgat laureola	plantarum insitio 29
possint 157	ouiu stabulum quā cœli pla-	picis græca usus in (223	planta quæ prōptē crescāt,
uocum cibus qualis 158	gam spectare debeat 305	morbis equorum 286	quæq; non 25 & 21
O Cimi usus in medi-	ouis uulnerata tondendo	πηγανον ἀγριου 241	plantarū diuersitas pro fru-
cina 197	quomodo curetur 307	plumbeis fistulis reddun-	ctū diuersitate 34
olei uis 162	ouilla caro qualis ibid.	tura quæ noxiæ 17	planta cū trāsferuntur quō
oleum uirtus 161	Abuli loco uitia potest	pinii fructus quā uirtutem	ponendæ sint 57
olei quō cōdēdū sit 161	esse 90	habeat 169	planta quo pacto sint colli-
olei rosati quō fiat 178	palma quomodo semi-	pinus qualē locū amet 168	genda 99
olei quo pacto curādæ 160	ne crescat 23	pini in alpib. nascūtur 256	plātago uocatur alio nomi-
olei quō inferatur 159	palma quō seratur 167	piper arbor ubi crescat 169	ne lingua arietis 220
oleis unde uocamentū ac-	palma utrunq; sexū habet	piperis uirtus & natura 169	pluuiā ne uinū corrūpat 113
cidat 160	panis differētia quæ (168	piperis diuersitates infinite 162	pluuiæ plantis utiles 22
oleæ steriles qua ratione fe-	est ex magnitudine 78	pirus syluestris fœcūda idi-	pluuioso cœlo quid i uilla
reces fiant 160	panis uarijs modis coqui-	cat uitib. aptā terrā 97	fieri doceat 20
oleum quomodo ex oliuis	panis facilis dige- (tur 78	pira sistunt uentrē 164	podagra lini herba quam
fieri debeat ibidem	stionis qui sit 79	pirus quō debeat plāt. 162	uim habeat 206
oluetū quō cōstituēdū 159	panicū quale cœlum & ter-	pirorum liquor nō fiat 164	podagræ medetur cicuta ra-
oluetā cōmendantur 68	ram amet 88	pirorū frōdes & folia quā	dix 208
oluetā diligēter custodien-	papaueris i medic. usus 333	naturā habeāt 164	polipodium quē habeat u-
da 160	papyri herbæ usus in medi-	piscinis locus aptus 315	sum in medicina 235
opium unde fiat 233	cina 238	piscines quales in aqua serua-	pomorum uarietas 148
opiani uirtus 231	paralyti prodest ruta 242	ri possint 317	poma qualia sint stomacho
oues si foemellas aut mascu-	pastinaca duplex 236	piscium utilitas 317	poma pontica ad quæ (149
los creari uelis quid face-	pastinacæ syluestris uis 236	pithagoras præfert sinapi o-	utilia sint 149
re debeas 306	pastores quales esse opor-	mnibus herbis 246	populus qualis sit arbori 176
oues ubi conceperint arie-	teat 313	pituitā gallinis nocere 319	populus uineis & agris fru-
tes amouendi sunt ibid.	pascua palustris noxia 305	pix græca facit ad ungulas	mentarijs nocet 177
oues bimæ nec minores	pasi cōficiēdi modus 120	equorum 295	porci hyeme nati exiles si-
submittendæ sunt 306	patrisfamil. offic. in uilla 20	plantarum generatio 23	eri 311
oues quandiu prægnans sit	pauimentū cisternarum 17	plante quo pacto attrahant	porcinum stercus quale 39
ouiu melior ætas 304 (306	pauimentorum materia 17	alimentum 23	porci gregatim nō sunt clau-
ouium sanitas quō cogno-	pauo facile nutritur 316	plantarum partes uegetales	dendi 311
scatur 340	pauones masculi oua foemi-	plantarum radices quē (24	porrū quō seratur 232
ouib. centenis unū arietem	narū suarū psequūtur 316	usum habeant 25	porri usus in medicina &
sufficere ad procreādum	pauonū oua excudunt gal-	planta omnis quibus indi-	cibo 232
oues quandiu ua-	linæ 316	geat 35	porrū crudū comestum ua-
leant & uiuant 307	persicorum nuclei purum	plantas quæ immutent 363	let cōtra ebrietatem 233
oues dum mulgentur silen-	uinum reddunt 119	planta quomodo attrahūt	porri semē seruat uinum ne
dum est 308	perdices quomō saginan-	alimentum 365	fiat acetum 124
oues hyeme ad pascua non	da sint 324	planta syluestris quomodo	portulacæ species duæ 237
debent ire nisi pruina &	persica sicca quam uim ha-	domestica fiat 31	portulaca quā uī habeat 237
			pradium



I N D E X.

præditi empturus quid fa- cere debeat 20	roris humor plantis neces- sarius 22	sambucci succus 183	serpentes quibus rebus pellantur
prata quomodo primo sint formata 253	roris natura 42	sambuci medulla 26	serpentaria alio nomine lumbina uocatur
prata ex agro quo pacto fi- ant 253 (254)	rosa ex aceto contra uomi- tum faciunt 125	sanguis draconis utilis ad morbum equorum 286	serpentaria usus serpilli species
prata quâdo debeant rigari pratorum utilitas 68	rosaceum oleum qua ratio- ne fiat 178	sapa quomodo fiat 120	serpilli usus in medic. <i>ibid.</i>
pruna qualis cibus sit 165	rosarum succi usus <i>ibidem</i>	satio quo tempore fieri de- beat 53	serpentes quales plantis sicomorus qualis plantis pag.
pruni resina 165	rosaria quâdo debeant coli 177	satiuus ager 45	silermontanum quam habet naturam & uirtutem
pruni arboris utilitas 165	rosarum utilitas <i>ibid.</i>	satureia temperamentum 249	siligo amat uallem
prunus quâdo seratur 164	rosaceum mel quâdo fiat <i>ibi.</i>	satyrion, hoc est apium syl- uestre 244	siligo maturatur antequam liquum frumentum
prunus arbor multas habet species 164	rosarum decoctio ad qua utilis sit 179	satyriæ species est testiculus uulpis 340	siliginis usus in medic.
prunus indicat terram aptam uitibus 97	rosarum succus quâdiu duret rosmarini usus 18 (179)	satyrionis natura 244	siligo fit ex tritico in solo ginofo
pruna quo pacto fiant sine ossibus 31	rouer qualis arbor sit 170	sauiua qualis sit frutex 182	sinapi qualem terram de- deret
pisces quâdo capiuntur 356 &c.	rouer in quali terra proue- niat 256	sauiua quo loco bene pro- ueniat 259	sinapi quâ usum habet morbis
psyllij utilitas in medic. 235	ruris cultus quâ requirat 2	sauiua natura 182	sisaga uua
pulcini morbus equorum 280	ruris exercitia quo pacto ua- riantur 21	sauiua foliorum usus <i>ibid.</i>	silymbrij natura
pulegij usus in medic. 238	rubi pingues terram bonita- tem ostendunt 68	saxifragia temperies 245	sitim sedant citonia
pulli gallinarum ad cibum optimi 319 (284)	rubula qualem locum desi- deret 242	scabiola succus laphati iuuat scalamati morbus e- quorum 286	sitim nimiam quid iuuat forba quam uim habet
pulmonis morbus equorum putei dum fodiuntur est pe- riculum 16	rubus quâ plantetur 180	scabiosa quantum in medi- cina ualeat 247	solatri natura
puteus quomodo fiat 361	rubus ubi nascitur, indicat solum habile uitibus 97	scabiola succus laphati iuuat scalamati morbus e- quorum 286	solatri natura
ptisanæ usus 86	rustica res non patitur cessa- tionem 19	scordium allium agreste esse scordij usum in me- dicina magnum esse 246	solatri natura
ptisanæ sanis & infirmis bo- num nutrimentum 86	ruta uis aduersus Basiliscum ruta fugat serpen- tes & omnia uenenosa 242	scortilati morbus equorum 289	solatri natura
Quercus qualem lo- cum amet 256	ruta succus aduersus scor- piones 242	scrophia quot fetus nutrir debeat 310	solatri natura
Quercus qualis ar- bor 170	ruta quomodo seratur 241	scrophia se defendunt 312	solatri natura
Quercus foliorum uis 170	ruta quam uim habet in me- dicina 241	scrophis centum decem uer- res satis esse <i>ibid.</i>	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	radix qualis cibus 241	scutij temperamentum 246	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	radices quâ seruanda 190	semina quibus locis citius degenerent 55	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	radicum in plantis usus 25	seminum preparatio ante- quam serantur 189	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	raphanum quâ plantetur 239	semina quando legenda 190	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	raphani usus in medic. 240	semina quo loco seruanda (190)	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	raphani uis aduersus scor- pionem 240	seminis natura & partes 52	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	raphani uirtus aduersus ser- pentes <i>ibidem</i>	semperuiua quam uim ha- beat 243	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	raph. radix uinum mutat in acetum 125	senectutis temperies 248	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	rapa in qua terra pueniat 238	sepes ex quibus fiat 70 (189)	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	rapae serculandae sunt 238	serere oportet crescete luna	solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	raparum condimentum 239		solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	rapa qualis cibus sit 239		solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	rigandi tempus 56 (89)		solatri natura
Radix quomodo seri- debeat 240	risu satio quâdo & ubi bona tile 182		solatri natura



I N D E X.

Abala caprarum quæ cœli partē spectare debeāt 310	turtures quomodo alere oporteat 324	uinearum uarietas 368	guinem 126
Acidus uitiat uini saporē 40	tussim curat liquiritia 219	uinearum plantandarū tempus & modus 100	uinum medetur etiam animæ morbis 126
Acorandi quando sint acri 40	Accarū uarietas 304	uinea ponendi uarij modi pag. 100	uinum senibus medicina est 126
Acorandi ratio in montibus 48	Vuaccarū coriū 304	uinearum diuersitas 91	uinum quale quibus anni temporibus conueniat pag. 126
Acorationis usus in plantis 36	uaccæ aptæ ad pariedum 299	uinea sine adminiculis nō sunt permittendæ, nisi necesse sit 92	uini diuersitas ibidem
Aquilinum debet esse in umbroso 40 & 41	uaccæ quamdiu prægnantes sint 300	uinearum situs 96	uini ueteris natura ibidem
Aramati loco frondē illigens an subtersternere 19	uasa quomodo curētur ueneno resistit ruta 242	uineti ubi possunt esse, ager est optimus 68	uini uarietas in colore 127
Angulationis cognitio & cura 277	uenti orientales quales sint pag. 4	uineti quo pacto pulchra siant 261	uinum ponticum 128
Arbor qualis arboribus quibus locis optimè possint haberi 311	uentorum mutatio 4	uineis utilem terrā quō cognoscere possimus 68	uinum odoriferum quale sit 128
Arbor se defendunt 311	uentorum cognitio 360	uineti uetusta ubi fuerūt, ager nō est idoneus ad nouas uites ferendas 97	uinaria cella ad quam cœli partem spectare debeat pag. ibidem
Arboræ 312	uentorum cognitio 3	uineis pinguis ager & rarus conuenit 46	uini uirtus 125
Asperposita morbus equorum 294	uentus à meridie 4	uineti uirtus 125	uini sapor quomodo mutetur 121
Astrium pirorum uirtus 163	uerres quādo castrētur 312	uineti uirtus 125	uinum mutandi ratio de sapore in saporem 122
Amarix ad quæ faciat pag. 183	uerres quales optimi 311	uineti uirtus 125	uinum quomodo liberetur à muffa 122
Aspā barbatina natura 350	uerres se defendunt 340	uineti uirtus 125	uinum quomodo in acetū mutetur 124
Aspā admittarij quales esse debeant 299	uerres atas ad implendum sufficiens 313	uineti uirtus 125	uini lapides parui albi clarum reddunt 119
Aspā lignum ad quæ utile sit pag. 176	uicia usus 90	uineti uirtus 125	uinum bonum ex quo uuarum genere 94
Aspā nisi solis radijs cocta inutilis ad plātas est 44	uilla quo ponenda loco 8	uineti uirtus 125	uinum quomodo infundē dum sit in dolia 113
Aspā uertere quid conueniat 43	uilla in quæ cœli partem spectare debeat 20	uineti uirtus 125	uinum quomodo odoriferum fiat 120
Aspā dulcedo quo pacto cognoscatur 68	uilla ædificandæ ratio 10	uineti uirtus 125	uino quibus rationibus color mutetur 121
Aspā natura 67	uilla quibus partibus opus habeat 11	uineti uirtus 125	uinum quo tempore bonum ex uuis fiat 118
Aspā genera multa 68	uilla uillicio officium 19	uineti uirtus 125	uinum quo pacto tingatur 119
Aspā qualitas quibus rationibus cognoscenda pag. 360	uinci arboris usus 184	uineti uirtus 125	uinum uersatum quomodo clarificetur 119
Aspā canis satyriae species 250	uindectus qualis arbor 184	uineti uirtus 125	uinum ne acetum fiat quomodo fiat 124
Aspā id est, herba iudæica natura ibid.	uindemia debet fieri decrescente luna 117	uineti uirtus 125	uinum an aquā habeat quomodo cognoscendum pag. 113
Aspā herba est aromatica ibidem	uindemiæ tempus ibidē 118	uineti uirtus 125	uino aquam habente, quomodo separentur 114
Aspā incrementum 25	uindemiandum quomodo sit 118	uineti uirtus 125	uinum ad digestionem facit 125
Aspā folium indicat terram bonam frugibus 68	uina meliora proueniūt in montibus 49	uineti uirtus 125	uinum cito mutatur in fan-
Aspā recentis natura 77	uinacea usus in plantandis uineis 100	uineti uirtus 125	
Aspā degenerat in solo uiliginoso 51	uineis ad rationem operū reuocandus 20	uineti uirtus 125	
Aspā titurationis genus 77	uinea nouella quando debeat fodi 112	uineti uirtus 125	
	uinea quō fodi debeat 112	uineti uirtus 125	
	uinea conferendæ quō sit terra præparanda 98	uineti uirtus 125	
	uinea quō plantetur 97	uineti uirtus 125	
	uinea quō formētur 109	uineti uirtus 125	
	uinearum renouatio 102	uineti uirtus 125	
	uinea in quo terræ genere optimè respōdeat 98	uineti uirtus 125	







2

# PETRI CRESCEN

TIENSIS, DE AGRICULTURA, OMNI  
busq; plantarum, & animalium generibus, Lib. I.

## P R A E F A T I O.



V M ex uirtute prudentiæ, quæ inter bonum & malum cau-  
te discernit, humanus informetur animus, ad utilis et delecta-  
bilis cognitionem: & in terrenis rebus/pacificus & tranqui-  
lus status imprimis utilis, dulcis & delectabilis reperitur:  
merito hic totis uiribus quærendus est, & inuētus tanquam  
thesaurus inextimabilis/cum multa humilitate & patientia  
conseruandus: per eum nanque facile benigna dei dilectio prouocatur, uita ho-  
minis ille salute seruetur, & rerum abundans copia utiliter procuratur. Hunc  
tamen impij uiri non quærent, & inuentum superbia seu alio detestabili uitio cœ-  
catilacerant: quare licet eorum fortuna prospera sæpe uideatur ad tempus, pe-  
ric tandem, nec dimidiat dies suos. Viri autē pacifici & humiles, licet quandoq;  
læsi fuerint, tamen uiuunt, & apud deum & homines gratiam inuenientes tan-  
dem impiorum hæreditant terram. Ego itaq; Petrus ex Crescentia/natus ciuis  
Bononiensis, qui tempus adolescentiæ in logica, medicina, & scientia naturali  
totum consumpsi, & de immobili legum scientiæ insudauī, pacifici status anxi-  
us post flendum schisma illius egregiæ urbis, quæ uero & sibi proprio nomine  
Bononia, id est, bona per omnia, in omnibus mundi finibus dicebatur, cognoui  
quod in uariata unitate, ac statu pacifico, in dissensionē odium & liuorē, non erat  
iustū plus peruersæ diuisionis immisceri negocijs. Ideoq; annis triginta diuer-  
sas per prouincias/cum earum rectoribus circuiui, subiectis libenter iusticiam  
tribuens, rectoribus fidele cōsiliū, & ciuitates in suo iure ac statu pacifice pro-  
posse cōseruans, multosq; libros antiquorum & nouorum prudentum perlegi,  
& diuersas ac uarias operationes colentium ruralium. Demum/ciuitate diuina  
gratia quodammodo reformata, tædio latæ circuitiōnis & læse libertatis affe-  
ctus ad propria redij, ac cernens, quod omnium rerum/ex quibus aliquid acqui-  
ritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homini liber-  
ro dignius: ut ait Tullius: Et cognoscens, quod in cultu ruris/status facile inueni-  
tur trāquillus, excitatur de ignauia, & proximorū læsio euitatur, amplius, quod  
cultu ruris/exquiriturq; doctrina per quam facilius & abundantius utilitas perci-  
pitur, & delectatio procuratur: quoniam si negligenter & sine certa industria sin-  
gula consueto more colantur, uiris bonis (quidē suarum possessionum redditu-  
bus sine cuiuscunq; læsione iuste uiuere uelint) merito appetenda est, ad cultum  
ruris/mentem animumq; conuerti. Et implorato dei omnipotentis auxilio, actus  
& commoda eius & cuiuslibet generis agrorum & plantarum atque animalium  
A doctrinam



doctrinam obscure & imperfecte ab antiquis traditam & modernis satis incognitam, de sola Christi liberalitate confusus, dilucide tam secundum prudentum naturalis philosophiae sententias ac rationes apertas, quam ex approbatis experientijs tradere in scriptis proposui. Opusculum hoc porro duodecim continet libros. Primus quidem est de locis habitabilibus elegendis, & de curijs, domibus, & his qui habitationi sunt necessaria faciendis. Secundus de natura plantarum & rerum communium cultui cuiuslibet generis agrorum. Tertius de campestribus agris. Quartus de vineis & uino. Quintus de arboribus. Sextus de hortis. Septimus de pratis & nemoribus. Octauus de uiridarijs & rebus delectabilibus ex arboribus, herbis, & fructu ipsarum artificiose agendis. Nonus de omnibus animalibus quae nutriuntur in uillis. Decimus de diuersis modis artibusque capiendi animalia fera. Undecimus de regulis operationum ruris. In duodecimo copiosissima fit commemoratio de his omnibus quae singulis mensibus in rure sunt agenda.

De cognitione bonitatis loci habitabilis quidque empturo agrum primo spectandum sit, Cap. I.

**Q**uoniam cultus ruris, propter continuos eius labores, praecipue fortitudinem habitantium requirit, idcirco conueniens mihi uisum est in hoc primo libro doctrinam tradere de his quae ad cognitionem salutis locorum habitabilium spectant, & de quibusdam habitationi necessarijs. Nam corpora hominum quibuscumque commodis pecuniarijs debent preferri. Dicam itaque in primis de cognitione bonitatis loci habitabilis in communibus quae quidem attenditur circa quinque, uidelicet penes aeris puritatem, uentorum impetuositatem, aquae salubritatem, situs qualitatem, & terrae fecunditatem. quorum quatuor in hoc primo libro tractantur, quintum uero traditur in secundo, quae omnia diligenter consideranda sunt antequam in emptionem praediorum & fabricam domorum pecunia collata, uelox postmodum cum personarum detrimento aut rei familiaris damno, poenitentia non sperata sequatur.

De aere, & cognitione bonitatis & malitiae eius, Cap. II.



**A**er medicis & philosophis testibus, est unum ex elementis generatorum, cuius naturalis locus est circumdatus aqua, & ab elemento ignis circumdatus, & est eius natura calida & humida, si nulla extrinseca causa eam conuerterit, cuius quidem esse in generatis iuuat, ut alleuiantur & rarefiantur & ad superiora eleuentur.



uentur. Circa cognitionem bonitatis aëris animaduertendum est, ne sit putrefactus, & nimis calidus, non distemperate humidus, nec etiam nimis siccus. Nam aër putrefactus putrefacit humores, & incipit humorem putrefacere qui cordi circumdatus est, quoniã ad ipsum propinquius accedit; & aër fortiter calefactus iuncturas laxat, & humores resoluit, & in siti augmentum præstat, & resoluit spiritum, & deijcit uirtutes, & prohibet digestionem, propterea quod calorem innatum resoluit, qui est instrumentum naturale, & colorem citrinum efficit, propter quod humores resoluit sanguineos colorem rubificantes; & quia facit cholera alios superare humores, et cor calefacit calore extraneo, et facit humores fluere, & ipsos putrefacit, & desert eos ad concauitates, & mēbra debilia, & corporibus sanis non est bonus; confert tamen hydropicis & paralyticis, & spasmus humido. Aër uero frigidus calorem innatum ad interiora redire facit, & facit catarrhum, & debilitat neruos, & tracheam arteriam magno lædit impedimento, & digestionem efficit fortem, & omnes occultas operationes efficit fortiores, & exiccat appetitum, & ad ultimum, sanis conuenientior est quàm aër multæ caliditatis. Aër uero humidus plurium complexionum est bonus, & colorem efficit bonum & cutem, & reddit eam mollem, & poros dimittit apertos, sed ad putrefactionem præparat. Et siccus quidem existit huic contrarius. Prædictis itaq; diligenter consideratis, constat aëris temperatam mediocritatem & claritatē quam impossibile est requirendam esse. Aër namq; si bonus est temperatus & clarus, nec substantia extranea temperamento spiritus contraria ei admiscetur, est salutem efficiens habitantium, & cōseruans, & plantę (ut ait Albertus) ab eo proportionabiliter conualescunt, & fructificant. Si uero malus est, & ei misceantur uapores lacuum & stagnorū quibus turbatur, contrarium operatur & tristificat animam & commiscet humores, & plantas corrūpit; & ideo uenti uerentes, & pruinę mortificantes lædunt & destruunt plantas, & in summa, secundum Auicennam. Omnis aër qui cito infrigidatur, cum sol occidit, & cito calefit, cum ipse oritur, est subtilis; qui uero huic est cōtrarius, existit e contrario, deinde deterior est omnibus ille aër qui cor constringit, & aëris angustat attractionem, præter hæc uero dicit Palladius, quod aëris salubritatem declarant loca ab infimis uallibus libera, & nebularum noctibus absoluta, & habitantium corpora cōsiderata; si enim eis color sanus inest, capitis firma sinceritas, inoffensum lumen oculorū, purus auditus, si fauces liquidę uocis com meatum exercent: his signis benignitas aëris comprobatur, contraria uero noxium illius cœli spiritum consistentur.

De uentis, & bonitatis & malitię ipsorum cognitione,

Caput

III.

**S**ermo de uentis, & de eo quod uentorum causa generatur, duobus existit modis, scilicet uniuersalis & absolutus, & sermo secundum illum qui unicuiq; ciuitati proprius existit. Vniuersalis uero sermo est, quod meridionalis secundum situm plurium ciuitatum & locorū calidus est & humidus, scilicet

A 2 calidus



calidus, propterea quod a parte solis uenit, & humidus propter mare meridionale, quod pertranseunt: quare operatur in eo sol fortiter, & euaporant ex eo uapores qui uentis admiscuntur. Et ideo uenti meridionales debilitant & laxant uires, & aperiunt poros, & turbant humores, & mouent eos ab interioribus ad exteriora, & in senibus efficiunt grauitatem, & exituras corrumpunt, & reciduationes egritudinum efficiunt: febres putridas efficiunt & debilitant, & mouent epilepsiam, & afferunt somnum, sed non exasperant guttur. Septentrionales uero uenti sunt frigidi, eo quod transeunt super mōtes & terras frigiditas multarum niuium: & sunt sicci, propter quod eis non multi associantur uapores, quoniam resolutio a parte septentrionis fit minus, & transeunt uapores secundum plurimum super aquas congelatas, aut super deserta, quare uentus iste corroborat & indurat, & que manifeste fluunt prohibet, & claudit poros, & digestiuam uirtutem fortem efficit, & constringit uētre & indurat, & prouocat urinam, & aërem putridum et pestilentialem sanat. Cum uero meridionalis septentrionalis precedit, et sequitur eū septentrionalis, accidit a meridionali fluxus, & a septentrionali expressio, ideoque multiplicantur tunc fluxus materierum & capitis perictorisque egritudines. Et orientales quidem inter caliditatem & frigiditatem sunt temperati, sed sunt occidentalibus sicciore. Septentrionales quidem orientis minus habent maria quam septentrionales occidentis. Venti orientales si in postremo noctis & in principio diei flauerint, uenient ab aëre qui iam temperatus est, propter solē & subtiliatus ab eo, & eius humiditas iam fuit imminuta: ideoque sunt sicciore & subtiliore, quod si in fine diei & principio noctis flauerint, erit res contraria. Orientales tamen occidentalibus uniuersaliter semper existunt meliore: occidentales uero parum plus sunt humidi quam orientales, quoniam super maria transeunt: quod si flauerint in fine noctis & in principio diei, uenient ab aëre in quo sol operatus non fuit, spissiore igitur & grossiore erunt, quod si in fine diei, & principio noctis flauerint, erit res contraria. Prædictorum autem uentorum iudicia propter alias res quandoque mutantur, est enim in quibusdam ciuitatibus & locis conueniens, ut uenti meridionales sint frigidi-

ores cum eisdem fuerint montes niuosi a parte meridiei, & con-

uerterint se uenti meridionales ad frigiditatem, eo

quod super eos transeant, & est cum septen-

trionales meridionalibus calidio-

res existunt, cum circa

deserta fuerint

adducta,

De aqua



De aqua, quæ animalibus conuenit, & cognitione bonitatis uel  
malitæ eius, Caput IIII.

**A**qua est alterum ex elementis generatorem, et eius quidem locus naturalis est, ut sit circumdans terram, & circumdata ab aëre cum in suis sitibus naturalibus permanserit, quæ frigida est & humida, si nulla causa extrinseca ei cōtraria fuerit. Et ipsa quidem in generatis iuuamentum præstat ad figurandas formas, humidum enim licet ad formas figuratas cito

amittat, cito tamen eas recipit, sicut siccum terrestre, licet difficulter eas recipiat, duriter tamen retinet eas. Cunque humidum aqueum & siccum terreum ad se inuicem temperauerint, adipiscetur siccum ab humido ut cito suscipiat & facile figuram: & humidum aqueum acquirat à sicco ut retineat fortiter, quod in eo accidit ex ratificatione & æquatione & figurationibus, & propter humidum prohibetur siccum à sua separatione, & propter siccum prohibetur humidum à sua fluxibilitate. Duplex est aquæ consideratio in hac scientia, alia enim aqua conuenit incolis, alia uero plantis. Et primo quidem de ea quæ hominibus est salubris sermonem faciam utilem. Aquæ igitur, secundum medicos, quæ sunt alijs meliores, sunt aquæ fontium terræ liberæ, in quibus nulla dispositionum & qualitatum extranearum superat, aut aquæ quæ sunt petrosæ quæ sunt digniores, ne terrestri putrefactione putrescant, illa tamen aqua quæ est terræ liberæ melior est petrosa, dum tamen sit currens & soli & uentis discooperta: ex his enim nobilitatem acquirit, neque omnis discurrens, sed illa quæ super lutum liberum non scetidum nec lacuosum incedit, nam hæc melior est ea quæ supra petras fluit, lutum enim mundat aquam ac extrahit & aufert ab ea res extraneas sibi admixtas, & colat ipsam: sed lapides non faciunt illud quod si hæc aqua fuerit multa & forti currens motu, quæ propter sui multitudinem illud quod ei admiscetur in suam conuertit naturam, & quæ suo cursu ad orientem tendit, erit melior alijs aquis, & quanto magis à suo multum elongabitur principio, & post hanc quæ ad septentrionem uadit. Illa nanque quæ ad occidentem tendit & meridiem est mala, & proprie cum meridionales sufflauerint uenti, & illa quidem quæ à locis descendit altis cum alijs bonitatibus est melior, & talis est ferè semper dulcis, & est in pondere leuis & cito infrigidatur & cito calescit, propterea quod

**A** 5 est resoluta



est resoluta, frigida in hyeme & calida in æstate, in qua nullo modo sapor aliquis superat, nec ullus odor, & quod in ea coquitur, cito coquitur, & cito dissoluitur. Debes autem scire, quod pondus est ex experimentis adiuantibus ad cognoscendum aquæ dispositionem: aqua enim quæ est leuior in plurimis dispositione est melior. Pondus autem per mensuram cognoscitur, cognoscitur etiam si in duabus aquis diuersis duo panni unius ponderis madefiunt, & postea uehementer siccentur, deinde ponderentur: nam aqua cuius pondus fuerit leuior, est melior. Sublimatio quidem & distillatio aquas rectificant malas, & similiter decoctio: aqua enim cocta (ut testantur sapientes) minoris est inflationis & uelocioris descensionis, nam decoctio substantiæ acquirat subtilitatē, & ideo clarificatur de super, & grossum terrestre descendit ad imum, nam commixtiones terrestres leuiter à substantia subtili descendunt: sed à spisso & uiscoso non facile descendunt. Ex aquis quoque laudabilibus sunt aquæ pluuia, & præcipue illæ quæ cum tonitruis in æstate descendunt, sed tamen aquæ pluuiali cito aduenit putrefactio, licet sit aqua melior: propterea quod est ualde subtilis, & fit eius putredinis causa putrescendi humores, & impedit pectus & uocem, nam omnis subtilis substantia promptius recipit passionem. Si aqua pluuialis plus ebullierit eius putrefactionis receptio minuetur. Acetosa quoque cum comeduntur putrefactioni opponuntur, & ab impedimento eius securitatem faciunt. Aquæ uero puteorum & aquæ ductuum sunt malæ, comparatione aquarum fontium, sunt enim aquæ constrictæ terrestres longo recipientes tempore. Ex eis tamen illæ deteriores sunt quibus ex plumbo uis factæ fuerint, quoniam ex eius uirtute aliquid adsument, unde frequenter ad dyssenteriam inducunt. Aqua autem paludis deterior est aqua putei, quia manatio aquæ putei acuitur, propter illud quod de ipsa extrahitur, unde perdurat eius motus & non multum moratur in constrictione, nec manet in locis unde manat longo tempore. Aqua uero paludis, propterea quod longo tempore moratur in foraminibus terræ putrefacientis, & eius motus in manando & egrediendo est tardus, & non est nisi in terra corrupta & putrida, mala est. Aquæ uero lacuales, stantes, præcipue discoopertæ malæ sunt & graués, quia in hyeme non infrigidantur nisi per niues: ideoque generant phlegma. Et quia calefiunt in æstate propter solem, & putrefactionem generant choleram. Et propter spissitudinem quidem ipsarum & commixtionem terrestriam cum eis, & propter resolutionem subtilis earum, generatur in eis qui eas bibunt splenis mali affectus, & interiora ipsorum ingrossantur, & eorum extrema macrescunt, & humeri & collū, et comedendi desiderium in eis superat sitis, & constringuntur eorum uentres, & difficile uomere possunt, & quandoque perueniunt ad hydropisim, propterea quod aquositas in eis retinetur, & quandoque ad apostemata pulmonis & splenis & ad dyssenteriam, & ipsorum epar debile reddit, & in eis multæ aliæ ægri tudines generant, & mulieres raro impregnantur, & cum difficultate pariunt, & pariunt pueros apostemosos, & frequenter fit in eis mola




eis mola & impregnatio mendosa, & eorum pueri sæpe patiuntur uarices & crurum insanabilia ulcera, & quartanis abundant, & multas alias ægrotudines patiuntur, & in senibus febres fiunt adurentes, propter siccitatem naturarum ipsarum. Aquæ præterea quibus admiscetur metallica qualitas, aut eius simile, & aquæ sanguifugales omnes malæ sunt uniuersaliter, licet in quibusdam ægrotudibus afferant iuuamentum: aqua enim in qua superat uirtus ferri, iuuamentum præstat in hoc ut interioribus fortitudo tribuatur, & ut dissenteria prohibeatur, & ut uirtutes desideratiuæ omnes procedant. Aquæ niuosæ & glaciales sunt grossæ: nix uero & aqua glacialis cum munda fuerit, non commixta alteri rei uirtutem habenti malam, siue soluatur & fiat ex ea aqua, siue mittatur ipsa in aquam erit bona, nocet tamen dolores habentibus neruorum: sed cum coquitur ad bonitatem redit. Quod si aqua glacialis ex aquis malis fuerit, aut nix uirtutem contrahens malam & extraneam à locis in quibus ceciderit, erit mala. Aquæ præterea temperate frigida sanis melior est aquis omnibus, licet neruos impediatur, & apostemata in interioribus habentibus lædat: ipsa enim appetitum excitat, & stomachum fortem efficit. Aqua enim calida digestionem corrumpit, & facit natare cibum in stomacho, & ad hydropisim adducit & hecticam & consumit corpus. Aqua calefacta tepida efficit nauseam, & cum fuerit calidior quam hæc, & iniuniu bibita multotiens, stomachum lauabit, & uentrem soluet, eam tamen frequenter bibere est malum, quia stomachi uirtutem debilitat. Illa uero quæ multum est calida, colicam resoluit & splenis uentositates frangit. Aqua uero salsa macrescere facit & exiccat, & primo mouet uentrem propter uim radendi quæ in ea existit, postea stringit eum in fine propter siccitatem nature eius, & corrumpit sanguinem, ideoque pruritus generat. Aqua uero turbida lapidem generat & opilationes, ideo post ipsam res comedenda est prouocatiua, licet solutum uentrem habenti plerumque conferat ipsa, & omnes aquæ grossæ & graues, propterea quod in uentre morantur nec cito descendunt. Eius uero theriacæ existunt res unctuosæ & dulces. Aquæ uero alumniosæ mulierum superfluitatem currere non permittunt, neque spuere sanguinem, & prohibent illud quod de hemorrhoidibus egreditur, sed corpora quæ febribus sunt apta fortiter ad eas perducunt, & ferè quidem splenem resoluunt, & non coire ualentes adiuuant. Aëres uero corruptioni complexionis utiles existunt. Emendatur autem aqua si uehementer coletur, & coquere quidem aquam eam, quandoque colat, ut dictum est, & inter puræ aquæ substantiam & id quod ei admiscetur separationem facit, & maius hoc toto est ipsam sublimando stillare. Aquam uero cum uino bibere utile est, ex eo quod eius remouet maliciam, cum ipsius malicia fuerit ex genere pauce prætrationis. Aqua etiam cum pauca fuerit & non inuenitur temperata cum aceto erit bibenda, & proprie in estate, quoniam hoc à multo excusat potu. Aqua propterea salsa cum aceto bibenda est, & syrupo acetoso, in quam siliquæ & mirthi grana sunt præicienda, & sorbæ, & post aluminosam quidē



aquam & ponticam bibendum est totum id quod naturam soluit, unum quoque est ex eo quod post ipsam potatum confert. Super amaram quoque exhibenda sunt dulcia & unctiosa. Ante aquam stantem & palustrem, in qua existit putrefactio, non sunt gustanda nutrientia calida, super quam stiptica sunt exhibenda ex fructibus frigidis, sicut citronia, & maciana, & cotula. Super aquas quoque grossas & turbidas utendum est allio, & ex eo etiam quod eas clarificat est alumen, & ex eis quoque que diuersarum aquarum remouent malitiam sunt cepe, quoniam sunt ut theriaca, & proprie cepe cum aceto & alleo, etiam & ex frigidis rebus sunt laetuce. Solet autem quandoque (ut Palladius ait) occultiore noxam teetior inferre aquarum natura, que prefatis rationibus discerni non potest. Ideoque ipsas ex incolarum salubritate noscamus, si fauces bibentium purae sint, si sanum caput, si in pulmonibus aut thorace, aut rara, aut nulla est causatio, si uenter, aut uiscera, aut latera siue renes nullo dolore, aut inflatione uexantur, si uitia nulla uelice sint. Haec & similia si apud incolas pro maiori parte constare uidebis, nec de aere aliquid nec de fontibus suspiceris.

De situ loci habitabilis, & de cognitione bonitatis & malitiae eius, Cap. v.



**H**abitacionum seu terrarum situs duplex consideratio est, una quidem ratione salutis habitatorum, altera ratione fecunditatis agrorum, & primo de primi situs natura dicetur. Sciendum est itaque, ut ait Auicena, quod locorum habitabilium dispositiones, in corporibus diuersificantur causa altitudinum & profunditatum in ipsis, & causa dispositionis ipsius terrae, si est lutosa, aut humefacta, aut cretosa, aut si est in eam intrus mineræ, & dispositio multitudinis aquarum, aut paucitatis earum, & dispositionis eorumque in eis uicinantur, sicut arborum, & uinearum, aut fouearum, aut cadauerum, aut horum similium, & ex montium & marium uicinitate. Loca habitabilia calida nigrificant capillos & incrispant, & cum in eis maxima fuerit resolutio, & minuet humiditas aduenietque senium cito sicut in terra nigrorum, illis namque qui ibi morantur aduenit senium in annis triginta & eorum corda sunt timida, propterea quod spiritus multum resoluitur. In locis habitabilibus frigidis sunt corda audacie maioris, & melius digerentes, que si fuerint humida, erunt ibi morantes grossi et carnosissimi, & multa abundantes adipe: quorum uene erunt profundæ & occultæ, et ipsi erunt teneri & albi. In locis habitabilibus humidis



midis morantes pulchrarum sunt facierum, quorum cutes sunt lenes, & cum exercitantur cito aduenit lassitudo, & eorum ætas non multum calescit, nec hyems ualde infrigidat, & eis aduenient febres multæ in ore & uentre, & sanguinis multus exitus ex mensuris & hæmorrhoidibus, & multiplicatur epilepsia. In locis habitabilibus siccis morantium exiccantur complexiones, & ipsorum obfuscantur cutes & exiccantur, & eorum cerebris cito aduenit siccitas, & eorum ætas est ualde calida, & hyems multum frigida. In locis habitabilibus altis morantes sunt sani & fortes, laboris multum patientes, & uiuunt diu. In locis habitabilibus profundis morantes, in uaporositate multa existunt & epatis debilitate, & aquis abundant non frigidis, & proprie si fuerint stantes, ut aquæ lacuum aut stagnorū, & eorum aer est malus. De locis habitabilibus petrosis & discooperatis, horū aëres in estate sunt ualde calidi, & in hyeme multum frigidi, & eorum corpora sunt dura, solida, & multorum capillorū, fortia, & iuncturæ manifestæ, & uincit in eis siccitas, & sunt multum uigilantes, & sunt malorum morum, inobedientes, & est in eis bellorum fortitudo, & solertia in artibus & acuitas. In locis montuosis niuosis morantium, iudicium est sicut iudicium aliarum terrarum frigidarum, & eorum terræ uentosæ, & dum nix moratur generantur in eis boni uenti, sed cum nix resoluitur, si mōtes habeant qui uentos prohibeant, sunt uaporosa. In locis habitabilibus marinis temperatur caliditas & frigiditas, propter suæ humiditatis ad passionem inobedientiam. Habitantium in locis septentrionalibus, iudicium est sicut iudicium ciuitatum & temporum frigidorum, in quibus multiplicantur constringendi & comprimendi ægri tudines, & multiplicantur in eis humores in occulto corporis cōgregati, & solet in eis esse digestiue bonitas, & uitæ longitudo. In corporibus propterea eorum ulcera sanantur, propter eorum fortitudinem, & sanguinis eorum bonitatem, & propterea quod exterius nō est causa quæ ea laxat, aut quæ ea detegat, sed propter multam caliditatem cordium eorum, sunt in eis mores lupini. Habitantium in locis meridionalibus iudicia sunt iudicia terrarum & temporum calidorum, plurimum autem aquarum quæ sunt in eis est salsum & sulphureum, & capita morantium in ipsis sunt plena humidis materijs, quoniam merides hoc operatur. Et eorum uentres sunt soluti, propter illud quod ab eorum capitibus ad stomachos descendit, membra quoque eorum sunt lassa & debilia, & sensus ipsorum graues, & desyderia etiam comedendi & bibendi debilia, & quolibet uino grauantur, & propterea quod capita eorum & stomachi debilia existūt, ulcera quoque eorum duriter sanantur & mollificantur, mulieribus quoque accidit multus sanguinis menstrui exitus, nec constringitur nisi cum magna difficultate, & frequenter abortiunt, propter multitudinem ægri tudine arum, uiris quoque accidit a uentre sanguinis exitus & hæmorrhoides, & ophtalmia humida, quæ cito sanantur, senibus uero in prima senectute cum transeunt quinquaginta annos, accidit paralisis ppter eorū catarrhos, & accidit frequenter eis, ppterea quod



quod sunt eorum capita plena, asma & epilepsia, & accidunt eis febres, in quibus caliditas & frigiditas coniunguntur, & febres longæ hyemales & nocturnæ. Acute uero febres parum accidunt eis, propterea quod eorum uentres multum resoluuntur, & dissoluitur subtile quod est in ipsorum humoribus. De locis habitabilibus orientalibus, ciuitas quæ est ab oriente aperta, & in oppositione posita, est sana & boni aëris, sol enim in principio diei super eam leuatur, & aërem eius clarificat, postea recedit ab ea, aëre iam clarificato, & exufflant super eam uenti subtiles quos permittit eis sol, deinde ipsemet eos sequitur, & conueniunt eorum motus. De locis habitabilibus occidentalibus in ciuitate quæ ab occidente est discooperta, & est ab oriente cooperta non uenit ad eam sol nisi tarde, & illico cum uenit ad ipsam incipit elongari ab ea, quia non ei appropinquando incedit, non ergo eius subtiliat aërem nec exiccat, sed dimittit ipsum humidum, grossum, & si uentos ei mittit, mittit eos ab occidente & in nocte, iudicia ergo ipsarum sunt iudicia ciuitatum humidarum complexionum, caliditatem habentium temperatam, grossam, & nisi esset propter illud quod ex spissitudine prouenit aëris earum natura ueris naturæ similis existeret, sanitas uero in eis minus existit quàm in terris orientalibus, cum diminutione multa: Quare qui loca eligit habitabilia cognoscere debet terram ciuitatis, uel loci alterius habitandi, & quomodo eius existit dispositio secundum altitudinem & profunditatem, & discooperturam, aut cooperturam & eius aquam & substantiam aquæ ipsius, & quomodo existit secundum sui propalationem eius & discooperturam, aut secundum sui occultationem & ipsius profunditatem, & si sit uentis exposita, aut in terra profunda, & debes cognoscere uentos ibi flantes, si sint sani frigidi, & quid ei sit uitium ex maribus, & pelagis, & montibus & mineris. Et debet scire qualis sit terra secundum sanitatem & ægritudinem, & quæ ægritudines illic commorantibus euenire solent, & debet cognoscere illic commorantium fortitudines, & eorum desideria & digestiuam, & nutrimentorum eorum bonitatem. Et quomodo eius existit structura, & si sit ampla & spaciola, aut sit introitus angustus, post hoc oportet ut fenestræ & portæ sint orientales & septentrionales, sitque illud unde magis sollicitari debet, ut uenti orientales structuras ingredi ualeant, & ut sol ad unumquemque locum intrare queat qui ibi existit, quoniam ipse est qui aërem reificat, uicinitas quoque aquarum dulcium nobilium currentium multarum mundarum, & quæ in hyeme calefiant & æstate in frigidantur & diuersæ ab eis quæ occultantur, est res conueniens & adiutorium præbens. De situ uillæ, id est, domus, tam ratione habitatorum quam fructuum scribit egregie Varro. Villam ædificandam potissimum intra septa uillæ habeat aquam, si non quam proximam, quæ ibi sit nata uel perennis influatur. Si uero aqua non est uiua, cisternæ faciendæ sub tectis, & lacus sub diuo ex altero loco, ut homines ex altero ut pecus uti possint. Dandam operam ut potissimum sub radice montis syluestris uilla ponatur, ubi pastiones sunt late, aut ubi uenti saluberrimi flant, quæ posita est ad exortus equi noctiales



noctiales apertissima, quod æstate habet umbram, hyeme solem. Si cogaris prope flumen ædificare, curādum est ne aduersus eum ponas, hyeme enim fit uehementer frigida, & æstate non salubris. Animaduertendum est si iuxta erunt loca palustria, & propter easdem causas, & quia cum arescant crescunt animalia quedam minuta, quæ non possunt oculi cōsequi, & per aëra intus in corpus per os & nares perueniunt, & efficiunt difficiles morbos, item scrophæ, uitandum est, inquit, ne in eam partem spectet uilla ex qua uētus grauior afflare solet, ne in conualle caua, sed potius in sublimi loco ædifices, eo quod cum perflatur, si quod est ibi aduersarium facilius discutitur. Propterea locus qui à sole tota die illustratur salubrior est, quia & bestiolæ si quæ prope nascuntur & inferuntur aut flatu aut aritudine cito pereunt. Nimbi repentini ac torrentis fluij periculo sunt si illis qui in humilibus ac cauis locis ædificia habent. Ob hoc & propter prædonum manus superiora loca tutiora. In uilla faciendæ stabula bubula quæ in hyeme possint esse calidiora. Itē cellas in loco plano ubi uasa uinaria & olearia esse possint. Item ubi condantur fructus aridi, ut granum & scenum in tabulatis. Item ubi uersetur familia prouidendum, ut fessi opere aut frigore aut calore possint commodissime se in quietem recipere. Villici prope ianuam cellam esse oportet, eumque scire quis introeat aut exeat noctu, quid uerant, præsertim si hostiarius est nemo. Cato scribit, uillam urbanā pro copia ædificatō in bono prædio: si bene ædificaueris, libētius & sæpius uenies, fundus melior erit & fructus plus capies, si te uicinitas libenter uidebit, opera facilius locabis, operarios facilius conduces.

De curijs siue tumbis in diuersis locis diuersimode faciendis, Cap. VI.

**C**urix siue tumbæ faciendæ in rure occasione habitationis domini & rusticorum & ad eam fructuum portandorum, & animalium nutriendorum, quadruplex est consideratio: aut enim locus ubi curiam facere cōstitimus situs est inter alios domos uillæ, aut est ab eisdem remotus: iterum aut in plano aut in montibus, rursus aut est in loco tuto, aut periculoso positus, si quidem inter alias domos uillæ situs est, curia non tanta eget fortitudine & munitione clausuræ quia minus est furum insidijs expositus locus talis: & quia proximū habet uicinatorum auxilium, si fuerit necessitas quæpiam. Si uero est ab alijs domibus in loco solitario segregatus, conuenientibus foueis, ripis & sepibus undique cingendus est propter oppositas rationes. Quod si est in plano, si quidem nimis depresso per totam curiam terra cumulanda est aliunde, & pluuiæ in eam cadentes inde possint facile deriuari. Si uero in montibus fuerit, ubi mons foueis aquis muniri non possit, eligatur locus cui nisi per ordinatum introitum sit asper accessus, ut quæ fossarum circuitu muniri non potest, seueritate rupis & altitudine muniatur. Si autem locus est ab impietate inimicorum tutus, tunc sufficit si talibus solummodo ualletur munitionibus quibus à furibus, qui etiam plerumque patris insidiantur tempore, securus existat. Et cum in parte periculosa fuerit, si quidem ualde



dem ualde potētibus inimicis expositus, tutius erit locum desertum ad tempus relinquere, quā incaute se & sua morti ciuili aut naturali exponere, nisi forte patrem familias ad fabricam inexpugnabilis castris uel arcis, diuitiarū moneat multitudo. Si uero beronarij aut debiles inimici partes illas quandoq; intrent & spoli-ent, curia muris aut cōgruo palangato cingatur. Ad quē si domini facultas non sufficit, in uno angulo curiē fiat riparum ac foueae munitio fortis, & super eam edificetur turris, in qua cum rebus suis se pater familias cum colonis tēpore oportuno recipere possit. Præmissis itaq; iam dictis, considerationibus eligendus est locus curiæ in magis idonea parte agrorum, cuius magnitudo talis esse debet, quæ proportionabiliter colendarum terrarum mensuræ respondeat. Et in toto circuitu fossarum latitudine designata, tantum infra tumbam quantum est dimidie foueae latitudo undiq; notetur, ibiq; ordine tempore congruo, uidelicet octobris uel nouembris, februarij uel martij, salicum uel populorum, aut ulmorum plantæ quinq; pedibus, uel etiam minus subinuicem æquæ distantes ponantur, deinde foueas persequantur fossores ad interius tumbę terrā uniuersam ponentes, et terram solidam per unum pedem iuxta fossatam uacuum et discooperatam relinquentes, ubi postmodum aliquot ex dictis temporibus spinarum plantę incipientes ponantur, & superducta iterum dicta terra cum uangis & accaronibus, cum secundum formam riparum unum pedem sursum excreuerit, iterum spinarum plantis oppositis super eas terra iterum cumuletur, sicq; agendum est donec ad summitatem ripæ fuerit peruentum. Si uero timeatur de ruina riparum, loco spinarum uel inter ipsas plantas graminis uiridis ponantur radices, sint autem spinarum plantæ tales, quales sunt plantę spinarum. Inde si haberi possunt, ipsæ enim sunt mirabiles ad pungendū, uel sint spinę albæ, aut pruni syluestres, aut plantę rosarum syluestrium, uel domesticarum albarum, rubus uero licet laetis fortem faciat sepe, tamen omnes alias suffocat plantas, cum non magne existunt, & ideo mihi non multum placet, si possint alię ex prædictis haberi. Plurimum autem cauendum est ne inter prædictas spinarum acies, arborum fructiferarum, aliquæ plantæ ponantur, quia desiderio fructuum homines sepes destruunt, & fossata, ita ut talis curia nunquam poterit clausa teneri. Plantę limeliter infructuosæ arboris ibidem natę non procuretur augmentū, quia eis crescentibus, spinarum dilecta custodia, ex ipsarum arborum umbris et radicibus, ac omnino periret, aut magnam lesionem sentiret. Præterea primo & secundo anno eadem spinarū plantę singulis estatis mensibus herbis ibidem natis mundentur, ne ab ipsorum radicibus humore uiolenter attractę plantulę arefcere defectu nutrimenti cogantur. Plantę uero salicum, populi uel ulmorum quibus prius disti esse plantandas, sine dubio in summitate ripę prouenient, quę cum circa se terre nouę multitudinem habeant, & per earum radices transeant aquæ curiē defluentes ad foueas mirabiliter conualescent. Inter quas fieri poterit seps ficta, uel quod melius est statim cumulata ripa, inter eas multitudo spissa plantularum dic-  
etarum



ctarum arborum infiguratur. Hęc autem cum conualeant, & incisione atq; plicatura & spissate fuerint fortem constituunt sepem, seu quasi palangatum quoddam, quod longissimo tempore perdurabit. Stipites uero dictarum arborum primicus palangatarum inter decem pedes in altum eleuare non patiaris, quia ultra modum priuaret curiam, quę propter salutem habitantium aërem salubrem requirit, solis beneficio & uetorum. Eo excepto quod super quolibet tumbe angulo arborem unam quantum ascendere poterit permittas in altum extolli, quoniam hoc curiam plurimū decorabit, nec prefatam propter earum paruum numerum inferre poterunt lesionem. Pręterea & duę similiter supra portas dimittantur augeri, ad quorum umbras quiescāt homines tempore magni æstus. His igitur diligēter obseruatis, sine magnis expensis curia fossatis spinarum sepibus & arborum forti munitione præcincta cum laudabili forma & commoda habitantium curia manebit in cacumine montis. Circa domos fiant sepes ex plantis malorum granatorum, hæc enim plantę loca aspera non formidabunt, quia hæc arbustula modico nutrimento contenta est, & sepem constituit spissam & fortem ex multa pullulatione radicum ipsius. Et uolentibus per eam ingredi pungentibus spinis eius uiriliter se opponit. Et nihilominus fructum utilem & decorē singulis annis possessoribus suis præstat. Magne autem arbores in talibus non conualescunt locis, quia plurimo indigent nutrimento, quod ibi sufficienter haberi non potest ubi terra nimium est saxosa. Veruntamen in locis decliuis montium, ubi est lætum solum, possunt prædictę plantationes & maxime spinarum & ulmarum satis cōuenienter fieri, sed salix & populus in talibus locis non, nisi riuos & sabulum, & terram ualde solutam habeant, non conualescunt ad uotum. Si uero locus tante frigiditatis, existat quod in eo punica arbor uiuere non possit, ex eis claudatur arbustulis aut spinis quę in regione illa & loco simili experientia indicet melius defendantur. De clausura & munitione curiarum quę supra dicta sunt utiliter dixisse sufficiat, de nobilibus autem & mirabilibus munitionibus & tumbris circa curias ex arboribus artificiose faciendis ad librum reseruauit octauum.

De intrinseca dispositione curiæ, Cap. VII.

**C**uria prædicta intrinsecus disponatur hoc modo: In medio faciei anterioris fiat ingressus in eam, latitudinis in opposita parte decem pedum ad minus, & eiusdem latitudinis in opposita parte fiat egressus, per quē ad aream, uineam, uel agros posteriores eatur. Nam latitudo præfata sufficit ad curiam introitum sceno uel palleis inferēdis. In locis eisdem portę fiant nobiles uel ignobiles, secundum placitum domini, dum tamen ferreis uectibus & clauibus possint in nocte firmari, supra eis uero fiat coopertura uel domus, ut mundior & siccior seruetur introitus, & ne portę pluuijs & ratione temporis breui putrescant. Pars dimidię curię, quę est una parte portarum pro domino disponatur, hoc modo uidelicet, quod iuxta uiam quę curiam diuidit fiat domus, quę lōgam

B faciem



faciem teneat, & ad posterius parum tendat: & quod domus non capit, suppleat  
 sepi alta uel murus. Si autem domus magna uel parua, murata uel tegulis coo-  
 perta uel cannis, secundum domini uoluntatem. Et in ea parte iuxta ripas tum-  
 bae pergularum & uuarum genera nobiliora plantentur, quae tandem octo uel  
 decem pedibus eleuare in altum poterunt, decorumque facere pergularium su-  
 per ripas, adhærens arboribus ante dictas, deinde quinque uel sex pedibus infra  
 curiam circunquaque humiles plantentur arbutulæ, ueluti ficus & malagrana, &  
 si aeris illius qualitas patitur, & mizelæ, & ciconiorum plantæ, per medium ue-  
 ro illius loci plantentur aliquæ plantæ, pirorum & malorum uiginti pedibus ad-  
 minus distantes, quæ procedente tempore diuersis pirorum & malorum gene-  
 ribus singulis æstatis & autumn mensibus maturandorum cum diligenti indu-  
 stria inserantur, horum enim uitium & arborum fructus domino specialiter re-  
 seruandi, propter fortes clausuras erunt à rusticorum uoraci improbitate secu-  
 ri. In eo etiam loco amœnum formabitur uiridarium, & dominicus hortulus, &  
 apium dilecta societas illæsa seruabitur: & turtures, ericij & lepusculi secundum  
 modos quos in locis suis dicam. In alia uero parte dimidia fiat domus & tuguria  
 iuxta ripas circunquaque, uel duas partes aut unam tantum occupantia, secundum  
 exigentiam familiæ colonorum & animalium nutriendorum, curia remanente  
 in media expedita. Domus meliores in una parte deputentur habitationi colo-  
 ni, & aliæ animalibus ea in parte nutriendis. Iuxta domos rusticorum sit puteus,  
 si fons desit, in parte conuenientiori fiat secundum modos & formam consueto  
 modo conseruatas, dum tamen puteus & fossata curiæ à palude letaminis quar-  
 tum poterit elongetur, ne fossarum aut letaminis humor putridus per occultos  
 terræ ingrediatur meatus. In alio uero curiæ capite iuxta tuguria bestiarum, pa-  
 lus formetur letaminis maturandi, dominica quantum poterit domo remota. Et  
 si tanta sit domorum nobilitas & potentia, quod dedignetur in eadem curia cum  
 suis habitare colonus, poterit cōmode in prædicto loco si dispositio patitur mor-  
 rari custos, qui uulgo castaldio nominatur, & seorsum in alia parte facere suum  
 locum palacijs & turribus ac uiridarijs decoratum, secundum quod eo

rum nobilitati & potentiae crediderit conuenire. Doctrinam  
 autem areæ, hordeorum, & cellæ uinariæ ac colum-

bariæ pallarij stabulorum & tuguriorum


sceni seruandi suis locis tra-

denda reseruo.

De puteis



## De puteis &amp; fontibus faciendis, &amp; quomodo aqua reperiatur &amp; probetur, Cap. VIII.



**L**icet puteus optime moretur in curia, ut prædictū est, tum quandoq; propter communem plurium aquę utilitatem, & aliquando propter commoditatem colonorum. Et quia plurimum aqua nō inuenitur in curia uel in partibus & locis propinquis, aut inuenitur, sed letaminis liquore inficitur, in cāpis extra curias fieri optatur, quod cum acciderit, prouidendum est hoc modo, ubi aqua in superficie aut nō multum profunde existit. Itaq; de mense augusti septembris aut octobris fodiendus est puteus, quia ubi aqua his

non deerit mensibus, nullum alio tempore habebit defectum. Igitur secundum Palladium ante solis ortum his locis quibus aqua querendum est, equaliter pronus, mento ad solum depresso spectabis orientem, & in quo loco subtili nebula crispum aërem surgere uideris, & uelut rorem spargere, scias in siccis locis ibi aquam latere. Sed terrarum genus considerabis, ut possis de tenuitate & abundantia iudicare. Creta nanq; tenues nec optimi saporis uenas creabit. Sabulo solucus, exiles, insuaues, limosas & spacio altiori submersas. Nigra terra humores & stillicidia nō magna ex imbribus & liquore collecta, sed saporis egregij. Glareæ mediocres & uenas incertas sed suauitate præcipuas. Sabulo masculus arena & carbunculus certas & ubertate copiosas. In saxo rubeo bonę & abundātes sunt. Sed prouidendū est ne inter ruinas inuentæ refugiant. Sub radicibus montium & in silicibus uberes frigide & salubres: locis campestribus, salse, graues, tepidæ & insuaues plerunq;, quarum sapor si optimus fuerit, noueris eam sub terris exordium de monte sumpsisse. Sed in medijs campis montanorum fontium suauitatem frequenter æquat, si umbratibus tegatur arbustis. Sunt & hæc signa inuestigandæ aquæ, quibus tūc credimus si nec lacuna est, nec aliquis ibi humor ex consuetudine insidet, iuncus tenuis, salix syluatica, alnus, arundo, hædera, ceteraq; quæ humore multum aquosa gignuntur. Locis ergo ubi prædicta reperis signa, pedibus tribus latitudine, altitudine pedū quinq; fodiatur, & proxime solis occasum uas purum æreum uel plumbeum, interius unctum ponatur, immersum solo fossionis ipsius, tūc super fossam crates facta de uirgulis & frontibus addita terra spacium omne operiatur, sequenti die aperto loco, si in eodem uase sudores inueniantur, aut stille, aquam ibi esse non dubites. Item si uas figuli siccū,

B 2 nec coctum



nec coctum eadem ratione ponatur, ac similiter operiatur, altero die si aquarum uena proxima fuerit, uas humore concepto soluetur. Item uellus lanę eque positum & coopertum, si tantum colligit humoris, ut alia die sudet expressum, copiã ibi esse testabitur. Item lucerna oleo plena & incensa ibi similiter testata ponat, & si secundo die reperiatur extincta, aquas locus idem habebit. Item si in eo loco fovea feceris, & terra uaporata humidũ fimum nebulosumq; iactauerit, aquas ibi fore cognoscas. His ergo repertis, certa signorũ firmante noticia, puteũ fodias, & caput aque requiras, uel si plura sunt, in unũ colligas, tamen sub radicibus montium in septentrionali parte querendę sunt aque, quia in his locis magis abundantioresq; nascuntur. Sed in fodiendis puteis est cauendũ fossorum periculum, quoniam terra plerunq; allumen, sulphur, & bitumen adducit, quę spiritũ pestis exhalant, & occupatis statim naribus animas torquent, nisi sibi quis fuge uelocitate succurrat. Prius ergo quã descendatur ad infima, in eis locis lucernã ponas accensam, quę si extincta non fuerit, periculũ non timebis. Si uero extinguetur, locus mortifer est cauendus. Fodiendus est ergo puteus latitudinẽ pedũ octo uel septem quaq; uersum, ut binos pedes structura cõcludat, fieri etiam potest latior seu strictior, secundũ quod plures aut pauciores aquam ex eo haurire intendũt, & secundũ multitudinem & paruitatem uenarũ. Si aqua limosa sit, salis admixtione corrigitur, sed dum foditur puteus, si terra non stabit, uitio generis dissoluta, aut humore laxabitur, tabulas obijcies undiq; directas, & eas trãuersis uestibus sustinebis, ne fodientes ruina concludat. Potest etiam in talibus locis melius sine fossorũ periculo fieri, uidelicet quod fiat ex assidibus rota duplex & fortis ad putei latitudinem, super aquã fiat murus altitudine unius puncti, antequã puteus fodiat, & ipsum usq; ad terre equalitatẽ faciat alias ascendere, & iterum tandem murat & fodiat terram & tandem aquã extrahat, donec puteus sit perfectus. Sed qui in alto sunt putei, perforatis usq; ad infimam partem terris, ad loca inferiora possint uitia fontis exire, si uallis subiecte natura permittat. Aquam uero non iam putei sic probabis in æreo uase nitido sparges, & si maculam non fecerit, probabilis indicabitur. Item decocta æneo uasculo, si arenam uel limum non relinquit infundo, utilis erit. Item, si legumina cito ualebit excoquere, uel si colore per lucido carens musto & omni labe pollutionis alienę.

## De aquę ductu faciendo, Cap. IX.

**C**um uero ducenda est aqua, ait Palladius, ducatur aut forma structili, aut plumbeis fistulis, aut cannalibus, aut fictilibus tubis. Si per formam structualem solidandus est cannalis, ne per rimas aqua possit elabi, cuius magnitudo pro aque mensura faciendã est. Si per planum ueniet, intra centenos uel sexagenos pedes sensim reclinetur structura sexquipede, ut uim possit habere currẽdi, si quis mons interiectus occurrerit, aut per latera eius aquam ducemus obliquã, aut ad aque caput speluncas librabimus, per quas structura perueniat. Sed



Sed si se uallis interferat, erectas pilas uel arcus usq; ad aquę iusta uestigia cōstruamus, aut plumbeis fistulis clausam deiici patiemur, & explicita ualle cōsurgere. Sed quod est salubrius & utilius, fictilibus cōducitur, ut duobus digitis grossi ex parte una reddatur acuti, ut palmi unius spatio in alterum possit intrare, quas iuncturas uina calce oleo subacta debemus illinire. Sed antequā his cursus aquę admittatur, fauilla mixta exiguo liquore decurrat, ut glutinare possit, si qua sunt uicia tabularū. Ultima ratio est plumbeis fistulis ducere quę noxias reddūt aquas. Nam cerussa plūbo creatur, quę plurimū corporibus nocet humanis. Diligēter præterea debemus aquarū receptacula fabricari, ut copiā inops uena procuret.

De Cisternis faciendis, Cap. x.



**C**um aqua deest, cisterna, secundum Palladiū, fiat, magnitudie qua dominus delectatur, & quę sufficit ad aquā omnium conduci possit aqua tectorum, testaceum pauimentū superfusione leuiget. Hoc pauimentū omni cura terendū est ad nitorem, & lardo pingui cocto assidue perfricandum, ne deducto humore riuus in aqua parte fundatur, & ita post diuturnam siccitatē aquę præbeatur hospitium, in eius medio formetur puteus, deinde circa eum omnis cōcauitas repleatur in fundo de grossis lapidibus fluminum, in medio & de minutis & de sabulo in summo, ubi autē desunt fluminū lapides, loco

eorum fornacis petrę ponantur. In quibusdā autem locis sit pauimentū de quadam creta, quę cum mediocriter est infusa, cōprimitur & calcatur, quod aquam in se positam uel puluerem optime recipit & conseruat. Anguillas sane piscesq; fluuiales in hanc mitti pasciq; cōuenit, ubi eorum natatu aqua stans agilitatē curretis mittet. Rimas & lacunas cisternarū, piscinas, uel puteos sarcienus hoc modo, picis siquidē liquidę quantū uolueris & tantundē sumes laxungię uel sæuitic in olla utrunq; miscebis & coques donec spumet, deinde remouebis ab igne, cum autē fuerit refrigerata cōmixtio, calcem superadiicies minutatim, & ad unum corpus omnia mixta reuocabis, cumq; uelut litigmentū feceris, inseres locis corruptis ac manantibus, & pressum summa densitate calcabis. In locis præterea in quibus aquis fluminū utimur, fiant cisternule, cum quibus clarificentur & limpide fiant hoc modo, habeat urceus terrę magnus in loco frigido sub sabulo obrutus, supra quē sit uas ligneū uel terreum coopertū, latitudinem quandā habens quod foramen paruū cum canna in medio fundi habeat, per unum digitum in fundo eleuata, supra quā ponatur ciathus, deinde usq; ad mediū sabulo impleatur, in quo postea quotiens uolueris fluminis aqua ponatur, quę in sabulo distil



lata, per cannulam guttatim descendit inferius in urceo in quo utenda seruiatur. Quod si maiorem cisternulam habere uolueris, poteris tam inferius quam superius receptaculum de marmoribus uel lapidibus, & cemento, aut testaceo paulamento facere secundum formam & magnitudinem tibi gratam.

De materijs domorum, Cap. XI.



**C**um supra de domibus & edificijs mentionem fecerim fabricandis, quæ ex materia murorū & lignorum sunt, dicamq; ligna quæ competunt ædificijs, & quæ bona cementa, & quæ cōsideratio in fundamentis habenda est. Fundamenta igitur (ut ait Palladius) stabilia et diuturniora latiora sint, ex utraque parte semipedis spacio quàm parietis corpus excrescat. Si solida & constricta inuenietur argilla, quinta uel sexta pars altitudinis eius quæ supra terram futura est fundamentis deputeat. Quod si terra laxior fuerit, maioris altitudinis obruantur, donec munda sine rudum suspicione occurrat argilla, quæ si omnino desit, quartā merisse sufficiat. Arena quæ cōprehensa manu ædit stridores erit utilis fabricanti. Item si panno uel linteo cādido uestis inspersa & excussa nihil macule relinquit, aut fordis egregia est. Sed si fossibilis arena non fuerit, de fluminibus aut glareis, aut littore colligatur. Marina arena tardius siccatur, & ideo non continue, sed intermissis temporibus construenda est, ne opus corrumpat, camerarū quoq; tectoria salso humore dissoluit, nam fossiles tectorijs & cameris ex celeri siccitate utiles sunt, melioresq; si statim cum effossæ fuerint misceantur: sed si necesse sit maris arena erit cōmoda si prius lacuna humoris dulcis immergatur, ut uitium salis aquis fluuiibus elata deponat. Calcem quoq; albo saxo uel tiburtino, aut colūbino fluuiali coquemus, in duabus arenæ partibus calcis una miscēda est, in fluuiali quoq; arena si tertia parte testæ cretæ addideris operum soliditas mira præstabitur. Iterum si calx & arena equali mensura miscentur erit fortissimū cementum, exinde cōmixtum. Non est præterea murus faciendus tēpore magni algoris, quia congelatus dissolueretur postmodum adueniente calore. Tempore mensis nouembris aut decembris fabricarū materia est cēdenda, cum luna decrescit, quia tunc humor corruptibilis corrumpens consumptus est, per præcedentem autumnū & lunæ ætatē, & propter præsens frigus aëris fugit cum calore naturali arboris ad radices



ad radices ad calidū uentrem terræ. Sed arbores quæ cęduntur usq; ad medullā securibus recisas stare aliquādiu patiaris, ut per eas partes humor si quis inuenis continetur excurrat. Vtiles autem hæc sunt, maxime abies uidelicet, est enim leuis rigida, & in operibus siccis perfecte durabilis. Salix uel latex secundū Palladium utilissima, ex qua si tabulas suffigas in fronte atq; extremitate tectorum, præsidia contra incendia confert, nec enim flammæ recipiunt, aut carbones creant, ut idem ait: Quercus durabilis, si terrenis operibus obruat. Rouer optima tam sub terris quàm etiam supra terras. Castanea mire solidata durat in agris tectis & operibus internis. Fagus in sicco utilis, humore corrumpitur. Populus alba & utraq; salix & tilia in sculpturis necessaria. Alnus fabricis inutilis, sed necessaria si humidus locus fundamentis planandus est. Ulmus & fraxinus si siccentur, rigescunt ante curuabiles. Cipressus egregia, Pinus uel pirus nisi in siccitate non durat. Cedrus durabilis, nisi tægatur humore. Quęcunq; autē ex parte meridiana cędunt utiliores sunt, quę uero ex septētrione p̄teriores, sed facile uitiantur.

## De officio uillici,

## Cap.

## XII.

**V**illicus disciplina utatur, secundum Varronem, serix seruentur, ab alienis manus abstineat, sua diligentissime seruet, litibus familię super sedeat, si quis deliqueris bono modo uidelicet, familia ne sit mala, ne algeat, ne esuriat, opera exerceat, facilius à malo prohibebit, pro beneficio gratiam referat, ut alijs recte facere libeat. Villicus nō sit ambulator, sobrius sit semper. Ad cęnam ne quo eat, familiam exerceat, procuret ut quæ dominus imperat fiant. Ne plus censeat sapere se quàm dominum. Amicos domini habeat sibi amicos. Quod dominus crediderit, erigat, mutuum nemini det, ne quid insciente domino emat, ne quid dominū celauisse uelit, opus rusticum omne ut sciat facere curet, & id faciat sepe, dum ne lassus sit, si fecerit prouocabit familiam exemplo, & illi animo æquiore facient. Si hoc faciet minus libebit ambulare, & ualebit melius, & dormitabit libētius: primus mane surgat, postremus cubitū eat, prius uillicam uideat, ut clausa sit, ut quisq; suo loco cubet, & ut iumenta pabulū habeant, boues maxima diligentia curatos habeat. Bubulcis imprimis beneuolus sit, quo libentius boues curent. Aratra uomeresq; faciat, ut boues habeant, pecori & bobus diligenter substernatur, ungulæ curentur, scabiem pecori & iumētis caueat, id ex fame & si impiuit fieri solet, opera omnia mature conficiat. Nam res rustica sic est, si unam rem sero feceris, opera omnia sero facies, stramenta si desint frondem ligneam legat, eam substernat ouibus bobusq;. Sterquilinium magnum habere studeat, & per autumnum euehat, & circum oleas ablaqueat, ac fimum addat, frondem populneam, ulmeam, querneamq; per tempus cędat, eam condant, non per aridam pro pabulo ouium. Item scœnum aridum de prato recondat, post imbrem, & autumnalia opera pabulum lupinumq; serat.

B

4

Qualiter



Qualiter paterfamilias debet agrum emere, ac uillici operam & rationem inquirere, Cap. XIII.

**C**ato scribit, prædium cum comparare cogitabis, sic in animo habeto, uti ne cupide emas, neue opera tua parcas, ne satis habeas semel circuire, quotiens ibis totiens magis placebit, quod bonum erit, uicini quo pacto niteant id animaduertito, & uti eum introeas, circumspecies uti inde exire possis, uti bonum cælum habeat, ne calamitosum, & si solo bono sua uirtute ualeat. Si poteris subradice montis, si & in meridiem spectet, in loco frigido, loco salubri, operariorum sit copia, si & bonum aquarium, opidum ualidum prope sit. In his agris qui non sæpe dominos mutant, qui in his agris prædia uendiderunt quos pigeat uedidisse, uti bene edificatū sit. Caueto ne alienam disciplinā temere contemnes, à domino bono colono bonoq; ædificatore melius emetur. Ad uillam cum uenies uideto uasa & torcularia, & dolia, si multa sint, ubi non erūt scito pro ratione fructuum esse instrumenta, multa uel pauca sint, uideto sumptuosiusq; arger ne sit. Paterfamilias cum ad uillam uenit fundum ea die si potest circumeat uel die sequenti, ut cognoscat quomodo fundus cultus sit operaq; facta infectaq; sint. Postea uillicum uocet ac interroget, quid operis factum sit, & quid restat, satis ne tempestiue opera sint confecta, possitq; quæ reliqua sint conficere, & quid factum uini sit, frumenti, aliarumq; omnium, ubi ea cognouerit rationem inire oportet operarum, dierum, si opus non appareat. Dicit uillicus se dolo caruisse, se non ualuisse, tempestates malas fuisse, seruos aufugisse, ubi eas multas causas dixit, ad rationem operum operarumq; uillicum reuoca. Cum tempestates & pluuia fuerint, quæ operæ per imbrem fieri potuerint, dolia lauari, picari, uillam purgari, frumentum transferri, sterqus foras efferrī, sterquilimum fieri, semen purgari, funes sarciri, nouas fieri, cætiones, cuculiones familiā sibi potuisse fossas ueteres tergeri, uiam publicam muniri, uepres recidi, hortum fodi, pratium purgari, uirgas uinciri, spinas trūcari, cum serui ægotauerint, cibaria tanta dari nō potuisse: quæ opera reliqua sint curent, ut perficiantur, si quid desit in annum, ut paretur, quæ super sint, ut ueneant, quæ opus sint locari, ut locentur, & quæ opera fieri, & quæ locari, ut imperet, & ea scripta relinquat, pecus omne consideret, oleum, uinum, frumentum & quicquid super sit uendat, boues, uitulos, armenta, oues, lanam, pelles, palustrum uetus, seruū senem & morbosum uendat, patrem enim familias uendacem non emacem esse oportet. Item quæ pertinent ad rationem suo quoq; tempore promenda, id est, manifestanda sunt, quæ uendenda uidendū, ea enim quæ seruari non possunt tunc uendat cum caritas est, antequam se commutent celeriter promat, & uendat, Sæpe etiam diutius seruata non modo usuram adiungunt, sed etiam fructum duplicant, si expectato congruo tempore promat.



# LIBER SECVN-

DVS DE NATVRA PLATARVM, ET  
de rebus communibus cultui cuiuslibet  
generis agrorum.



**V**M in superiori libro de his quæ necessaria sunt saluti habitantium rura, quædam utilia scripserim, consequenter de ipsorum operationibus in uillis agendis dicendum est. Verum quia ruris exercitia uariantur secundum uarietatem plantarum, locorum, & temporum, quorum diuersitas sine noticia naturæ plantarum partiumque ipsarum, eorum etiam quæ plantis necessaria sunt, perfecte cognosci non potest, de his in hoc loco secundo agendum est. Et quia quædam sunt communia cultui cuiuslibet generis agrorum, de his etiam in eodem libro dicitur: dicam itaque de his in primis quæ omni plantæ conueniunt secundum generationis principia.

De his quæ omni plantæ conueniunt secundum generationis principia, Cap. 1.



**I**N plantarū generatione sunt septem, sine quibus nulla omnino nascit planta, calor uidelicet cœlestis circuli, qui est primum & uiuificum principiū platarum, secundum est autem conueniens calor loci, quia si in loco nō sit uirtus frigoris mortificatiua, suscipiet uirtutem caloris cœlestis circuli. Similiter autem si locus sit uehementer adustus, erit here-

mus arenarum & eius quod uocatur mortuum sabulum, eo quod non est talis locus susceptiuus cœlestis uirtutis plantas uiuificatis. Tertium autem est calor, qui materię seminali, quæcunque illa sit, inhæret: quia sine illo aut non est receptiua caloris uiuifici, aut receptum euanesceret: & nunquam formaretur ex ipsa plantarum aliqua secundum euaporationem. Probant autē hæc opera rustificationis, quoniā in quibusdā plantis cum primo formant & sunt tenellæ, umbracula oportet fieri, ut calore solis non euanescāt, sicut quādo ex seminibus pullulāt cipressi uel ficus. Tria autem sunt ministrantia substantialem materiam, quorū primū est humor naturalis inhæres ei quod formatur in plantę speciē, qui primū spirando pullulat



pullulat sursum & erumpit ad terræ superficiem, qui cum pullulat emacuat ab inferiori materiam humoris, totam substantiam humoris formans instrumenta plantulæ, & inferius ad radicem in radicem: Destituta autem uirtus caloris subiecto, attrahit humorem locis, & iste est secundus humor ministrans conceptæ plantæ nutrimentum, sicut ministrat matrix sanguinè menstruum in cōceptione & formatione animalium. Tertius est autem humor pluuiarū & roris & niuium desuper uenientium, qui se habet ad plantas, sicut humidum nutrimentale excubis sumptum in animalibus: & ideo humidum hoc desideratur à plantis iam formatis, & ad speciem iam deductis sicut cibus desideratur ab anima natis animalibus. Septimum autē quod exigitur est aër conueniens extrinsecus, ille enim conseruat si bonus est, aut corrumpit, si malus est, plantas: & ideo uenti urentes, & pluuię mortificantes, lædunt & destruunt plantas, ab aëre autem tēperato proportionabiliter conualescunt & fructificāt. Amplius autem arbor in genere suo est calida & humida, & calor quidē aperit meatum & impellit humidum, humidum autē abundās sufficienter ministrat materiā ei, ideo statim exurgit in stipitē & auget illam & roborat, & emittit ramos multos & in ramos plurimas uirgas.

De diuersitate generis plantarum, Cap. 11.

**C**onsiderandum est principaliter de diuersitate generationis plantarum, ex diuersitate generationis eius fere scietur tota natura plantarum. Et de hac quidem diuersitate ab antiquis ferē nihil amplius inuenitur, quam quod dixit Aristoteles quod arborum scilicet & plantarum quædam generantur plantatæ, quædam ex semine, & quædam per seipsas, ex ipsorum elementorum commixtione & uirtute cœlesti, quæ tali commixtioni uitam influit uegetabilem, & ea quę plantatis aut à radice nata euellitur, aut à stipite aut à ramis aut à semine nata transfertur de loco ad locum, sed hoc proprie non est plantatio, sed transplantatio dicitur: & istę quę sic transplantantur quædam propter duriciem suæ substantiæ aliquantulum contunduntur & scinduntur inferius ubi infiguntur terræ, ut facilius & citius trahant nutrimentum. Atq; etiam quæ secundum partem aliquam plantantur in terra, sicut fit de uite salice, & buxo: frequentius quædam plantantur in aliam arborem, & hæc plantatio uocatur insitio. Quod autem in generatione plantę ualde nobis occurrit, est quod plantarum quædam ex semine habent generationem, quæ nec producunt semen simile illi semini ex quo habent generationem: quædam faciunt semen melius, & quædam peius: aliquando enim quibusdam malis seminibus bonę arbores proueniunt, ut ab amygdalis amaris & acerbis aliquando fiunt dulcia, & aliquando contra, & similiter à malis granatis siue punicis accidit, aliquando fiunt dulcia & aliquando è conuerso. Quarundam autem plantarum semen cum debile fuerit aut ex loco aut ex aëre, tempore inconuenienti deficit. Et illarum generatio in tali loco non est ex semine, sed ex aliqua alia planta, siue ramorum siue radicis, & hoc præcipue est in pineis



pinis & palmis, ficibus & malis granatis, & similiter in omni abietū natura, nulla enim illarum semen facit tantæ efficacix per quod pullulare faciat, nisi raro: nam ex semine palma quandoq; pullulat & cipressus, & maxime palma si plura semina simul cōiungantur, ex uno enim simplici semine raro pullulat, sed cipressus & maxime ficus pullulant ex uno grano seminato admodum herbe primum conualescens paulatim. Non autem de facili fit quod ex semine malo proueniāt bona planta, nec e conuerso, licet aliquando hoc fiat: sed in animali hoc contingit multotiens, propter diuersitatem enim hatationum aëris, & uentorum, & nutrimenti, cum animal sit facilis alterationis frequenter fit quod semen male complexionati animalis alteratur, & fit melius, & bene complexionati alteratur, & fit peius, & animal generatum fit secundum seminis ex quo generatur dispositionem, uel peius uel melius, cuius signum est quod omnia domestica animalia uideamus ualde differentia inter quantitatem & colorem, quod non accidit eis, nisi propter sui nutrimenti multam diuersitatem, & stabulorum, & aliorum locorum in quibus cōuersantur, propter quod etiam carnes earum in sapore diuersificantur a carnibus animalium syluestrium. Talis enim diuersitas in plantis non est, aut tanta non est, quia radicibus terre affixæ sunt, & neq; loca mutāt neq; nutrimenta.

De substantia & origine & generatione plantarum,  
Cap.

III.

**L**ocus in quo oritur planta est sicut matrix in animalibus, & succus siue humor in tali loco præparatus & attractus est sicut sanguis menstruus in matricibus animalium, uis autem cœlestis in eis est, sicut uirtus indistincta & non determinata ad speciem, quæ quantum ad plantæ naturam sufficienter determinatur & distinguitur, per qualitatem elementorum & modum complexionis eorum in materia seminis plantæ. Opera autem plantæ, secundum quod planta est, sunt tria, scilicet uti alimento, & augere & generare. Utuntur alimento siue trahunt ipsum tantum purum conueniens & simile sibi, & hoc totum est conuertibile in substantiam membrorum, & ideo non habent uentres, & uenas, sed tantum poros, & terra est eis pro uentre, & in qua dimittunt utranque impuritatem siccam uidelicet & humidam, & hæc est causa quod radices insigant ori suo similes in terram, ex qua sicut ex stomacho fugunt nutrimentum, & dirigunt radices deorsum maiores plantæ omnes ubi terre calor melius commiscet & dirigit nutrimentum: & si aliquæ plantæ magnæ in superficie spargunt radices & non in profundum dirigunt, cito arescunt, quia nutrimentum quod est in superficie terre euanescit ab eis in fumum per calorem solis: & non cogitur spirare in radicibus eorum per loci continentiam. Augere autem ipsarum plantarum, dicunt quidam esse in infinitum, asserentes plantā augeri quandiu radicitus terre adheret, quibus non est consentiendū, quia certū est, omniū natura cōstantiū esse quantitātē determinatā inter duos terminos maximi in suo genere & minimi.



minimi. Habent enim sicut egregie dicit Aristoteles omnia rationem magnitudinis & augmenti: licet enim ex nutrimentali formentur & augeantur humido plantę, tamen pars cui facienda est additio tantum adduratur processu temporis ut extendi non possit, & tunc constat augmentum in longum, & tandem ex eadem causa stabit etiam ad alios duos diametros, qui sunt in latum & profundum. De operatione autem generationis plantarum hic solum dicitur, quod sugędo per poros habent nutrimentum, & de eo quod extrinsecus in gemmis eleuatur a spiritu egrediente formant omne quod gignunt.

De diuisione plantarum per suas partes, Cap. IIII.

**C**onsequenter autem de partibus uegetabilibus platarum determinandum est, & de his que accidunt eis a natura, & non ex cultu, de fructibus enim & cultu dicitur posterius. Oportet autem scire, quod sicut in animalibus ita in plantis, quoddam est quod est potentia, & ea pars plantę uocatur succus, & quoddam est quod est pars plantę actus, sicut radix, stipes, ramus & huiusmodi. Est autem succus humor per poros radice attractus, & ad nutriendam totam plantam que per partes plantę a uirtute nutritiua distribuitur, necesse est igitur, quod ad plantę similitudinem calore digesti uo, per digestionem ad similitudinem complexionis eius membri uel partis que nutritur alteratum est, ex his autem necessario relinquatur, quod humor cibalis plantę magis sit insipidus in radice, secundum quod magis & magis a radice procedit, sic plus & plus accipit saporę plantę conuenientę, sicut autem accipit saporę, ita etiã accipit insipiditatem, subtilitatem, & acumen. Ex actione enim caloris in ipsum necesse est hec omnia euenire circa ipsum, nisi per accidens impediatur, ut infra docebitur. Et in quibusdam quidem plantis calore exhalante plurimum humidum remanet, terrestre, uiscosum, lucidum, propter multam eius materię naturam in ipso, & est odoriferum propter actionem caloris in ipso, eo quidem quod conuenienter digestum est aromaticum est: quod autem corruptum est fetidum & humidum. Quando calore aperiente parum stillat, frigiditate aeris exiccatur, & uocatur gummi: aliquando etiam distillat per uulnus factum ferro in plantam, & tunc etiam gummi uocatur, sed non est tantę uirtutis, ut prædictum. Partes autem que actu sunt partes plantę diuiduntur in duo genera, quædam enim sunt ad membra sicut officialia in animalibus, quædam autem sunt similia, nodi enim & iuncturę & uicę per modum uenarum extensę & radices sunt, sicut membra officialia, & nutrimenti officio deseruientia, sed lignum in habentibus lignum est caro cibalis: in non habentibus lignum est sicut membrum simile in animalibus, cortex autem sicut pellis in animalibus, & ad hunc modum est de cæteris partibus plantę, sed nodus ille qui uocatur malleolus est factus a natura, ut in ipso stet succus, & ampliorem accipiat digestionem: cuius signum est, quia si in ramo syluestris arboris fiat incisio ultra mediũ, ita quod medulla sit abscissa, & postea ligatus consolidetur,



solidetur, temperabitur malitia fructuum, & melior redditur sapor eorum. Cau-  
 sa autem est, quod ibidem retortū porum inueniens nutrimentū ascendens per  
 truncum, stat & diutius digestū in meliores digeritur, & transformatur fructus.  
 Huiusmodi autem nodos habent præcipue in plantis eæ quæ raræ sunt substan-  
 tiæ, & habent magnas medullas, aut in toto sunt concaue, & cum hoc sunt ualde  
 longæ sicut est uitis & uiticella, & cucurbita, & arundo, & genera frugum, triti-  
 cum & siligo, hordeum & auena, & alia huiusmodi. Radices tamen habent plan-  
 tæ ori similes, quantum ad tractum nutrimenti, habent tamen quātum ad aliū  
 modum similitudinem & effectum cordis radices plantarum, quoniam cor nu-  
 trimento attracto primum infundit calorem uiuificū, per quem ad membra mo-  
 ueri incipit, & hoc facit radix in plantis, quoniam ex radice datur eis calor & for-  
 ma uitæ potentialis, per quam ad omnes partes plantæ naturali motu mouetur.  
 Sunt plantæ uoraces dictæ, & abstinentes dictæ, & propter suarum radicum di-  
 spositiones contrarias, raras enim & porosas, & calidas habentes radices multū  
 trahunt de nutrimento, plus autem quam conuerti possit & terminari à natura  
 arboris, & tūc arbor generabit fructus uermiculosos, & putrescentes si non exu-  
 det, uel aliter emittat superfluum humidum. In iuuentute autem plantarum hoc  
 maxime accidit propter calorem iuuentutis earum. Aliquando autem curantur  
 ex hoc quod perforantur iuxta radicem, ibi enim exit superfluum humidum, si-  
 cut per phlebotomiam. Si autem plantæ calidæ & raræ radices sint in terra sic-  
 ca in qua pluit raro, & in qua cadit cum impetu multa pluuia, sicut est terra clima-  
 tis secundi & tertij, & forte quarti, pro aliqua sui parte trahitur radix plantæ mul-  
 tis uicibus interpolatis ex abundantia pluuie multum nutrimentum, quod ante-  
 quam alia pluuia superueniat trahitur ad partes superiores, & completa digesti-  
 one perficitur, & ideo tales in talibus locis plantæ sæpius forte florent, & fructus  
 emittunt. Et hæc est causa, quare in terra Maurorū sæpe florent arbores in uno  
 anno, sit autem hoc in nostris climatibus, licet non producant plantæ nostræ nisi  
 paucos flores, quando post æstatem humidam sequitur autumnus ualde calidus  
 & liccus. Sunt autem quædam plantæ humide, aquosæ, molles, & quocunq; mo-  
 do infigantur terræ de facili radices emittunt & conualescunt. Hoc autem faci-  
 unt & quædam duræ propter similitudinem ligni radices plantæ corporis, sicut  
 buxus, cuius ramus in terram infixus de facili conualescit, in quibus autem hoc  
 non fit, causa est quod destituitur lignum nutrimento, antequam ex se formare  
 possit radices, eo quod aut porosum non est, aut non habet calorem sufficienter  
 trahentem, & ideo arefcit antequam ex se emittere possit radices, & ideo quæ-  
 cunq; calidæ sunt ramis infixis in terra conualescūt, sicut buxus, & sauina, & mul-  
 tæ aliæ. Et iterum si molles sunt tactu, ab humore terre nutriuntur, & implentur,  
 & conualescunt, sicut salix, & tilia, quæcunq; autem neutram habent dispositio-  
 nem harum, frequenter arefcunt, quando rami earum terre infiguntur. Vena au-  
 tem in planta proprie loquendo non est, sed nec secundū multam manifestam si-  
 militudinem



multitudinem habent, sed uia nutrimenti dicuntur uenæ eius, quæ aliquando sunt directe ascendentes, & tunc crescit planta quasi per quasdam tunicas herbales uel ligneas, quarum una supponitur alteri: quæ aliquando sunt tortuose, & tunc efficitur planta nodosa, aliquando autem diffunduntur articulatim in plantam, & per uias directas nutrimentum trahitur, & per transuersas detinetur, & reprimuntur in partes plantæ nutrimentum: ueniunt autem uis istæ aliquando à radice ascendentes, aliquando ex medulla ad exteriora plantæ, sicut lineæ multæ productæ ab eodem centro, talis est igitur dispositio uenarum in planta. Medullæ autem plantarum uidetur esse sicut nucha in animalibus, & per medullam arboris decurrit, & pulsat plus de spiritu plantæ quàm per aliquam aliarum uiarum, & in ea est uigor spiritualis plantæ, quia aliter partes stantes à radice non bene uiuificarent ad formam speciei plantæ, & ideo plantæ habent ortum & principium ramorum qui oriuntur à corporibus plantarum à medulla, quasi ex uicario radicis, sed quædo ligna scinduntur per ariditatem profundatur frequenter scissura continue usque ad medullam & ultra, & non inuenitur profunditati scissura nisi raro. Plantæ autem quæ nutriuntur ex medulla per poros transuersales habent medullas maiores, & quæ nutriuntur per poros directe ascendentes habent medullas minores, quandoque non uidentur medullas habere quando magne efficiuntur: propter hoc quod ligneæ tunice arctate per alias circumuestientes comprimunt & quasi insensibilem faciunt uiam medullarum. Et probabile est quod hoc sit una causa corruptionis magnarum plantarum interius, suffocatio uidelicet spiritus uitalis in medulla inclusi, per hoc quod constringit per circumstans induratum & constrictum lignum. Ipsa autem substantia medullæ uidetur esse sicut purgamentum quoddam cholericum, quod proijcitur de naribus animalium, & hoc fit propter calorem spiritus & motum qui pulsat in medulla, cuius signum est quod fere omnes medullæ plantarum perfectarum inueniuntur à principio iuuentutis plantæ eorum albæ, humide, & in processu ætatis declinant ad acuitatem & siccitatem. Sunt autem plantæ quædam fere totam substantiam habentes medullosam sicut sambucus, ebulus & huiusmodi, & omnes illæ nodos habent multos, & nutriuntur ex medulla, & ideo est multum de medulla in eis: & in hoc genere est uitis, sed minus est medullosa quàm sambucus uel ebulus. Alias autem experimur plantas in toto concavas, sicut fistulas quasdam & calamos: & hoc fit ideo, quia illæ multum indigent spiritu fumo libero, qui eleuatur in concauo plantarum illo ex nutrimento quod ascendit per directos poros laterum plantæ, sicut arundo & calamorum genus & huiusmodi. Hæc igitur est dispositio medullarum. Cortices in plantis sunt sicut coria in animalibus, nisi quod ad eum non coherent plantis quemadmodum coria in animalibus & sicut in animalibus pars corij cum est excoriata seu abscisa non recrescit sine magna animalis cicatrice, sed scisse per longum & latum pellis cito consolidatur, ita est in corticibus plantarum: propter quod exiccantur plantæ frequenter quando in stipitibus in circuitu cortices ab eis abradant usque ad carnem plantæ



plantę ligneam uel herbalem: non est autem cortex ex cōtextione uenarū, sicut cornu animalis, sed substantia corticis generatur ex terrestri plantę expulso ad superficiem ipsius. Est autem cortex duorum modorum, scilicet interior & exterior, interior mollior, exterior durior & asperior.

De diuersitate naturalium & simplicium partium plantę, & de causa augmenti eius.

**S**icut autem in animalibus interreticulationes uenarum & neruorum sunt supplementa partium simplicium, quę sunt carnes, uel ea quę sunt in loco carniū non habentibus carnes, ita sunt in plantis lignę partes uel herbales, quę simplices sunt & materiales, eo quod influunt per nutrimentum, & effluunt per exiccationem plātarum ad modum lanę longę candide, & quibus auctis augeatur planta, & quibus desiccatis & diminutis planta uidetur exiccari & diminui. Et talia proprie dicuntur partes simplices in plantis, & naturales eo quod influunt per nutrimentum & effluunt per exiccationem plantarū: aut materialia supplementa sicut materia in animalibus. Hoc autem quędam cōmuni & usitata anatomia cognoscit in urtica maiore, canapo & lino, & multis alijs quę uias uenales habent multum fortes & uiscosas & directas: & quando aqua cōputrit in eis & caro materialis & postea exiccatur & comminuitur & confricatur & recedit, & remanent uenę illarum plātarum ad modum longę lanę candide, & molles propter uiscosum substantiale quod est in eis, & fiunt ex eis panni. Et hic est modus quem habebant antiqui philosophi in corporibus hominū & aliorum animalium, quos ligabant contra ictum aquę uehemētis, & tuc abluta carne naturali & molliori, remanet reticulum ex neruis & uenis, demonstratur modus diuisionis earum in corporibus animalium. Sicut autem est in urtica, canapo & lino, ita etiam est absq; dubio in alijs plantis, licet materiale non possit ita ab officialibus partibus separari in eis. Pars autem non simplex in planta dicitur esse quę ex pluribus simplicibus est composita, sicut radix, ramus, & huiusmodi. Plāta dicitur, à Platone esse figura omnis uniuersi, radices enim habet subtus ori similes, sed dilatantur undiq; ut nutrimentum accipiant, & ideo dilatatur planta inferius, superius uero dilatatur propter ramorum infusionem, qui multiplicantur ex duabus causis, quarum una est materialis, scilicet nutrimenti abundantia, altera autem efficiens quę est calor solis undiq; exterius tangens arborem, & ebullire faciens succum & euocans ad exterius, & ideo erumpit in ramorum multitudinem, in superioribus ubi magis constringitur, & per digestionem amplius subtiliatur. Huiusmodi signum est, quod plantę quę circumseptę sunt multis alijs plantis, sicut arbores in nemoribus spissis & umbrosis crescunt in altū & non multiplicantur in eis rami nec non multum ingrossantur eorum stipites, & carentia quędam ramorum est, eo quod per calorem solis non potest in eis euocari & ebullire succus ad superficiem, sed potius frigus umbrę concludit calorem interius, qui intus multiplicatus ex fuga contrarij eleuat totum nutrimentum in al-



tum. Et cum motus frigoris sit ad centrum, quotiens motus solis à centro nutrimentum expellit ad circūferentiam ut impinguetur & dilatetur stipes, totiens reflectitur à frigore loci umbrosi in se nutrimentum, & impedit stipitis in grossationem fieri.

De generatione & natura foliorum, florum & fructus, Cap. v.

**D**ico ita quod folij in omnibus plantis materia est, humor aquosus, non bene à sece terrestritatis digestus & purgatus, aliquantulū passus & cōmixtus. Finalis autem intentio foliorum est ad fructuum cooperimentum, eo quod natura purgatione indigeat à superfluitate humidi aquosi, & cum sit sagax & ingeniosa eodem purgamento utitur ad fructuum defensionem. Materia autem tam foliorum quam fructuū est, quoniam duo uapores suat in genere, tam in uentre plantæ quā in alijs uaporibus omnibus, uapor scilicet humidus & aquosus, & uapor siccus & uentosus: uapor humidus est materia fructuū, propter quod etiam fructus secundū genus suum uentosi esse iudicatur, licet autem folium per umbram temperatam restringat solis arsuram, tamen quia fructus indiget multa ui solis, producit folium aliquantulum distans, ut non obstat digestionī quæ fit per solem. Florum autem substantia generaliter est facta ex humido subtiliori, quod calore primo ebullit, & propter abundantiam quæ est in ipso dilatatur ad modum folij, ideo tamen quia humidum habet magis digestum flos naturaliter est odoris boni, quod nullo modo esset nisi humidum optime digestū & subtile haberet, sicut & terrestre, & quod in ipso est subtilissimum est & ualde commixtum cum humido. Cum enim ex uapore terrestris uentoso creatio fit fructuum, est in ipso uapore subtilius aliquid, & humidius, & minoris terrestritatis quod non de facili constat & inspissatur calido digestiuo, & hoc tamen fit magis uaporabile quàm residuum eiusdem quod est in substantia plantæ in loco gemmæ in quo erumpit fructus, primo calore statim erumpit & formatur in florem. Propter quod adhæret flori ros, qui mel producit & ceram, & hoc inuenimus in interioribus florum profundo, quia natura format subtile humidum, quod passum est à subtili & bene commixto sicco fluit ex ipso subtile & bene coctū quoddam humidum, aut per modum quandoq; dulcis phlegmatis in creatione humorum in animalibus constat. Ergo quod florum substantia sit ex subtili aquoso terrestris subtilitate sua potius formabile est in figuram florum quàm in grossiciem fructuum: & ideo primo calore ueris flores erumpunt propter subtilitatem substantiæ suæ materialis, & facilius læduntur à frigore quàm folia & fructus propter eandem causam, & sunt multum redolentes propter subtile humidum quod à sicco conuenienter passum est, & quasi spiritualiter ita resoluitur in ipsorum substantia. Et humidum foliorū magis grossæ aque indigeste est, & humidum fructuū in principio sui magis est stipticū & terrestre, indigens multa digestionē, propter quod ultimo completur post folia & flores, amplius cum fructus cadūt & germinant

non tra-



non trahunt augmentum uel nutrimentum à carne illa, sed à terra, cuius signum est, quod cum auferatur tota caro circumposita melius germinant semina quam quando eis remanet. Præterea nutrimentum fructuum putrescit facile, eò quod natura non excogitauit illud, nisi ut putrescat, completo semine, & cadens in loco seminis fimet, & infundat lutum, in quo semen facilius cõualefcit, cuius signũ est opus rusticorum, cum enim uites feraces uolunt facere, fimant eas ex pampinis & acinis, quæ colligunt ex ipsa eadẽ uinea cuius uites feraces esse cupiunt. Hęc etiam considerantur in operibus naturæ, si enim caro fructus ad fœcunditatem seminis non confert, cum natura nonnũquam deficiat necessarijs, proculdubio separaret semina per cessuram & aperturam à carne fructuũ cadentium: & huius contrarium uidemus in naturæ opere, oportet enim quod fimatio terræ quæ fit per putridam carnem fructus ad fœcunditatem seminis eiusdem operetur, contigit autem frequentius deperire fructum quam florem ex aliqua trium causarũ: aliquando enim magnæ sunt plantæ, & humidũ ponunt ad nutrimentum ex quo formandus erat fructus, sed subtile quod transit in florem non est incorporabile plantæ, & tunc perit fructus & non flos, aliquando autem non ita cito potest moueri grossum & uinci, sicut subtile humidum, & tunc secundo, tertio, uel quarto anno fructificant, licet omni anno floreat, aliquando autem non potest ita tantum attrahere propter duritiem suarum radicum, & tunc forte non attrahunt sufficiens nutrimentũ fructibus, nisi per duos annos, uel tres, & quando congregatum fuerit in planta sufficiens nutrimentum tunc fructificat & non in alijs annis. In oleis igitur pinguibus tale est iudicium, sicut diximus: sed oleæ sæpe priuantur fructu, eò quod ad fructũ eius multus humor & pinguis exigitur, & multus calor digerens, & ideo ex dictis causis frequenter impeditur.

De unitione & diuisione plantarum, Cap. VI.

**E**st autem unus modus unitionis qui fit per insitionem, in qua plãta unitur plantæ, sicut stipes radici, & sicut ramus stipiti, & continuatur cum ipsa, ita quod per omnia efficiunt eiusdem ligni & nutrimenti, cum tamen sint eiusdem speciei, aut forte eiusdem generis quando fit insitio. Et planta quæ inseritur tantum trahit nutrimentum ab ea cui inserta est, quod inferius cui fit insitio natura sua nihil producit nisi radices, superius autem neq; ramos emittit, neque surculos nisi raro, digeritur tamen succus ad naturam & modum insitæ, & non eius cui inseritur. Et ex hoc scimus in arbore duas esse digestiones, licet ad inuicem sint satis similes, quarum una est in radice, & altera in stipite & ramis, quia probabile est meliorem esse insitionẽ inferiorem quã superiorem, & quanto magis fiat inferius tanto magis fructũ & saporẽ eius immutari & domesticari, quanto uero fiat altius tãto minus, quia maior est immutationis uirtus in toto quàm in parte, & maior in maiore parte corporis quàm in minori: & quod his mirabilius est, caro fructus est secundũ naturã & uirtutẽ digestiõis stipitis, et sapor nuclei &

C 5 uigor est



uigor est secundum naturam & uirtutem radice: cuius causa est quod pulpa carnis fructuum est de proximo fluens, substantia autem nuclei non potest de proximo fluere, sed de ea parte quæ est loco cordis plantæ, ex cuius uirtute tota arbor informatur, & hæc est radix. Similiter est autem in seminibus animalium, quæ ex maxima parte abscinduntur de cerebris animalium & attrahuntur, ut distillantia per totum corpus uirtutem corporis totius accipiant: sicut enim & nuclei trahunt à primo membro arboris, ut accipiant uirtutem totius, & maxime radice quæ est uirtutem tribuens toti corpori plantarum. Dubitatur quare in animalibus diuisa non conualescunt, diuisorum autem in plantis utrunq; conualescit folio, quod uidelicet planta propter similitudinem suarum partium undiq; sicut per os quod fugit nutrimentum & in se quasi in uentre & uenis digeritur, ideo conualescere potest, sed in animalibus quamuis habeant in multis similia corpora, & ideo diuisa in utraq; parte retineant sensum & motum, tamen quædam organa diuisa à reliquo corpore habent formam sicut os, & ideo quæcunq; partes illis destituuntur conualescere non possunt, eò quod nec nutrimentum possunt fugere, nec ad congruitatem sui corporis digerere sine illis. In diuisione autem ista magis laceratu conualescunt, nisi sint ualde rare substantiæ, sicut uitis & salix. quia cum laceratur ad inferius ramusculis, retinet meatus apertos & uias integras uersus nutrimentum, & ideo statim ut uig ille ad nutrimentum attingunt incipiunt fugere, & conualescit planta, cum autem secatur uel insciditur, tunc pori dirigunt, ut punctum unum ad nutrimentum & non per longitudinem aliam nutrimentum infigunt, & in ipsa sectione totum corpus plantæ concutitur, & ipsi pori artant per collisionem & compressionem impetus secantis, & ideo frequenter arescunt incisi præter uitem & salicem quæ sunt rare substantiæ. Sed tamen magis conualescit ex transuerso aliquantulum longo uulnere abscisus ramus, quàm directe abscisus circulariter, & hoc contingit ut dixi, quia poros plures tunc apertos habebit uersus nutrimentum, quando ex transuerso secatur, quàm quando ex directo. Cuius signum est quod quando diuiduntur radices antiquorum arborum secundum longitudinem melius fructificant, eò quod per totam longitudinis diuisionem per poros fit attractus nutrimenti, si autem ex directo secatur in profundum nihil omnino cõfert, & potius nocebit, tantum quod arescunt arbores illæ. Atq; & huius alia ratio est, quod longitudo diuisa non impedit cursum nutrimenti, sed latitudo diuisa statim cursum & uiam nutrimenti intercipit & impedit, & ideo scissura in arboribus per longitudinem facta, nihil omnino in sapore, & figura uariat fructus, quando fuerit sanata. Si autem diuidantur ultra medullam quæ in medio est ramusculorum & consolidentur, statim uariabuntur fructus & sapor eorum propter diuisionem quæ contingit propter impedimentum nutrimenti, quod fit in nodositate quæ nascitur ex hoc secundum latitudinem diuisa planta, & ideo diuisio secundum latitudinem est quidam nodus insitionis, & non diuisio in longum, sicut ostendemus in sequentibus. Præterea plantis per abscissionem & restitutionem partium organum



nicum redditur continue iuuentus, contigit autem aliquam partem amittere radicem & pullulabit ex stipite alia radix, & nutriet ramos, aut omnes, aut aliquos, & pullulabit ex radicibus stipitis & rami: & similiter contingit amittere & recuperare ramos, ut omnes, aut aliquos.

De transmutatione unius plantæ in aliam, Cap. VII.

**V**Nus modus transmutationis est, quod raro potest præscidi sylua quercina completorū lignorum & magnorū, quod recrescat in eadem specie, nam præscisis arboribus prædictis recrescūt arbores quæ tremulæ dicuntur, & arbores quæ dicuntur miricæ in partibus Germaniæ, quæ sunt maioris ignobilitatis quàm primæ fuerint. Causa autem huius est quod radices uetustarū arborum solidæ & duræ sunt, & clausorū pororū, nec ualēt ultra pullulare, postquam stipites arborū stantium super eas præcisæ fuerint: putrescunt igitur, & calor exhalans ex ipsis & secum trahens humidū, efficitur maturus plantæ alterius speciei: & quia destitutus est à uigore arboris anterioris, pullulabit in arborem ignobilē, & aliquando non pullulabit omnino, aliquādo non generatur, inde nisi fungus uel gramen, uel aliqua alia herba. Est & alius modus ualde multiplex, sicut certissime probare poterit omnis qui experitur in talibus, ferè enim quotienscunq; una & eadem arbor fructifera in stipite absciditur, & relinquitur inferior pars in terra, sicut fit insitione, & ipsi eiusdem arboris fragum in eodem truncō inferitur, fiunt inde plantæ quarum fructus nec in figura, nec in sapore cum præcedentibus conueniunt. Cum autem inferuntur fraga prunorū & cinorum, uel aliorum fructuū ossa habentium in truncum salicis, efficiuntur fructus sine ossibus. Similiter autem si inferitur uitis in cerasum, uel pirum in malum, inueniuntur uinæ maturæ, quādo cerasa sunt matura, uel pira uel mala. Et tales mutationes ualde mirabiles ostendunt se his qui diuersas studiose faciunt insitiones. Item exceptum est, quod cum inferuntur fraga perfici in pruni & cini truncum siue stipitem, quod mutantur ambarū arborum naturæ, & fiunt escula maiora & meliora quàm sint alia escula. Et uidetur hoc fieri sicut in animalibus ex permixtione uicinarum feminum in complexione, sicut asini & equi, ex quibus generantur muli, uel burdones. Non enim longe est persicus à pruno uel cino, & ideo cum utraq; arbor rare substantiæ sit, utraq; uirtutem suam communicat alteri: & sic ex permixtis uirtutibus in loco insitionis fit succus permixtarum uirtutum, & ideo tunc illud quod per locū insitionis excolitur, permutatur paulatim in speciem aliam quæ est esculus arbor, quia per figuram foliorum agnoscitur, quod illa uicinitas aliquid habet ad cinum & prunum, & ossa quæ sunt in esculis etiam hanc indicant uicinitatem. Est autem præter dictas mutationes illa qua de syluestri fit domestica: & domestica fit syluestris, cuius modum & causam oportet cognoscere, est enim de exploratis, quod omnis planta domestica subtractio cultu fit syluestris: & omnis syluestris domesticat, quando cultus adhibetur, syluestres autem habent



plures fructus quàm domesticæ, sed habent eos minores & acriores, sed domesticæ habent dulciores & pauciores, uel minus acros, uel maiores fructus quàm syluestres. Modus autem quomodo domestica sit syluestris, est per subtractionem cultus, & loci indurationem & arefactionem, & præcipue si ad sabulositatem & arenositatem conuertatur: tunc enim duricies non permittit ad plantas distillare uel euaporare nutrimentum sufficiens. Arefactio autem priuabit nutrimentum, sed sabulositas & arenositas undique facit euaporare, & non constabit uapor circa radices plantarum, & tunc macræ & spinosæ & plurimorum fructuum efficiuntur. Multitudo autem fructus earum ex siccitate prouenit, quia siccitas est causa diuisionis in multa & parua. Vndiq; enim interceptitur nutrimentale humidum sicco, & ideo in multa parua diuiditur. Efficiuntur autem fructus acerbis uel amari, propter hoc quod tale nutrimentum non obedit digestionem, & plantæ, sicut facit humidum domesticationis. Modus autem quo syluestres conuertuntur in domesticas ualde est multiplex, & uersatur circa tria in genere, hoc est circa naturam plantarum, & circa umbras & soles ipsarum quoniam oportet fundum ipsum conuertere & impinguare & solidum & continuum facere, & tamen non depressetur, ita ut superius distillantes bonitates recipere non possit, & inferius ex terra uaporantes circa radices plantarum continere, & oportet congerere eum ex tali terra quæ cum stillicidijs in se fluentibus infundatur, & cum uaporatione moueatur aperte, & congrue contemperetur ad complexionem plantarum. Circa plantas autem est consideratio, putando eas per abscissionem spinarum superfluarum, & per insitionem, & aliquando per unguenta & emolitione eius, & per diuisionem corticis eius, ut ingrossari possit planta, & sit insitio si debeat syluestris domesticari. Oportet quod fragrum eiusdem inferatur stipite suo, aut fragrum alterius, quæ etiam est syluestris, aut fragra eiusdem in stipite suo manentia ultra medullam ex transuerso incidantur & religantur, quia talis modus incisionis uel insitione generatus ex soliditate sua magis retinet calorem naturalem, sicut lapis calefactus magis & maiorem diuturnum habet calorem quàm lignum. Humor etiam diutius stat in tali nodo propter tortuositatem & etiam propter soliditatem ipsius, & ideo melius ibi digeritur, & fructus fiunt tunc dulciores & conuenientiores, & iste est præcipuus modus domesticationis. Considerationem autem diligentissimam oportet habere in umbris & solibus talium locorum: quoniam quædam non bene conualescunt, nisi in umbra, ut cucurbita: & quædam non nisi in sole calido uehementer, sicut uitis, & ita est de alijs multis, & ideo ista sunt ualde attendenda. Quod autem maiores & pauciores sunt fructus domesticarum quam syluestrium plantarum, causa est humidi nutrimenti abundantia, quod non est tot diuisionum, eo quod non in tantum habet in siccis & actis partibus sicut nutrimentum syluestrium, & ideo cum sit abundans non facile diuisibilem in pauciora diuiditur, sed in ea in quæ diuiditur abundantius fluit, & ideo magis crescunt & ingrossantur fructus earum.



## De alterationis &amp; diuersitate quæ fit in planta, Cap. VIII.

**S**ecundum autem generationis diuersitatē, notanda etiam occurrit alterationis diuersitas in plantis, eo quod ipsa frequēter causat generationis diuersitatē. Hoc traditū est ab antiquis, eo quod arbor ipsa loci frigiditate & antiquitate nimis induratur, & compactū habet corticem, qui cōcludit poros & radices, per quas nutrimentum trahere debes, & si scindatur radix eius, præcipue in ramis maioribus, ipsius radice & scissuræ illi lapis immittatur, ne iterato concludatur & consolidetur, incipit trahere nutrimentū per poros partiū scissuræ & iterato uegetari & fructificare, & sic de sterili arbore fit aliquando fertilis. Amplius, quædam arbores dicuntur masculi & quædam fœminæ, & discernuntur in hoc quia prius pullulat masculus propter calidū fortius mouens, quod folia plantæ strictiora & minora sunt propter siccitatem masculi, & hoc habet in plantis pluribus locum, sed maxime in palmis, in quibus rami uel puluis masculi positus super ramos fœminæ confert ad generationem & maturationem fructuum. Idem est si plantetur masculus iuxta fœminā, & odor masculi, beneficio uenti, deferatur ad fœminam. Similiter si arbores malorum punicorum plantentur iuxta oliuas, ut uapor paulatim ad oliuas feratur conferunt. Et per oppositū, quædam plantarum conlocatæ ad alias impediunt generationem & fructificationem earum, sicut corilus impedit uitem, & nux impedit omnes alias plantas, propter pernotabilem amaritudinem quam habet. Et alteratione etiam aliquando contingit, quod tantum aliquando ex frigiditate, uel alia causa alterat planta, quod mutatur omnino in aliam speciem, aut secundū totum, aut secundū partem, & hoc modo dicitur calamētū mutari in mentā. Aliquando similiter triticū in siliginē mutatur, & cōuerso siligo in triticum aliquando mutatur. Causa autē maxima alterationum istarum est per cultum, nutrimentū, & locum. Amygdala enim & malagranata, & quædā aliæ plātæ à sua malicia mutant per culturā. Malagranata etiā stercore porcino simata, & dulciaqua frigida irrigata meliora redduntur. Amygdalæ autem præcipue quādo humidum superabundat, si clauis infigatur, uel etiam perforentur in aliquot locis, ut distillet superfluū humidum cum gummi, quod multū tempore emittunt post confixionem & perforationem & emundationem. Sic etiam plantæ quæ uermiculosos faciunt fructus curantur, sed rustici non faciunt nisi unum foramen per quod distillat superfluum, quod cum emittitur, aliud melius digerit à calore naturali. Hoc etiam artificio plantæ syluestres in hortenses quandoq; conuertuntur, educitur enim ex ipsis humidū in cultum, & per cultum alterantur corpora eorū, sicut per medicinam, & tunc ad aliam complexionem conuertuntur, sicut medicus ducit humorem in alium, & postea præbet nutrimentum bonum & alterantibus studet ad generationem sanguinis boni. Locus tamen & labor industrius in cultu multum conferunt, maxime ad tales alterationes, & præcipue tempore anni in quo fuerint huiusmodi plantationes & alterationes. Quædam enim plantarum non emundantur nisi transplantentur, tempus



tempus autem in quo præcipue plântantur est in principio ueris, cum tota adhuc uirtus est in planta, tunc enim transplâtata conualescit, quia iam in se attraxit humorem & calorem, ex quibus pullulat, & adhuc frigore iuuatur, ne humidum & calidum eius euanescat per euaporationem. Plantæ autem plantantur in hyeme & melius conualescunt quam ea quæ facta sunt in uere. In hyeme enim calidum naturale clausum est in seminibus plantæ, & calidum quod est in uisceribus terre conclusum, facit euaporare subtile humidum ad radicem, quæ in locum calidum terræ infigitur, & ex his planta cõualescit. Nam uiscera terræ magis sunt calida in hyeme, quàm in aliquo alio tempore anni. Cum autem uiscera plantæ sic humido uaporante implentur, impinguntur sole appropinquate, emittunt & conualescunt. Et hæc est causa, quod plantatio quæ fit profunde in uiscera terræ optime conualescit in hyeme. In autumno autem paucissime plantantur, quia tunc humor euaporauit, & calor, & terra redacta est in cinerem frigidum per calorem æstatis, & sic nec ex parte terræ, nec ex parte plantæ cõualescere potest. In æstate autem generaliter mala est plantatio, propter calidum & siccum, quod euanescere facit uigores plântarum, præcipue tamen in cancro & leone, postquam oritur stella quæ dicitur canicula, quia tunc tempus calidissimum & siccissimum est, & sunt corpora plantarum arida, & uirtutes earum debiles, & terra priuata humido nutrimentali. In paucis tamen locis, quæ tanto feruore temperatur, fit plantatio in tempore dicto, sicut locus qui est totus ad septentriones frigidissimus ualde & humidus.

De diuersitate plantarum sumpta iuxta diuersam fructuum productionem, Cap. IX.

**Q**uædam arbores uno anno fructificant, in alio reficiuntur, & tales sunt multæ, præcipue magnæ arbores, sicut oliuæ & piri ficulnæ, quæ licet ramos producant quibus cooperiuntur & dilatantur, tamen in ramis illis non est abundas fructus, nisi alterius fructus anni, eo quod multitudo ramorum trahit succum ad sui nutrimentum, & non permittit pullulare fructum nisi in tertio anno cum redundat humor in arborem. Sicut etiam magna animalia non sunt tam fecunda ut parua. Atque etiam quædam iuuentute steriliores sunt quàm in profecta ætate, quod ideo contingit quod succus totus transit in nutrimentum ipsorum, cum autem steterit nutrimentum tunc melius fructificant, sicut uitis quæ uetula est meliores & utiliores producit uuas quàm iuuenis, dummodo ad extremam & decrepitam non peruenerit senectutem. Illa enim in omnibus fit sterilis, propter siccum & frigidum quod abundat in ea, quædam autem e contrario melius fructificant in iuuentute quàm in senectute, sicut amygdali, piri. Harum autem plantarum natura perfecta est calida & humida in iuuentute, ex quibus qualitatibus post iuuentutem mutantur in frigidum & siccum, & ideo primum tunc steriles efficiuntur, deinde in totum aridæ, & hoc plus patiuntur amygdali, quàm piri.

De his



## De his quibus indiget omnis planta, Cap. X.

**O**mnis planta tota in omnibus partibus quatuor indiget præcipue, sicut & animal, seminali scilicet humido terminato, loco cõuenienti, & aqua siue humore tẽperato nutriente, & aère sibi consimili & proportionali. Cum quatuor perfecta & cõuenientia fuerint, optime nascetur planta & crescit. Si autem hæc uel aliquid eorum defuerit ab ea, debilitatur, generatio & incrementum plantæ proportionaliter illi quod deest.

## De his quæ faciunt ad plantæ generationem &amp; augmentum, Cap. XI.

**H**erbæ autem & quicquid uegetatur & crescit radicitus infixum terre, indiget uno uel pluribus de quinque rebus, hæc autem sunt scilicet: semen, putredo, humor, aqua, plantatio, quæ est plantam super plantam nasci aliam. Horum autem quinque primum est quod in se uirtutem habet formatiuam plantæ, & est in ipso materia & efficiens simul. Secundum autem uirtutem informatiuam accipit à uirtute stellarum. Humor autem qui commixtus est ex elementis, cibus est & materia tam generationis quam generatæ plantæ, habet enim planta digestionem depuratam quam trahit de terra: Aqua autem sicut in communibus nutrimentis non deseruit, nisi in hoc quod est alimenti uehiculum, nec fluxum haberet ad partes cibus, nisi per modum aque, innutribilis enim existens in se ipsa nutribilem facit cibum ad membrum, & ad partes illas quæ nutriuntur. Plantatio autem super plantam alia, est quæ fit per insitionem, & conualescit, propterea quod planta interius habens humorem putridum, uirtute solis exhalat illum. Et sic planta infixæ alię plantę in figura differens ab ipsa. Sunt igitur tria istorum generationi plantę deseruientia, duo autem conferunt, semen & putredo, & plantatio in plāta alia, quod enim generationi confert, oportet quod habeat formans in se aliquid, & ad speciem plantę deducens, hoc autem est formatiuum à uirtute uniuersali superiori, sicut putredo. Et hæc quidem duo simpliciter conferunt ad plantę generationem. Tertium autem est, quod est plantatio plantę in planta alia, confert similiter ad generationem & transmutationem ipsius in figura. Similiter autem quæ conferunt ad cibum plantę diuersitatem habent duplicem, quoniam huiusmodi est ut cibi substātia, aqua autem confert propriū alium motum ad partes nutritas. Sunt autem quædam adhuc quæ uidentur conferre plantarum generationi & incremento, de quibus etiam supra est facta mentio, sicut locus conueniens, & aer connaturalis, sed hæc faciunt aliquid ad esse plantę, sed ad bene esse non conferunt, nisi ratione seminis, aut putredinis, aut humoris, quæ sunt temperata ex loco & aère plātę connaturalibus & conuenientibus. Idem autem aer qui uenit in plantæ constitutionem, inuisatur humore seminis & putredinis & plantæ, sicut fit etiam in animalibus. Plantæ etiam uegetantur in calido tempore in umbra noctis, & lignescunt ad solis feruorem, eoq; calore & humore



& humore per euaporationē destituuntur, in hyeme etiam quando constringuntur plantæ exterius, inueniunt intus succosæ ualde magis quam in æstate. Accedens autem quod multum uariat & mutat naturam plantarū, est cultus hominis. Et hoc est ideo quod plantæ in genere animatorum, iuxta elementa sunt, & elementorum uires & materiæ multum habentes: ideo quod mutat qualitatem terræ & humoris in qua sita est planta, multum mutat naturam plantæ.

De putredine siue letamine, & stercoratione & cibo plantarum, Cap. XII.



**L**icet natura sola sit principium rerum naturalium, tamē in omnibus his quorū substantia transformabilis, multū iuuatur arte & cultu, ut in melius uel peius transmutetur. Hac igitur consideratione loquamur de agris & eorū cultu, & hortis, & pomarijs, & cæteris per quas fit cultus plantarū, & remouentur à syluestri natura, ad, ut sic dicam, domesticationem. Sūt

autem maxime quatuor quæ circa hæc consideranda sunt, cibus uidelicet, & aratio siue fossa, seminatio & insito. Circa hæc studēt omnes agricultores præcipue. Cibus autem non est aliquod simplex elementum, oportet igitur cibum plantarum commixtum esse, si enim simplici planta nutriretur, ex illo constaret, quod omnino irrationabile esset. Atq; cibus non est aliquis qui ad membra plantæ perducere per se possit, propter quod indiget planta rigato cibo, ut hoc conferatur rigatione, quod animalibus confertur per potum, qui uehiculum est cibi decurrentis ad membrum. Cibus igitur proprius plantarum erit aliquod commixtum humidum, res autem commixta humida integritate & salute consistens, non est in uia mutationis ad aliquid, sed saluatur in se ipsa, propter quod nihil nutritur à nutrimento in sua specie & in sua natura cōstituto, sed potius ab eo quod iam ante corruptū est, & destitit ab esse proprio, aut est in uia ad aliquid. Propter quod animalibus creatus est uenter, in quo cibus corrumpitur & extrahitur ab eo id quod nutrit animalis humidum nutrimentale, ipsa enim extractio humidi ipsius quod attrahitur in cibum, corruptio est eius quod nutrit quod in uentrem ingestum est per manducationem, omnis enim corruptio quæ est secundum naturam sic fit, quod extrahitur humidū, & remanet siccum decidēs in cinerem, sicut cito incineratur



incineratur omne sterco animalium. Cum igitur uentrem non habeant plantę, sed terra pro uentre utantur, oportet in terra circa plantas esse putrescentem cibum plantę, & tunc attrahit a radicibus eius humidum cibum. Hęc autem probant opera rusticorum, qui stercore, quod letamen uocant, propę omnium plantarum simant genera, quod non a radices distillat, nisi rigatione pluuię aut aque desuper fuset. Hoc autem letamen in genere duos habet humores, unū quidem superenatantem & aëreum, qui non facile est incorporabilis plantę, sed potius attrahitur & inciditur a sole. Alterum autem habet adiuuatiuum & immixtum subtili sicco quod est in ipso, & hoc est uere cibus plantarum. Plantę generaliter corpus siccus & durius est quàm corpus animalium, & tali indigent cibo qui in terrestriate indurabilis & siccabilis sit. Vltimus enim cibus nutriens similis est nutrito. Iudicatur autem & hoc ab accidente plantarum, quę enim nimis pingui & humido nutriunt, letamen plātis adfert putredines, ex letamine autem quod coadunatum cum suo terrestri habet humiditatem & bonam permutationem conualescunt & roborantur & fructus proferunt cognitos & utiles, fructus enim eorum saporem ex letamine & substantia eorum contrahunt. Atq; si nimis humidum & pingue sit letamen a quo iam planta attrahit humiditatem plurimam, & luxuriabit in folijs & mollibus ramusculis infecūdis, & non sufficienter profert fructum, & ille quem profert erit aquosus & inconueniens, hoc ostendūt omnes syluestres plantę, quę nutrimentum siccum habent & terrestre, fructus enim omnium illarum calidiores & sicciores sunt & fortiores odoris quàm hortensium, quę cibantur letamine aquoso. Ad hoc autem in philosophicis dictū est, fructus creati ex humido uentoso, hoc autem non est nisi quod terrestriati fortissime commixtum est. Hoc igitur est maxime quod cibat & mutat sapes & modos fructuum. Propter quod sterco auium non aquaticarum, & precipue columbarum precipit Palladius permisceri cum letamine, sterco enim hoc est feruens ualde, suo calore in letamine superfluam consumit humiditatem, & tunc magis conuenit plātatum cibo, ideo etiam asinum, equinum uel ouium & caprarum sterco a rusticis sumitur. Hęc enim animalia siccas habent egestiones, & per inductas rationes magis congruunt letamini plantarum, hac de causa precipitur caueri a stercore porcino, quod tam ex specie quàm ex accidente quia siccū non est, plantis affert magnum nocumentum. Sic igitur in communi tractatione letaminum oportet quod ipsum letamen sit in uia corruptionis, potius quàm sit iam inciperatum & ad terrestriatem deductum, & calore naturali destitutum. Nam optime congruit, quum iam per putrefactionem resudat ad superficiem suam naturale humidum, cum enim hoc humidum nutriat quandiu hoc a radices plantarum resudat, tamdiu debitū plantis prębet nutrimentum, qua propter nec recens letamen omnino quęritur, nec quod iam uetustate incineratū existit, quod est anni uel tres partes anni habens optimū esse pronuntiatur a cultoribus plantarum, recens enim adhuc in se claudit uaporem, uetustū aut in toto amisit in ad-

D ministrando



ministrando humorē suum in nutrimentū, propter quod etiam peritiores medicorū, consumptorū habitacula præcipiunt sub tali letamine fieri, fomentū enim huius letaminis à fumigatione sua aliquid carnibus eorum per poros præbet humectationis. Hoc etiam ostendūt industriæ alchimorū, qui optimas qualq; maturationes in clibano letaminis præcipiunt fieri, uocantes clibanū letaminis calorem qui cum tali de quo dictū est humido expirat ad fumi superficiē. Atq; etiam sicco letamine posito, & non bene corrupto uidemus arefcere multas plantarū, nisi multo prohibeant humido aq; per continuationē irrigatiōis, quia siccus calor qui ex tali fimo generatur circa radices intendit in tales radices plantę, & exiccat & in ariditatē conuertit totam plantam. Propter quod ex omnibus his colligitur letamē, quod inuitat plantę habitudinē esse, debere in dispositionibus inductis. Sic igitur administratū letamen mutat plantę naturam, plusq; cibus mutat animal quod cibatur ex illo: animal enim magis diuersum est & lōgius à se attrahit cibum quā plantā, ideo cum letamen hoc sit cibus plantę, & uicinior & similior sit cibus quā animali, citius mutabitur de cibo quā aliquod animalium. Iam quoque sæpius habitum est quod planta terram habet pro uentre, & in terra primum cibus plantę recipit assimulationem, propter quod attrahit ad se plantarum mutationem: uirtutes enim terrę præcipue sunt uirtutes plantarum, & secundum terrę mutationem erit & plantarum mutatio. Nec est aliquis modus ita conueniens ad mutandum plantę naturam sicut per letamen & letaminis contemperationem. Iam enim ostendimus quod in planta non sunt toto numero digestiones sicut in animali. Scimus autem quod similitum in corpore facilius est mutatio, quā heterogeniorum, & ideo uidemus quasdam plantarum ex cibo non solum mutari ad alterum modum saporis fructuum suorum, sed etiam frequenter trāseunt in alias species, ex tenuitate cibi & letaminis, sicut superius de tritico & siligine dictum est. Hoc autem ostendit artis industria, quoniam si quis in arbore perforatis ramis qui sunt iuxta ramusculos à quibus dependent fructus, impleat pulueribus optime contritis foramina, ita quod pulueres ipse sint ex speciebus multum aromaticis, & obstruatur ab utraq; parte optime cum cera forti & spissa, fructus erunt in sapore aromaticæ saporem pulueris obtinentes, qui tamen ad fructuum substantiam non perueniunt, nisi per euaporationem. Oportet igitur quod multo magis letamen cuius humor ingreditur per substantiam corporis plantę & fructuum, mutet naturalem humiditatem ipsius, oportet enim diligenter cauere ne letamen congestū super terram fumet ad flores & fructus, aut etiam ad gemmas plantarum, fumus enim ille siccus intensius & fœtidus est, & per poros ad interiora plantarū ingreditur, & plus corrumpit quā malus cibus, sicut & animalium corpora corrumpunt huius fumi & odores. Hoc autem iam experti sumus in uitibus super quibus sarmenta & paleę, & ouorum testæ fumabant ad gemmas, flores & fructus, & multæ ex his perierūt omnino, postea aruit & exiccatum est, talis enim fumus maxime nocet his quę rarę



raræ substantiæ sunt plantis, sicut est uitis: sic etiam plus nocet uiris quàm fœmi-  
nis, propter raritatem corporis uirilis, fumus enim hic indigestus non alteratus  
pertingit intra corpus, & ideo corrumpit naturas tam plantarū quàm animalium,  
propter quod id quod ex herbis plantarū eradicatum est lōgius projici ab ipsis  
debet, ne corruptionis fœtore plantis afferat nocumentū. Oportet etiā nos non  
latere ex eadem causa paludes ab agricultoribus fieri debere, sicca enim palea,  
farmenta & stercola non aperte maturant, sed potius corrumpuntur & corrup-  
punt per fumū suum quem emittunt, humefacta autem laxius resoluunt in super-  
ficiebus, & efficiuntur molliora, per quorū spiritus gibbositatē exudet ad super-  
ficiem naturale humidum, & maturetur in plantarū conueniens nutrimentum.  
Huius autē indicium est quod plantę etiam sicut & animalia attrahūt humidum,  
& cibi sui uehiculum, & tamen non potent sicut & animalia, paludalis enim po-  
tus earum permittet letamini, qui fecit ipsum in plantis undiq; florere, & ipsarū  
partes infundendo nutrire & mutare. Nec obstat quod uidemus quosdā rustico-  
rum præparare loca cultuū suorum per intensos stipites & ligna, & tūc terram  
melius fructificare in plātis, hoc enim non fit propter plātas, sed ad temperandū  
duplicem terrę maliciam, friget enim terra & ex frigiditate sterilis, hoc modo  
aliquid caloris accipit, quo semina in ea iactata melius cōualecant. Similiter autē  
& humida nimis, & ex hoc fœcunda intentione & immixto cinere, in cuius po-  
ris aqua non tenet, & contrahit siccitatē temperatam, per quā magis habilis effi-  
citur ad fructificādum. Ex omnibus igitur prædictis constat letamen unum esse  
eorum quæ præcipue plantā mutant à syluestritate, ut ita loquar, in domesticati-  
onem. Syluestritas enim plantæ nihil aliud est nisi neglectus cultus eius, & sapor  
fructus eius, qui usibus humanis non competit. Et domestica dicitur, quādo per  
cultum eius sapor ad delectationē & utilitatem hominū redigitur, hoc autē fieri  
per letamen probatur, & ea quæ in animalibus accidunt, quęcunq; enim anima-  
lia sunt domestica plurimū sunt cana propter nutrimenti abundantia, & multa-  
rum sunt qualitātū, & diuersorū colorum, propter nutrimenti diuersitatē, & sa-  
por carniū earum alius quā syluestriū. Oportet igitur pportionabiliter hoc  
etiam in plantis accidere ex nutrimenti administratione, Palladius autē refert,  
quod stercorū congestio locum suum tenere debebit, qui abundet humore, &  
propter odoris horrenda à prætorij cōuertatur aspectu. Humor abundans hic  
prestabit stercoli ut si qua insunt spinarum semina putrescant. Stercus asinorum  
primū est maxime hortis, deinde ouium & caprinū, & iumentorum, porcinum  
uero pessimū, cineres optimi, sed columbinū feruidissimū, cæterarumq; auium  
satis utile, excepto palustrium. Cassius uero scribit, ut refert Varro, columbinū  
esse præcipuum, post ipsum stercus hominis, tertio caprinū, ouium, & asinum,  
equinum non bonum nisi pratis. Stercus quod anno requieuit satis est utile, nec  
herbas creat, si uetustius est minus proderit, pratis uero recentia stercola pro-  
derunt ad ubertatē herbarum. Et maris purgamenta si aquis dulcibus eluantur



mixta uicem stercoreis adhibebūt. Varro scripsit, quod prope uillā duo debent esse sterquilinia, uidelicet bifariam diuisa, & quod in uno nouum est debet dimitti donec maturescat, alterū uetus in agrum tolli. Nec nō illud sterquilinium est melius, cuius latera & summū uirgis ac frondibus à sole est defensum, non enim succus quem quærit terra per solē exugi oportet. Itaq; periti procurant, ut aqua in sterquiliniū fluat, quæ maxime retinet succus. Stercorandi sunt agri spissius in colle, in campo rarius, cum luna minuitur, quæ res herbis si seruetur proficiet. Vni iugero asserit Columella 24. stercoreis carpenta sufficere, in plano uero 18. Rustici tamen nostri duplū ponunt & ultra, sed Tusci non tantū. Item cumuli tot dissipandi sunt quot ea die poterūt exarari, ne stercorea exiccata nil profint. Eijciunt quidē letamina qualibet parte hyemis, sed si tēpore suo eijci non possunt, antequā seras more seminis per agros puluerē stercoreis sparge uel, caprinum manu proijce, & terrā sarculis misce. Nec proderit nimium stercoreare uno tempore, sed frequenter & modice. Ager aquosus plus stercoreis quærit, siccus minus, sed si letaminis copia desit, hoc pro stercore optime cedit, ut sabulosis locis cretam & argillā spargas, cretosus & nimium spissus sabulū, hoc etiam & segetibus proficit, & uineas pulcherrimas reddit. Nam letamen in uineis uini consueuit uitare saporē. Vel seminentur lupini in agris cultis & uineis in mense Augusti, & in mense Aprilis uel Maij, & cum ad debitū quasi augmentū peruenerint euertantur, sic enim loco letaminis uineam & terram impinguant. Et duobus annis ad plus ipsorum durat in eis pinguedo. In partibus autem Tusciæ cultores experti, lupinos serunt tempore quo seminant rapæ in terris cultis uel stipulis bis aratis, uidelicet circa tres corbes in iugero, & terra operiunt, deinde tēpore Octobris ligonibus incidunt, & in sulcis ponunt, & ibidem seminantes frumentum aratur, semenq; operiunt, & deinde bonum frumentum colligunt æstate sequenti. Mediolan. uero seminant ranicias spissas, & cum creuerint eas euertunt. Alij autem serunt gralegam & euertunt cum ad substantiæ uenerit complementum. Alij uero terras quæ sua macritudine parum aut nihil fructificant, ad multā fertilitatem cum irrigatione hoc modo reducant, scilicet quod extracta de campis segete, inducant in agros aquā per sulcos uel riuulos ordinatos, est autē melius si aqua est turbida de torrente, quæ super faciem agri terrā nouam inducat, & replendo sulcos agrum æquat, & præcipue si fuerit ager cretosus, nam si solutus fuerit sufficit aqua clara. Prodest autem maxime talis irrigatio in estate cum aqua in agris steterit sub radijs solis feruentis, hoc enim modo talis ager plurimum impinguatur. Item dicunt Mediolan. & omnes cōmuniter hoc obseruāt, quod ubi linum seri debet, lupinos quos ibi seminauerant euertunt, non solum si iam magni sunt, sed etiam si tunc nati sunt, & ualde terram fecundant, & plus dicunt si aliquibus diebus mollificentur in aqua, ita quod bonum gramen emittant & manu serant, & terrā arant, eam ualde fecundā. Item dicunt de cineribus, & ideo simum cōburunt & manu seminant, & euertunt cum lini, & cuiusuis alterius semine



rius semine. Ponendū est autem letamen in campis, uineis, hortis, & arboribus, præcipue à Calend. Septembris per omnes menses sequentes usq; ad mensem Maij subsequenter, & in tēpore magni gelu super iam natis segetibus potest cōgrue spargi, poterit etiam sequentibus mensibus in terra spargi, si eodem de terra operiatur, & uineis, et arboribus, si fuerit ualde maturum. Et est sciendū quod ex uno curru palarum quinq; & sex currus letaminis fiunt, & pro sex annis optime una stercoreis sparsio terram fecūdat. Item notandū est quod letamen absq; animalibus fit hoc modo, uidelicet quod in hyeme paleæ uel alia stramenta proijciuntur in uijs lutosis, curijs uel fossatis, & quibuscunque foueis, & cum ibi per quindecim dies uel circa iacuerint, & fuerint conculcatæ, sepeq; pluuijs madefactæ coaceruantur, & ad magnum letaminis montem latum, ut pluuiarum aquas recipiat post dies aliquot deferuntur, & cum sic per totam æstatem steterit, spargantur in agris.

De aqua quæ conuenit maturitati letaminis, & nutrimento  
plantarum, Cap. XIII.


**A**qua paludalis conuenienter letamen, quod est nutrimentum plantarū, maturat, & plantas irrigat, aqua enim fluente non bene maturatur, nec irrigatur planta, quoniam illa quidem frigiditate sua constringit poros letaminis ne expiret in eo calidum aut humidum naturale ad superficiem, similiter autem eadem frigiditate constringit poros radicum, & non sinit eos aperiri in tractū nutrimenti, & quod est circa radices leuat & deducit, & ideo fortiter syluestribus aquis, paucas aut nullas uidemus nasci plantas. Terrestritas enim fundi leuatur & educitur, nec remanet nisi lapis durus & frigidus in quo planta nasci uel nutriri non potest. Aqua autem stans fixum in se recipit solis radium, & calet illo calore quo adiuuat ad letaminis maturationē & radicum apertionem, & ad pullulationem seminum, & maxime aqua quæ descendit in pluuijs & roribus ex nubibus super terram. Hæc est enim calida & uaporabilis, & ideo palus ex illa conuenientissime fit iuxta letamen, quia calore maturat, & uaporabilitate commiscet subtili commixtione, confert ei lenitatem & motum quibus eleuare possit in uenas & poros organicos plantarum. Si autem aqua lacunalis uel fontium adhibetur in loco paludis, oportet quod stet sub radio solis priusquam letamen iniiciatur, & commisceatur cum ea fortiter, & moueatur ita quod ex motu spumam faciat, & uaporabilis fiat, propter dictam causam. Aqua autem grandinum & niuium nisi diu stet antequā fluat ad plantas, plurimū sui frigiditate plantis nocumentum affert, est enim in ea frigiditas radices mortificans, & humidū letaminis congelans, & hoc nocumentum non de facili aufertur. Cuius signum est quod terræ niuosæ parum proferunt germinis, & quod proferunt est immaturum, & licet calefiat aliquando aqua per solem, tamen nocumentum quod intulit prima frigiditate non aufertur, quia hoc fuit mortificatiuū, hoc autem uide



mus in terris gradinatis & agris, quoniam infra tres annos uix postea reducunt ad cultum. Sed aqua pluuiæ licet sit frigida, tamen excellentiam frigoris non habet, & habet caliditatem ex nube ex qua descendit & uaporabilitatem. Ros autem est calidus & humidus, & dulcis, qui facile mouetur ad membra plantarum. Palus de qua dictum est, non erit sita iuxta plantas prope, quoniam nimis fusa plâta impeditur à fructu conuenienti, sed mediocriter infusa conualescit. Propter quod letamen conuenienter in altiori parte horti uel agri tenetur, ut ipsius nutrimentum & uirtus cum pluuiâ descendente ad plantarum deducatur radices, ubi calor terræ fumat in radices arborum & aliarum plâtarum, & fugitur humor eius naturali calore radicum. Et hæc est causa, quod aquæ puræ cum impetu fluentes steriles efficiunt terras quas influunt. Aquæ autem lacunosæ & paludosæ faciunt eas pingues, & præcipue quando ex pluuijs accipiunt incrementum. Propter quod exeunt ab aluo in agros, sicut Nilus qui crescit in pluuijs sub æquinoctiali descenditibus, quæ sunt calidæ & humidæ, & ideo optime irrigat sata Ægyptiorum. Alia autem aqua grauis est potius descendens à partibus letaminis & à radicibus plantarum qua uaporetur in ipsas, & ideo non est adeb conueniens in lacunis in quibus stetit. Aqua medicamen accipit ex continuo radio solis, & ideo putrescentes in eius fundo herbæ quasi in naturam conuertuntur letaminis. Propter quod etiam lutum de fundo talium lacunarum paludalium acceptum pinguem agrum & fecundum facit, habens effectum letaminis in ipso. Omnino autem conuenientissimum plantarum nutrimentum est letamen in palude temperata humiditate putrefactum, & ex conuenienti stercore commixtum, propter causas inductas. Sed aqua salsa præ omnibus cauenda est, ne admisceatur letamini aut plantis, quoniam illa exiccatiua est & adustiua & omnino contraria plantarum pululationi. Licet enim acredo salis fracta sit in humido aqueo, cum torrore tamē solis conuertitur in acridinem & amaritudinem, & tale nutrimentum omnino plantis refugium, & aliam habet in se similiter siccitatem potentialem ex combusta salis terreitrate, & ex hoc contrahit poros plantarum & obturat & exiccat letamini quod suum humidum non ualet exudare in plantarum cibatione. Adhuc autem aquæ metallorum quæ per mineras decurrunt aut fistulas metallinas diu aut longe fluxerunt sunt inconuenientes, quoniam ex natura metalli corrodunt potius quam infundant interiora letaminis & plantarum. Aqua autem maturas letamen est aqua paludalis ex pluuijs & roribus congregata, si illa non habetur, sit aqua lacunalis sub sole diu calefacta, & fortiter mota, si autem nec illa parata est, sit aqua de fontibus aut fluminibus aut puteis hausta, fortiter commixta, & sub sole calefacta.



## De utilitatibus arationum &amp; fossionum, Cap. XIII.



**A** Rationes autem & fossiones in genere quatuor conferunt utilitates, quarum una est terre apertio, secunda est eiusdem adæquatio, tertia est agri commixtio, quarta eiusdem comminutio. Terram autem aperiri necesse est, quia

aliter nec semina in se iacta recipit, nec ea quæ in se habet sufficienter expirans amittit, & ideo aperiri oportet terram in omni mutatione plantarum, quando de syluestreitate ut ita loquamur, in domesticationem mutantur, soliditas quippe superficiei per pondus ipsum terre & conculcationem hominum & bestiarum, adhuc aut per imbrium ictus & fluxum facta impedit, ne aliquid in se ab exteriori recipiat, aut etiam aliquid ab interioribus suis emittat, unde planta in ea fixa aut germinet aut mutetur à dispositione una in aliam, propter quod proscindi terram oportet, aut aratro aut fossorio. Similiter autem nisi fuerit adæquata non bene mutabit plantam, sed potius contrarie in ea dispositiones forte corrumpunt: cum enim id quod est continue in superficie terræ suo pondere & fluxu humoris tendat ad inferius in terræ viscera, est terra inferius ad duos uel ad tres pedes magis pinguis quam in superficie, & ideo inferiorem superius eleuari, & superiorem deprimi per arationem & fossionem oportet, ut adæquata uirtus sua in una uirtute unita moueat plantarum radices & fecundet. Nec non beneficium radiorum solis tangit primitus superficiem, sed cum non sit retinens aliquid euanescit, & propter redundantiam conseruatur in inferiori parte terræ. Et ad hoc quod adæquatur quando inferius superius ponitur & è conuerso, & multe aliæ adeptiones terræ uirtutū fiunt per fossionem terræ & arationem. Commixtio etiam necessaria est quoniam nisi partes quælibet sibi permixtæ sint, non erit ipsa proprius locus generationis plantarum, plantæ autem quæ sunt commixtarum uirtutum locum suæ generationis quærunt esse cõmixtum, nec potest fieri quod ager sit equaliter humidus, & equaliter siccus, & equaliter frigidus, & equaliter calidus, nisi fiat hoc beneficium fossuræ & arationum. Comminutio etiam est necessaria propter subtilitatem ipsius, nisi enim comminuatur non subtiliabitur, & nisi subtilietur non erit conueniens cibus, & materia plantarum. Propter quod præcipit agriculor Palladius quod non aretur tempore quo terra lutosa est, quia tunc in puluerē non reducitur, nec est tempus congruū arationum quo eximie siccitatis, quia tunc glebæ magne non diuidunt, sed potius tempore quo parum mollita est terra, nec tantū habet humoris quo contineant se partes ipsius, tunc enim proprie cõminuit, subtiliat & aptatur seminibus & plātis, ppter causas inductas. Hac de causa periti uiri & agriculores ter uel quater crudum



agrum arare præcipiunt, dicentes quod habet de tribus uel quatuor arationibus addere fructibus proportionabiliter sui numeri quantitatem, ut quod secunda aratio addat alteram fructuum partem, & tertia tertiam, & quarta quartam, & ultra non progreditur, quia sufficit quod per quatuor arationes est terra subtiliata ad cibum preparatum. Hac de causa præcipiunt periti in rusticatione glebas magnas malleis magnis comminui, quia aliter ut diximus non conuenit generationi plantarum. Quod autem diximus de tribus uel quatuor arationibus uariatur secundum qualitatem agri qui colitur, fortis enim & glutinosus, & adulterinis herbis repletus, non excolitur ad emundationem & subtiliationem nisi quatuor arationibus, porosam autem subtilem & mundam terram habenti forte sufficit una aratio uel due, aut, ut multum, tres, aut plus. Propter quod etiam præcipit Palladius, terram considerari, quoniam si labor fructus excellat utilitatem, relinquenda est, si autem fructus excedit laboris meritum insistendum dicit esse cultui. Sunt autem agri, qui non arando sed fodiendo temperantur, & hi sunt quorum multa est pinguedo in profundo quod uomere aratri pertingere non potest, ad hos enim oportet adhiberi fossorium, quod profundius terram sulcat quam uomere aratri, compertum enim experientia rusticorum usque ad decem pedes pluuie humorem pinguedinem superficiem terre semen deferre, cum in profundum distillat. Atque etiam sicut uideremus animalia aquatica quae sub terra profunde generantur in lacubus subterraneis uenenosa esse, eo quod lucis expertia sunt, & uaporibus spissis nutrita, ita etiam & pingue quod in profundo terrae latet incongruum est & grossum, & frigidum, nisi ad superficiem aliquando tollatur, & luce solis lustratum subleuetur & dissoluatur, & spirituale fiat, quo uaporabili spiritu ad radices & semina pertingere & penetrare possit, & usibus laborantium adoptari, non enim omnis ager colitur uel aratur. Cum enim antiqui Aegyptij primo agrum mensuris Geometricis distinxerunt, quatuor genera agrorum esse dixerunt in quibus plantae domesticantur per cultum, satiuum uidelicet, consitum, compascuum, & noualem, ex his autem duos tantum arando & fodiendo coluerunt, satiuum uidelicet & noualem, uocantes satiuum qui feritur continue singulis annis, uel in eodem anno pluries, noualem autem qui alteratis annis, aut tertio intermisso, aut quarto, aut quinto, aut sexto, aut forte septimo anno quiescit. Et hos fodere & arare præcipiunt propter causas quas diximus. Compascuum autem & consitum non fodiendos esse præceperunt. Compascuum autem uocabant eum qui prata ferebat in pastum animalium. Consitum autem eum qui arboribus erat consitus, quae portabant fructus salubres usui hominum. Et compascuum nullo modo, consitum uero non fodiebant nisi forte parum circa radices, & non ubique, cuius nos inferius rationem dicemus, sic hic dicere sufficit quod satiuus & noualis ager fodiendi & arandi sunt, quia aliter semina in eis non bene conualescunt, propter causas quas diximus.





**D**iuersificatur autē in arando & cultu fatiuus & no-  
ualis ager, quoniam fatiuus uirtutem habet magnam & seracem fructificandi, in tantū quod si continue non macerentur in partu, pinguedine nimia luxuriabit in spuria diuersarum plantarū, quod postea sine magno labore emendari non poterit, aut forte in humore, ita quod ipse humor abundans submerget seminum uirtutē.

Et si quidē adeo serax est quod timetur luxuria adulterinarū plantarū, continue feritur omni anno, aut forte in anno pluries, eo quod calidus & humidus est talis ager, & soli calido expositus, qui etiam sol ab æquinoctiali descendens calorē terrę ad pullulationē seminū sufficienter immittit. Nā calor solis cōmiscet inferiora superioribus ad generationē eorum quę in terra nascunt, & ideo quando solis calor inferiorē terrę humorē eleuat in superficiem agri siccam, efficit ager cōtinue calidus & humidus, & est ille ager semper porosę terrę, etiam bonę cōmixtionis, & facilis cultus, & paruo labore multā profert fructuū ubertatē, & ille proprie uocat fatiuus, quando autē uincente calore solis eleuatum de profundo humidū non cōmiscet agrum & mollificat eum, sed consumitur & plus cōsumit sol de humiditate uel humore quā eleuet, efficitur ager puluerulentus & sabulosus, salsus & pessimus, qui non recipit bonitatē per cultum, sed potius siccitate redigit in herēmi solitudinē. In qua nulla plantarum recipere potest ad bonum usum mutationē. Adhuc autem si tanta sit solis debilitas, ut nihil de profundo terrę eleuare possit ad superficiem, sed potius cōprimitur continue ager loci frigiditate mortificante, quantumcunq; ille colatur non reddit fructū plantarum, nisi forte syluarū, eo quod syluarum arbores ualde in magnā profunditatē dirigunt radices, ubi est calor fumans ex superiore terrę constrictione, ad tantā autem profunditatem nec fossio pertingere potest, nec aratio, nec seminatio. Et ideo tales agri nec arabiles, nec fatiui dicuntur. Omnia hęc quę in superficie terrę nascuntur ex uaporibus de substantijs ad superficiem pertinentibus oriuntur. Satiuus igitur ager optimus est, qui uapore pertingente & non consumpto superius est calidus & humidus, molliem habens superficiem & porosam, qui & cultu facilis est & serax seminibus in eum iactis. Est autem hoc imaginari per similitudinem balneorum, in his enim si quis calore moderate mouente quidem humidum, sed non consumente usus fuerit, diffundetur humidū naturale in mixtum cibale humido per corpus suū extendit carnes suas, & impinguabit eas. Si autem



autem calore immoderato & diu utatur, expirat humidum eius, & destruetur & macerabitur corpus. Propter quod dixit Palladius, maxime eligendum esse pinguem & rarum agrum, qui calore rarificatus non dissolutus sit, & humido multo spirituali ad superficiem deflexus, impinguatus sit. Secundi autem meriti dicit esse pinguem & densum, hic enim & si densus sit, aratione est subtiliabilis & rare factibilis, & tunc efficitur conueniens pingui & denso, hic enim labor cultus cum cultoribus non negligentibus ad uota respondebit. Cum autem istae duae dispositiones magis inueniantur in agro culto, pinguis & rarus magis uineis congruit, eo quod uites rari ligni sint, & ex denso non ita sugere possunt. Atque plurimo indigent calore & humore uineae, propter quod non conuenit ad uites terra densa, quae & calorem impedit ad radices pertingere & humorem: pinguis autem & densa frugibus magis congruit, quae solidum exigunt fundum & cibum propter grani siccitatem & soliditatem, solum autem nimis macrum, & melancholica quadam ariditate, nec frugibus conuenit, nec uineis, hoc enim reprehensam in uicina sui profunditate habet humiditatem, & haec humiditas parum spirat, nisi forte ad arborum ex profundo generationem, & harum fructus autem nulli sunt propter frigus, aut immaturi, & inconuenientes. Et ideo plantae in tali terra non domesticantur. Ea autem quae nimio calore siccitatem patitur praeter omnibus peior est, illa enim & in profundo & superficie destituta est humido, & ideo heremus uocatur, eo quod redacta sit in solitudinem, nec aliquid profert propter adustionem & salsedinem sabuli, nisi forte herbas ualde minutas & siccas ex aliquo modico uapore alicuius temperati temporis generatas. Propter quod optimus agriculorum Palladius dicit: id deterrimum terrae genus esse quod est siccum simul & spissum, macrum & frigidum.

De medicamine agri ut fiat satiuus, Cap. XVI.

**C**UM autem quidam agri in se quidem frigiditate steriles, aut humore, qui culti primo accipiunt medicinam, & postea in eis optime plantae praecipue fruges proueniunt. In talibus enim terris argilla fossa terrae frigidae ministretur, ex argilla enim terra frigida accipit fecunditatem, eo quod argilla calida est & sicca, proprietatem habens masculi. Terra autem frigida est & humida, eo quod frigus inducit humidum, & cum calidum siccum permiscetur frigido & humido fit temperamentum, & tunc terra illa ferax ita diu efficitur, donec per illuionem imbrium non distillatur ab ea argilla, & tunc plantae in talibus terris ad meritum ueniunt, mutantes syluestrium proprietates in domesticarum qualitates, tam in quantitate fructuum quam in qualitate. Si terra sicca est & amara nunquam recipit medicinam, quicquid enim ingeri potest tali terrae totum in adustionem & salsedinem & siccitatem conuertit. Propter quod etiam terra ad louem exclamans, se, in fabulis poetarum legit, conquestum de incendio Phaetontis, & non conquesta de gelicidio



gelicidio Saturni, sciens quod malicia quæ ex frigore est potest temperari, non autem adustio quæ est ex siccitate falsuginis. Similiter autem si terra humore infœcunda est, aliquod recipit temperamentum, foditur enim fossatis per trãfuer- sum, ad quæ primo descendit humor superfluus, ut postea defluat ab agro, tunc recipit temperamentũ. Propter quod omnes fossas agrorũ ad unam maiorem & decliuorem deriuari facias per transfuersales arationes & fossas, ut per decli- uorem ager è superfluo mũdetur humore. Eo modo quo etiam immutationes & euacuationes corpora curãt animalĩũ ex humore, & non qualitate tantum in firmata. Sicut duplex causa est ægritudinis in animalis corpore, quod uidelicet aut qualitate aut humore infirmantur, ita etiam est in agro. Et ideo cum terra fri- giditate sola uincibili est sterilis, studeat agriculor infundere alterãtem argillã, si autem ex humore solo eius infœcũditas est, studet euacuantibus eam redigere ad cultum, per modum fossarũ qui dictus est. Sed terra quæ iam sic destituta cõ- busta est, desperata est, sicut animalis corpus mortuum & incineratum. His igitur modis ager satius iuuatur ad domesticationem plantarum, præcipue in fru- gum cultu, quoniam de uineis sermo erit posterius, cum de agro consito tracta- bimus, in talibus enim non optimis agris, qui medicina plurima & continua indi- gent, diligẽter obseruanda sunt tempora cultus & sationis. In terris autem frigi- dis autumnalem tempestiue oportet fieri sationem, ut planta aliquid roboris an- te hyemis aduentũ accipiat, nam si debilis nimis ad hyemis peruenerit frigidita- tem, ipsa gelante glacie mortificabitur, & à fructu optato destituet, hoc autem maxime est in eo agro qui cum frigiditate etiam est siccus, nisi enim tunc tempe- stine præueniat satio, non habebit robur contra hyemẽ macram & tenella plãta- tio. In agro autem calido & pingui differẽda est satio quantũ commode potest, quod si præueniatur in tali agro luxuriabit in herba, & cum totum in herba po- fuerit humidũ substantie, non habebit uero tẽpore unde producat semina utilia, nam eius satio non accipit ab hyemis frigore aliquod nocumentũ, eò quod loca- tum sit semel in agro calido & pingui, & sic etiam à frigore hyemis lædi non po- test, sed plantula potius impinguat & retinetur à frigore hyemis, ne luxuriet, & tũ uerno superueniente calore multiplicia ex se formabit semina, & fructus in maxima ubertate producit. Similiter autẽ considerandũ est in agris multũ frigi- dis & humidis, qui circumpositi sunt maribus & paludibus multis, hos enim non conuenit seminare in autumnno nimium autem laborant humore frigido, & semi- num forma abluitur & perit, ita quod euanesçũt in uere, & à fructu destituuntur, sed uerno tempore sata multipliciter habent humidũ, & cum calor solis conua- luerit, cito crescunt & fructificant. Et huius signum est, quod uidemus tales in sic- citate temporum, quæ alios agros impedit, optime fructificare, temporis enim siccitas nimio agri humori coniuncta facit temperamentum, & fructuum reddit ubertatem. Propter quod etiam dicimus tales agros per sationem fabæ uel lini, si aliquando infœcũda sint, redire ad ubertatẽ, eò quod talia radicitus euulsa su-  
perfluam



perfluam ipsius temperant humiditatem. Propter quod studium culture sit circa huiusmodi agros, ut per congestos aggeres affluentem redundantiam impediant aquarū, ne agri impediant superficiem, & per fossata in extremitate agrorum aperta, ea quę iam influxit aut per pluias uenit educāt aque humiditatem. Nullo autem ingenio, ut dictum est, curari ualet terra ex aduisione longa & siccitate sterilis effecta, raritas enim eius humorem inductum non retinet. Siccitas autem letamen absorbit appositum, & amaritudo innata impedit seminū aut plantarum nutrimentum. Frequenter tamen super huius falsugine superficiem quandam terrę lenis & pinguis, quę alluione maris adducta est, inuenimus quę longa putredine herbarum ibi est generata flumina enim in mare intrantia plurimā secum trahunt terram, quam eradunt de terris optimis, quę dum ad mare peruenerit reflexu proijcitur super falsuginem littoris, & dum hoc fit continue tempore longo superficies talis terrę feracissima est in fructibus, qui non in profundum figunt radices, eas uero plantas quę in profundū figunt radices nutrire non possunt, & ideo talis terra frugum quidem fert copiam, sed arbores aut nulle aut paruulę nascuntur in ea, huius autem signum est, quod uidemus maria quę bis in die naturali influunt & refluunt, & iuxta littora sua tales habere agros, maria autem stantia omnino iuxta littora sua sunt sterilia.

De cultu agri montuosi & ualliculosi, Cap. XVII.

**A**gri autem in conuexitatibus montium siti frequenter patiuntur siccitatem & macredinem, quoniam pingue quod est in ipsis defluit ad ualles, & ideo ualles quidem pinguissimi conuexa autem montium sunt arida, propter quod plantę in eis non bene domesticantur per cultum, propter quod etiam in talibus locis præcipiuntur etiam ab agricolis per transuersum sulcari, ut in sulcis stet retenta pinguedo, quę decurrit in præceps si ex directo sulcus descendit. Propter quod etiam fiunt retinacula per materias ex transuerso ante agrum, ne humus defluat postquam fuerit exarata, quidam autem subtiliori ingenio humum hanc ferunt non exaratam sed duram, & postquam seminata est humus euertunt eam super semina, aut aratro aut ligone aut alio fossorio, & non arant eam nisi semel, nec in ea comminuunt glebas magnas, quoniam si araretur sæpius cõminueretur cum pluuia quę cum impetu descendit, ex conuexu montis tota portaretur ad uallem, & periret quod seminatum est. Semen igitur in tali agro tenue & non bonum debet esse, tum propter cultus defectū, tum propter impossibilitatem retinendi pinguedinem & humorem ex quibus semina conualescunt, & ideo etiam fimus letaminis sub terra in montibus non ponitur, sed potius in superficie, ne terra in intimis mota per humorem & impetum descendat in uallem, nec letamen æqualiter spargitur in montibus per totum, sed altius plus letaminis ponitur ubi plus de humore abluitur, secundum quod declinat conuexitas de letamine ponitur quantitas. Inferiora enim per se descensu humorū pinguescunt.



quiescunt, superiora autem pinguedine per alluionem restituntur, dum autem plus letaminis ponitur ubi plus de humore abluitur, & minus in loco ad quem plus letaminis per alluionem imbrium apportatur, sit quædam temperamenti æqualitas. Fructus autem conuenientiores sunt montium quàm uallium, quoniam reuerberatio solis ad montem maior est, & humor moderatus citius obedit digestioni, & loca ipsa montium sunt uaporosa, quia uapor maturantem adiuuat calorem. Ex his ergo animaduertendum est, quod quæcunq; plantæ aromaticos & calidos & siccos habent fructus, hoc magis congruit in montibus plantari & seminari, propter loci calorem & siccitatē, quæcunq; autem solidos & humidos habent fructus, his magis competit in uallibus seminari quàm in montibus. Propter quod uina & aromatica meliora sunt in montibus, & in genere frugum uena melius quàm triticum, uel siligo in montibus prouenit. Frumentū autem hordeum & siligo melius in uallibus proueniunt, propter suorum granorum soliditatem. In ualliculoso autem agro necessario est fieri fossatum in medio uallis magnum & multa parua ad ipsum descendunt, per quæ humoris impetus defluat, ne uenientes de monte torrentes submergant semina quæ iacta sunt in ualle. Sic autem agro culto domesticum seminibus & radicibus plantæ ingerit nutrimentum: & ideo planta domestica tunc efficitur cum ager satius, ut dictum est reperitur, cum enim uenter & mater sint uegetabilium, oportet ut ipsa ad cultum redacta semina secundum agros suas mutent dispositiones. Digerūt autem cibum & faciunt eum cholericum, aut phlegmaticū, aut sanguineum, & postea per dispositiones cibi alterantur corpus & substantia plantarum, nam sicut arte medici dispositiones laudabiles acquirunt uenter, & tunc ad laudabiles dispositiones mutat cibum & corpus, sic sapiens agricola laudabiles dispositiones mutat agrum per cultum, quo laudabiliter dispositio etiam plantæ laudabiles acquirunt dispositiones. Eadem autem operatio est inter partum & matricem, & agrum, & plantam, quoniam licet operatur sicut sperma masculi, qui sicut artifex mouet & format partum, tamen quia sanguis menstruus trahitur in nutrimentum partus in multis sequitur matris & matricis dispositionem, in agris autem & plantis, hoc est, plusquàm in matrice & partu, quia in plantis, sicut in ante habitis est ostensum, non est proprie masculus & fœmina, sed permixtæ sunt hæ uirtutes in eodem, propter quod terræ dispositio tota est quæ alterat plantam ad domesticæ uel syluestris dispositionem.

De cultu agri noualis, Cap. XVIII.

**A**ger autem qui noualis ab antiquis sapientibus uocatur est duplex, unus quidem qui primum ad cultum redactus est, alter autem ad quem interpositis quibusdam quietibus, necesse est suam redire nouitatem, sicut est ager qui duobus annis seminatur, in tertio quiescit, aut in quarto, aut in quinto, aut in sexto, aut in septimo, usq; ad hunc enim inuenimus diuersitatem quietis agrorum



tis agrorum. Noualis autem qui uno anno seminatur, pluribus annis quiescere  
 uult, omnino malus est, & cultui & cultori ad uota non respondens laboris. Stu-  
 dium autem quod habetur in agro noualium, qui nunc primū ad cultum sunt re-  
 ducti, est extirpatio syluestrium, quarum radices nisi extirpentur omnem sugūt  
 agri humorem, & non permittunt semina nutriri, & ad debitū uegetari, propter  
 quod etiam precipitur, agrum non seri diuersis seminibus, uel humidum adurat,  
 aut exiccet alterum, attrahendo ad se nutrimentum. Extirpatis autem illis, serit  
 ager, & primo quidem propter non adustam uirtutem terræ quam cōtraxit lon-  
 go in ipsa putrefactione herbarum ac stirpium diuersarum diu ferax est, aut sine  
 aut cum paruo letamine, deinde oportet adhiberi letamen si ferax debet perma-  
 nere, & nisi sit pinguis ager oportet aliquam interponi quietem. Presertim  
 quando cum substantia herbarum uel palearum plantarum seminatur, aut metuntur, aut ra-  
 dicitus euelluntur: extracta enim agri pinguedine & uirtute, necesse est ut nudus  
 ager soli exponatur tertio uel alio anno cuius calore & lumine uirtutē accipiat  
 germinandi, sicut habuit in prima seminatione, spiritus enim uiuificus plantarum dū  
 per semina & plantas attrahitur humore & spiritu uiuifico terra destituit. Et ter-  
 minato tempore quiescit, ad agrum iterum reuocatur, sicut reuocat ad uterum  
 uirtus concipiendi per quietem inter partum & partum. Ad unum autem agrum  
 redit citius, & ad alium tardius, secundum quod ager magis & minus secundus  
 calidus, & humidus, & porosus, & siccus, & pinguis, & subtilis inuenitur. Hoc  
 autem ostendit & ipsum nomen, quoniam nauale est quod redit ad uirtutem pri-  
 stinam per quietem innouatam, omnium enim operum physicorum testant ope-  
 ra, quæ enim cum labore & expressa uirtute perficiuntur, nisi quiete interposita  
 uim & restorationem accipiant, & dissoluantur & corrumpunt. Quicunq; igitur  
 agri continuatis sationibus fructificant, continue ex cælo & humore suorum  
 principiorū accipiunt innouationem, qui instaurati semper possunt accipere pul-  
 lulationem, & ideo continue seminantur. Quicunq; autem ager continuo humo-  
 re non modo infusus est, sed etiam coopertus illo in maiore parte anni, quod ita  
 intelligas in hyeme scilicet & uere, quando debent pullulare semina, & in autūno  
 quando serendū est, coopertus est nimio humore frigido, & grosso infusus. Ab  
 Aegyptijs qui primitus agros distinxerunt uocat hic ager subteneus, aut temer-  
 lentus, & ille nec noualis nec satiuus, quia in æstate quando in superficie siccant  
 scinditur magnis scissuris lutū, quod est in superficie ipsius ex aqua frigida grossa  
 quæ cooperuerat eum in superiori parte luti eius, & hoc impedit pullulationem  
 bonarum plantarū. Si quæ etiam nascant plantæ in tali agro syluestres remanent,  
 quia acidæ uel amaræ sunt in sapore propter grossitiem & frigiditatem & copiam  
 humoris, & in semine, & in fructu destituunt propter defectum humiditatis, ex quo  
 causant semina & fructus. Atq; igitur quia tempus æstatis non est ad pullulatio-  
 nem fructuū, sed ad maturitatem & exiccationem, & ideo pronunciant de hoc  
 agricultores, quod deserendus est, quia nulla utilis planta in ea mutari potest ex  
 syluestri



syluestri in cōuenientes domesticis plantis proprietates, ut supra. Alium autem agrū uliginosum esse dixerūt antiqui cultores, de quo ratiocinati dixerūt ipsum ad cultum redigi non posse. Et hic est qui heremi habet naturam, cum enim partes in superficie non habeant solidatas & cōtinuitas non radicabit in eo, & florebit, aut fructificabit aliqua perfecta plantarum. Nam planta quærit locum solide cōtinuitatis in quo radicetur & floreat & fructum ferat. In uliginoso enim tota superficies est porus, & quod est subtilis humoris in fundo totum euaporat, nec retinetur aliquid in superficie quod reflexum contineatur & constet, & planta perfecte formetur ex ipsa, & ideo quia talis ager plantam non suscipit, non potest etiam per arationes aut fossas ad hoc redigi, ut in eo fiat aliqua domesticatio plantarum, & ideo relinquendus esse censetur, & in piscinas & lacunas redigendus. Alij tamen dicunt quod terra uliginosa in qua semper inseparata manet humiditas, dicentes, quod uligo est naturalis humor terræ, ab ea nunquam recedens, ut inseparabile accidens, & in hac opinione uidetur esse Palladius, qui ait, quod omne triticum solo uliginoso post tertiam sationem in genus siliginis commutatur. Nam talis transmutatio ex superflua humiditate procedit. Et in multis alijs locis idem Palladius sentit, & cum eo concordat Varro & alijs multi qui de hac materia tractauerunt.

De tempore & modo arandi & dissipandi herbas malas,

Cap.

XIX.

**P**ingues & sicci agri in locis aridis mense Februario & Ianuario possunt proscindi & arari, in locis uero temperatis & humidis mense Maij & Aprilis, uidelicet quando eis superflua humiditas est consumpta, & terra iam ad equalitatem inter humiditatem & siccitatē peruenit. Eodem mense Aprilis & Maij pingues agri, qui diu aquam tenent, proscindantur, cum omnes herbas protulerunt, & eorum semina nondū sunt maturitate firmata. Et sicci de quibus primo diximus, possunt secūda uice arari mense Iunio & Iulio, secūda uice arant agri humidi, quos diximus mense Martio & Aprili, uel Maij esse sulcādos. Mense Augusti humidi agri tertia, sicci uero secūda uice arant. Mense Septēbris pinguis ager & qui diu consueuit habere humorem tertia uice arabitur, quamuis humido anno possit & ante tertiarum. Nunc ager humidus, planus, exilis feritur & aratur. Cliui graciles nunc primum arandi sunt & ferendi. Boues melius collo quā capite iunguntur, quos ubi ad uersuram uenerint arator retineat, & iugum propellat, ut eorum colla refrigerentur. Sulcus autem in arationibus secundum Palladium longior quā centum uiginti pedum esse non debet, sed ex consuetudine cultorum Lombardiæ & Romamniolæ usq; ad ducentos pedes & ultra sulcus extenditur. Cretosa terra profundius, soluta uero minus profunde aretur. Seruandum est etiam ne inter sulcos terra non mota relinquatur. Gle



be omnes sunt dolabris uel malleis, aut ligonibus dissipande. Sed æqualiter totam terram motam esse agnoscis, si transuersum per sulcos particam mittes, que res sæpius facta bubulcos ab hac negligentia submouebit. Obseruandum est ne lutosus ager aretur, aut qui sit post longas siccitates imbre leui perfusus. Nam terra quæ lutosa tractatur in principio, toto fertur anno tractari non posse, quæ uero leuiter superinfusa est, & subtus sicca, si tunc aretur, asseritur per triennium feri sterilis, & ideo mediocriter ager infusus, ut nec lutosus sit, nec aridus debet profcindi. Si collis est transuersus sulcetur per latera, quæ forma tunc cum semine accipit est seruanda. Si agros incultos aperire uolueris, considerabis an sit humidus, ager an siccus, syluis, aut germine, filice uel fruticis uestitus. Si humidus erit, fossarum ductibus ex omni parte siccetur, sed aperte fossæ notæ sunt, cæteræ hoc genere fiunt, imprimuntur sulci per agrum ex transuerso altitudine pedum trium, postea usq; ad medietatem lapidibus repletur aut glareæ, & desuper terra equatur, sed fossarum capita unam patentem fossam petant, ad quam decliues recurrant, ita & humor deducetur, & agri spacia non peribunt. Si defuerint lapides sarmentis uel stramine cooperiuntur, uel quibuscunq; uirgultis. Hæc autem mense Maio fiunt, & etiam alijs mensibus secundum qualitatem humiditatis terræ consumptæ. Si nemorosus est, extirpatis aut rare relictis arboribus colatur. Si lapidosus per multas partes saxorum terra collecta purgari poterit, & nutriri uel muniri. Iuncus gramin & filices frequenti aratione uincuntur. Sed filicem si sæpe fabam conseras uel lupinos, & subinde nascentem mucrone falcis recidas, inter exiguum tempus absumes. Mense Iulio utiliter uel ante canicularis dies filicem extirpabimus & caricem hoc mense cum sol cancri tenebit hospitium, luna sexta in capricorni signo posita, gramin ablatum Græci asserunt nihil de radicibus rediturum.

De semine in communi, Cap. xx.

**D**E seminis autem natura & uirtute in præcedentibus dictum est, sed hic attendendum est, quod semen duo continet, quorum unum est uirtus formatiua, quam habet de cælo, cum calore & spiritu instrumentaliter formatiua deseruiunt, calor quidem digerendo, segregando & subtiliando, spiritus autem uehendo uirtutem. Alterum autem quod habet semen est substantia formalis, quæ immixto sibi humido suscipit formationem & figurationem in planta & plantæ organa. Attendendum est igitur in omni seminatione, ut seratur semen quando adiutorium maius habet de cælo, hoc autem est quando iuuatur calido humido & uiuifico lumine solis temperato, quod in ipso aliquantulum temperatum est adustiuum humidi, in sole enim est coniunctum sicco, & ideo est aliquantulum adustiuum humidi seminis, & ideo nouella semina & plantas teneras aliquando obumbrat à seruore solis ij qui hortos prudenter excolunt, sed in lumine lune est luminis eiusdem



men eiusdem solis coniunctum frigido temperato & humido, ut ex lumine solis habeat caliditatem mouentem, & ex frigido temperato recipiat temperamentum, & ex humido moueatur siccitas ipsius. Incenso igitur primo lumine in luna, cum ipsa est calida temperata & humida iacienda sunt semina, quia tunc convenientius iuuatur uirtus eorum à luna, propter rationes iam inductas, mouebit enim tunc uirtutem formatiuam, calor enim eius & spiritus adiuuatur à temperato calore lunæ, & ab humido lunæ iuuatur materia formalis quæ formanda est. Nec oportet attendere ad stellas alias, quoniam uirtus illarum communicatur lumini solis & lunæ per applicationem lunæ ad eas, quæ in omnibus applicatur respectibus eorum quolibet mense per recessum & accessum, & ideo antiqui sapientes lunam cœlestis militiæ reginam uocabant, & uitream Dianæ lampadem. Ratio prioris nominis est, quia uicina nobis existens plus influit super inferiora quàm alia cœlestis uirtus, & applicans se in spacio mēsis, quolibet mense perficit mutato lumine, quod omnia perficiunt in spacio multorum annorum. Propter quod egregius philosophus Aristoteles dixit, quod luna facit in mense, quod sol facit in anno, hoc est per hyemem & æstatem, uer & autūnum. Quoniam à prima accessione usque ad diminutionem luminis eius est calida & humida sicut uer, & à diminutione luminis eius usque ad plenitudinem est calida & sicca, sicut æstas. Et à plenitudine usque ad diminutionem secundam, est frigida & sicca. Et à diminutione secunda usque ad effectum, est frigida & humida, corrupto seminali humore phlegmatico. Propter quod si satio est, & fiet tempore quo est calida & sicca, exiccabitur humidum substantiale seminū, quod formari debet in organa plantæ, & non proueniet plantæ perfectio. Si autem tempore illo fiet satio quo est frigida & sicca, non mouebitur calor seminum, nec iuuabitur humidum. Et ideo satio non erit cōueniens. Si autem tempore quo est corrupte senectutis frigida & humida existens, putrescent forte semina, & non proueniet utilitas sationis. In prima autem satione omnia iuuantur & proueniunt utiliter, & ideo dicitur uitrea lampas Dianæ à frigida luce succensa. Dianā enim lumen aëris esse fabulant poëtæ, qui aër spiritualiter existit in corporibus animatorum. Lampas enim huius spiritus corpus lunare est, quod per lucem cōcepta & temperata à sole formata profundit, & spiritus animatorum, & mouet eos, ut moniti proferant uirtutes ad naturales operationes, quas sol si per se moueret, dissolueret, propter nimiam sui intemperantiam & siccitatē ideo enim frigus lunæ per optime obsequitur, qui continens extrinsecus & accidens intrinsecus temperate, & mouet interius spiritus ad naturales operationes, & non sinit eosdem dissolui per euaporationē, quia frigus temperatum circundans intrinsecus reprimat & reflectit spiritus ut interioribus confortentur; maxime autem hoc est in plantis, quæ non agunt nisi naturales operationes, & non sunt sensibiles, sensus enim magis confortantur extra, & naturalia magis uigent in interioribus. Attendendum igitur est, ut in accessione lunæ seminet istis rationibus. Oportet autem considerare quartā circuli decliuis, in



qua mouentur lumina uiuifica, cum in circulo decliui sit generatio & corruptio inuegetabilium. Non est tamen in omnibus partibus causa generationis, sed in quarta quæ est ab ariete in cancrum. Omnis ergo satio est perfecta, ante quã sol accipiat arietem, quia tunc semina in matricibus suis non inuenies, sed in matrice terræ deuorabit ea, & uiuifico lumine mouebit. Et autumnales quidem sationes nunc radicate mouebuntur in debitam suæ substantiæ quantitatem, & flores & seminum formationem. Vernales autem seminationes etiam in matrice terræ iacentes tunc pullulant, & adiuuante sole temperato florebunt, & generabit ante tempus eximie siccitatis. Nec oportet quod multũ obseruentur uenti, quoniam licet auster euocet terram, & pullulare facit plantas, tamen aquilo quãdo non est mortificantis frigiditatis continet semen, ne euaporans dissoluatur. Sed plerunq; cauendum est, quod ager non seratur diuerso simul semine, sæpe enim contigit quod unum semen magis cõtrahit quã alterum, & tunc unum adurit alterum, & aliquando per appositum tractum utrunq; impeditur à germine. Videmus enim quod plãta iuxta helleborũ uel scãmoneam posita contrahit proprietas eius, & zizania iuxta triticũ posita ipsum adurit, similiter facit corilus, uel caulis circa uitem, & sic est de multis alijs, & sic etiam at sq; dubio diuersitas seminis subtile humidum, quod est in agro, contrarijs uirtutibus corrũpit, quod non bene proficit ad fructum domesticum, sic etiam diuersitas seminum animalium, quãdo unum coit cum scẽmina alterius speciei, corrumpit utrunq; ita quod neutrum perficit fecunditatem. Propter quod cauẽdum est ab huius diuersitate in pluribus. Quædam autem semina per experientiam inueniuntur seinuicem non lædere, sed simul sata conualescere, & fructus ubertatem successiue afferre, ueluti cum serunt tempore congruo in pastinato solo semina atriplicum, spinachia, sceniculorum, lactucarum, petrosilini, satireie, bliti & caulium, ex quibus primo euelluntur atriplices, secundo spinachia, & ex caulibus quidam ut transplantent, uel omnes, uel nimis spissæ rarificentur & sarculantur, & successiue colliguntur remanẽtib; ex quolibet genere quibusdam seminibus propter semina. Item seruntur congrue simul triticum & spelta, milium & panicum, & phaseoli, & similiter hordeum & frumentum. Amplius autem si ultra mensuram iaciantur semina in agro, macilentia & non proficientia erunt. Sed si seratur ager secundum proportionem cibalis humiditatis quod est in ipso, ita quod radices dilatari & confortari possint, tunc enim planta exurgens fortis erit, & proferens fructũ, quem querit ex labore culturæ. Hæc igitur diligenter esse attendenda & naturalis suadet ratio & experientia cultus. Oportet etiam attendere ne forte uel ipsa semina iacta sint corrupta, & ideo præcipit à Palladio, ne semina iacta uetustiora sint quã annua, si enim uetustatem habent ultra annum, nimis exiccata sunt, & uirtus formatiua proprio subiecto destituta, humoris radicalis substantiæ delituta euanuit, & ideo talia raro proficiunt. Præterea frumentum & talia semina eligantur, præcipue in ea regione quam colimus, uel probemus aduecta. Nam omnium surculorum



colorum uel frugum genera præclara terris tamen tuis experta committere debes, in nouo enim genere seminum ante experimētum non est spes tota ponenda. Et nota quod semina locis humidis citius quàm siccis degenerant. Omnia legumina à Græcis autoribus seri iubētur in terra sicca, faba tamen in humida terra iubetur spargi, licet temperatis agris serendum sit, tamen si siccitas longa sit, semina magis in agris quàm in horreis seruabuntur. Si necessitas cogit de falsa terra serere aliquid, post autumnum plātanda uel conserenda est, ut malitia eius uberius imbribus eluetur, aliquid etiam terræ dulcis uel fluuialis arene subijciendum est, si illi uirgulata cōmittimus locis uliginosis, aut exilibus, aut frigidis, aut opacis. Mense Septembri circa æquinoctiū triticum & alia semina quæ ante hyemem feruntur, dum serenitas constat congrue seminant, ut eorum radices ante hyemem conualescāt. Siccis uero, aut pinguibus, aut calidis, aut soli expositis locis post dicta tempora seminentur, dummodo usq; ad hyemis gelicidium nullatenus differatur. Præterea fiunt seminaria in quibus nutriuntur tam semina quàm surculi, & cum adoleuerint in alium transferuntur locum. Hoc seminarium talem terram & taliter præparatam desiderat, ut in tractatu proximo scriptum est. Sed ut scribit Varro quæ in seminario nata sunt: Si loca erunt frigidiora, quæ molli natura sunt, per brumalia tempora tegere oportet fronde, aut stramentis. Si erunt imbres secuti, uidendum ne alicubi aqua consistat, uenenum est propter gelu radices tenellis sub terris & supra uirgultis, ne eodem tempore aquæ crescant, quia ratione terræ tempore propagantur, supra terram aëre frigidiore cinguntur. Quod ita esse docent syluestria, ad quæ sator non accessit. Nam prius radices nasci solent, nec longius procedunt nisi quo tempore uenit sol, duplex causa radicum. Nam quædam arbores naturaliter longius producunt radices quàm aliæ, & quia alia terra facilius uiam radices quàm alia dat. Si autem seminarium surculis constitum est, cacumina quæ molliora erunt natura, ut oleæ, aut ficus integenda sunt binis tabellis dextra aut sinistra ligatis. Præterea scribit Cato quod terra seminarij talis esse debet qualem desiderant semina & surculi ea sita. Item dicit quod surculi non debent eminere nisi quatuor digitis supra terram, & cacumina debent fimo bubalo obliniri.

De plantatione & modis plantandi, & de electione plantarum, Cap. XXI.

**A**Rborū quædā fructū faciunt & semen, in fructus carne reclusa: quædā uero nullū fructū ferunt in quo semē aliquod inueniē, ex quo possit planta similis generari. Quæ fructū & semē faciunt, quædā grossum & potens in dura testa reclusum. Quæ semen paruū & debile faciunt, uirtutē generatiuā habent tam in semine quàm in ramis diffusam, & ideo ex utroq; plantari & cōualescere possunt, licet plantatio ex semine tali sit periculosior, & quandoq; in longā speret ætatem, & ex eo nondomestica sed syluestris plāta nascat. Ex ramis uero



plantatio citius & facilius conualefcit, & inde domestica planta prouenit non syluestris, si ex planta domestica ramus fuerit talis acceptus, & in hoc genere est uitis, malagranata & ficus, & multæ aliæ. Quæ uero semen forte faciunt, uirtutem generatiuam habent, maxime in ipso semine collectam. Ideoque ex ipso semine melius quàm in ramis proueniunt, & huius generis sunt nux, castanea, amygdalus, & aliæ similes. Arbores uero quæ multum ferunt fructum, uirtutem generatiuam diffusam necessario habent in ramis, cum natura eis specialem non deputauerit locum, ubi eorum sperma seu semen colligerent, ideoque ex ipsis ramis cum suis gemmis, aut ex plantis cum radicibus uel sine radicibus matre euulsis, optime conualescunt, & maxime quæ poros habent apertos, per quos facile transeat nutrimentum. Siue autem ex semine, siue ex radicibus plantas aliunde diuulsas plantare desideras, considera utrum locus in quo plantare intendis sit insidijs bestiarum expositus, aut clausus, aut tutus à nocumento corrosio nis earum, si est insidijs expositus, melius est quod in aliquo loco clauso, umbris tamen libero, cuius terra sit soluta, dulcis & aliquantulum stercoreata, & optime subacta ligonibus, & maxime noua sursum & desubtus eleuata. Omnia semina, rami aut plantulæ duobus distantes pedibus aut uno in seminario plantentur, uidelicet si sint fortia semina, ut nuces, amygdala, & similia. Si uero sint debilia, ut uitis, malagranati, plantæ, & pini, & similia, tria uel quatuor coniunctim ponantur, ut debilis uirtus unius alterius auxilio sustentetur, & assidua seu frequenti fossione dissipent herbarum nascentes, nec ibi aliquæ domesticæ seminentur. Fiant etiam irrigationes tempore magni æstus, cum cœlestis diuine gatur infusio. Sit autem aqua irrigans non frigida, mortificans, nuper de puteis haurita, sed de piscinis seu paludibus letaminis aut foueis corruptis accepta, uel si puteorum uel fontium, postquam eam exhaustam & in aliquo loco positam reificauerit calor solis, cui multum proderit si in ea modicum fimi ponas, eamque sæpe moueas & impingues, & cum earum summitas iniuriam corrosio nis bestiarum duobus uel tribus annis elapsis euaserit cum uniuersis radicibus transferantur ad serobes, in loco uidelicet ubi eas postmodum stare disponis, iuxta quas palos figas ex spinis si oportunitate esse uidebitur inimicis. Si uero locus clausus ab iniurijs bestiarum tutus existat, statim semina, ramos uel plantas in loco ubi perpetuo stare debent confidenter pone, & eis eadem tribue auxilia quæ super his in seminario nutriendis relata sunt. Spacia uero inter arbores seu uites seruentur secundum multitudinem arborum & terrarum consuetudinem approbatam, & præcipue secundum quod de singulis plantis aridis suo loco dicitur. Serobes autem fiant late ac profunde secundum magnitudinem plantæ & radicum, dum tamen in solo arido uel decliui profundius, & in humido aut depresso minus profunde plantentur, & in mediocri mediocriter infirgantur. Si nimis cretosa est, letamen & sabulum misceatur, & si nimium sabulosa letamen cum creta ponat, ita tamē quod in macra terra plus, & in pingui minus letami



nus letaminis apponatur. Sit autem fimus qui huic apponitur non porcinius, sed aliorum animalium, bene maturus. Cum autem planta trāsfertur domestica uel syluestris, pars ad meridiem uersa rubrica signet, uel aliter, ut translata eiusdem cœli quibus ante steterat cardinibus apponatur. Cum uero plantas in serobe deponis, quod de radicibus læsum inueneris amputabis. Obseruandum est tamen ne terra in qua plantatur sit nimis mollis, incongrue enim radicibus ad aptatur, quæ uero nimis sicca est sua superflua siccitate radicum plantulæ naturalem humiditatem consumit, sed inter utrunq; prædictorum tenens medium, puluerisabilis seu dissolubilis sit, & conuenienter aptetur radicibus, aut ramis sine radice plantatis, & pedibus mediocriter conculcet. Quod si necessitas te coegerit in terra nimis sicca uel molli plantare, de locis alijs conueniens apportetur usq; ad omnem coopertionem radicum, & etiam usq; ferè serobis repletionem, si haberis abundantiam eius. Fiant autem plantationes prædictæ mense Octobri, aut Nouembri in locis aridis & montuosis & calidis, ut eiusdem terre superflua siccitas circa plantas humiditatem hyemis temperet. In humidis autem & ualliculosis locis & frigidis conuenientius in Februario, & Martio mense plantatur ne superflua hyemis & loci humiditas debilis plantæ calorem extinguat, in temperatis autem locis utroque tempore satis congrue plantantur uel etiam transplantantur. Hæc quidem dicta in his quæ cum radicibus plantantur proprie locum habent, quæ uero plantantur semine mense Ianuario ponenda sunt, non amplius quàm ternis digitis sub terra posita, ut semine mense sequenti Februario tumefacto, statim cum primo ueris & solis calorem senserit aperiatur cortex, & pullulet noua planta. Quod si locus sit calidus & siccus, conuenientius Octobri uel Nouembri mense ponuntur. Et rami qui sine radicibus plantantur mense Martio insigantur, ab arbore nuper abscisi, cum uiridis succus sit corticium infixus. Quorum quidem plantatio satis etiam aperte fieri poterit mense Octobri post humidum autumnum, cum nondum humor & spiritus uiuificus plantæ fugam habuit ad radicem. Nam tempore maximi frigoris calore naturali arboris ad terræ uiscera calida fugiente, secumque humorem spirituum trahente, si tunc rami aut palmites plantandi recidantur a matre, plantati debilitate conualescunt. Ramusculus qui plantatur torquendus non est, nec aliquo modo uexandus, & pars ea de qua radix speratur, iniuriæ nullæ subijciatur, & maxime in his quæ amplos poros & ligni raram compositionem habuerint, aut medullas magnas, ut est salix & uitis & similia, hæc seruabis. Sed in his plantis quæ solidum & spissum lignum habent, ut buxus & fauina uel similes forsan proderit si rami pars scindatur inferior, & in scissura mittatur lapillus, ut per longitudinem pororum plantæ facile humor terrestris ingrediens plantam nutriat & conualescere faciat. Caput inferius in terram figendum non rotundo, sed longo uulnere transuersum, ferramentis incidatur acutis, aut ab arbore laceratus plantet, sic enim poros quibus attrahit nutrimentū apertiores habebit. In omni  
plantatione



plantatione quæ post hyemem in locis calidis & siccis facienda est utile puto, si scrobes modico maturo letamine iuxta repleto succo, aut lauatura letaminis aspergatur leniter, ne terra condenset, & fossa modicum uacua relinquat, ut æstatis tempore imbres colligat facilius, qui eius superflua temperent siccitatem. In his autem plantationibus quæ ante hyemem fiunt, erit melius terram circa plantas exaggerare, ipsamque fortius comprimere, ne ad plâtas superflua humiditas digestionem impediens colligatur, & rami qui plâtandi, sint potius biennales, quàm unius tantummodo existent, exceptis uitibus & quibusdam alijs in quibus unius anni tantummodo esse debent. Atque tales eligantur qui sint læti, succosi, nitidi, gemmis grossis & pluribus oculati, & ad unam tantam materiam redacti, in pluribus autem amputat congrue summitas, & in determinata longitudine relinquunt, ut in salice, uite, oliua & ulmo placet, & in quibusdam alijs his similibus.

De insitionibus & per quas plantæ syluestres domesticantur, Cap. XXII.



**I**nsitio fit multis modis, sed ea quæ maxime proficit, ut per eam rudis syluestrium dispositio mutetur in domesticam, & usui convenientem dispositionem, est quod similia fiat insitio in similia, secundum genus, & non secundum speciem, sicut piri in pirum, & mali in malum, & sic de alijs, si enim diuersa genere in diuersa inserantur, nutrimentum talium ad alteram dispositionem alteratum uix bene nutriet, & forte corrum

pit plantam insitam, per rationem quam diximus de corruptione seminis animalium & agrorum, quando diuersa seminum genera permiscuntur. Est autem plantarum ad inuicem inter omnia animata plurima similitudo, licet enim arbores speciebus suis differant, tamen lignum unius speciei non multum distat à specie alterius, & hoc contingit ideo quod forma formalis plantarum inter animata plus est immersa materiam, & quasi in nullo uel in modico eleuata supra eam, propter quod etiam uita eius occulta est, hac igitur de causa fit quod arbor unius nutrimentum digestionem habet sufficientem, prima ut nutriat aliam, & secunda digestio adhibita per aliam conuertit succum in saporem & figuram fructus, secundum quod uenit secundum eam. Et ideo etiam quando dissimiles sibi plantæ inseruntur conualescunt & fructificant, optima tamen insitio est, ut diximus, similis quantum potest in similia, precipue in trum aut



cum aut ramos omnes incisos, ut sæpe probaui. Item ait Varro quod melior est insitio in arborem domesticam, quam syluestrem, quia meliores fructus producit. Item melior fit immutatio in toto quã in parte, quia aut omnis insitio fit per infixionem unius in aliam, & per fortem alligationem, ita quod insita quasi uenas radicales spargit in eam cui inseritur, fit quod illa, cuius mollicies tanta est quod citius conteritur quã infrigi & colligari ualeat, non posset inseri alicui plantæ, & ideo herbæ molles habentes stipites, ut olera & nimis tenelli surculi nulli plantæ quãdiu tales sunt inseri possunt, quoniã inserta non cito radicatur in ea cui inseritur, sed oportet quod progressu temporis confortetur & continet cum ea cui inserta est. Hæc igitur est causa quod mollis planta, nec in mollē nec in duram, nec in similem nec in dissimilem inseri potest. Nec etiam in eam quæ multū dura est cōuenienter inseritur, multū enim dura nō de facili in se uenas radicales recipit, propter ariditatē & difficultatē duræ perforationis, & ideo tales insitiones plerumq; male proueniunt, sed inserentes quærere debent parua fraga & recentia, in quibus sit multa succositas, & parua durities, quæ quidem sustinere possit colligationem, & facile aperiatur à calore naturali. Hæc enim cum inserit cito aperit se uersus eam cui inserit, & emittit in eam uenas radicales, per quas fugit melius nutrimentum quam sugeret ex terra, & ideo tunc conualescit insita melius quã sint terra esset fixa. Hæc est ratio in surculi insitione. Item sunt surculi inserendi steriles, quia qui ferentes fructum tantum ponunt, non facile ad debitū uenire possunt augmentū. Item de nouo nati, propter rationes prædictas gemis grossis, spissis & pluribus oculati, quia ibi abundantia generatiuæ uirtutis, quæ maxime in humore digeste & spisso & optime cōmixto, in gemmis coadunato consistit. Item ab orientali arboris parte decisi, quia in ea magis quã in alia parte in ramis propter illustrationem temperati caloris solis est caliditas & humiditas, quæ omnibus animalibus sunt causa uitæ, sed etiam ex alijs partibus acceptæ conualescunt. Oportet autem scire quod insitionum multi sunt modi, qui optime proueniunt, & à syluestritate ad domesticationem plantam trãsmutant. Primus quidē est, quod fraga eiusdem arboris omnia ultra medium medullæ extransuerso inciduntur, & tunc alligat quod incisum est, sicut uulnera ligari consueuerunt, & circumponatur cera uel lutum ad pluuiæ & extrinsecorū nocumentorum defensionem, & ne rumpi aut eorum plagæ aperiri agitatione uentorum possint, conuenientibus perticis muniant, statim enim cōsolidato uulnere superior pars emundatum in sapore profert fructū, propter digestionē succi in nodo factam, & hoc proprie dicitur incisio, quo quidem plantam in alteram non trãsmutat speciem, seu genus, sed eam de syluestri domesticam facit. Secundus autem modus est, quod una & eadem arbor abscindatur in trunco, & fragum superius in eadem arbore acceptum trunco suo inseratur, tunc enim conualescens insita profert fructum alterius generis in sapore, & quantitate, & figura, quam prius protulerat, & iste modus fecit diuersitatem omnem, quæ est in malis & piris, & ceteris



ceteris fructibus, tanta enim est uis nodi & conuersionis pororū qui prius ascen-  
 derunt, quod succum ex nodis retentum dirigunt ad aliam formam plantalem,  
 quæ forma monstratur in quantitate & sapore fructus. Tertius modus inuētus  
 est in uite, & quibusdā alijs quæ ex medulla crescunt, uidelicet quod gemma uni-  
 us uitis excidatur usq; ad medullam profundo uulnere transuerso & obliquo,  
 & tantum de gemma uitis alterius eruitur, & loco alterius ponitur, & fit col-  
 ligatio sicut in alijs, & tunc conualescit & fructificat, & fieret forte in alijs arbori-  
 bus, sed in uite expertum est. Quartus uero modus infitionis est, quo fragum  
 unius arboris in aliam inferitur arborem conualescit & fructificat in ea per mo-  
 dum qui sepe dictus est. Et iste modus regulariter cum fuerit magis similitum erit  
 melior, & citius conualescens, & fit proprie in illis arboribus quæ rectos habent  
 poros & per tunicas ligatas à radice accipiunt nutrimentum. Sed iste modus &  
 similiter secundus in plures subdiuiduntur modos, & unus quidem est, quo sur-  
 culus inferendus inter corticem & lignum nouæ matris imprimitur, secundus est,  
 cum surculus scisso infigatur ligno: tertius qui fit more emplastri, quartus qui di-  
 citur ad buccellum, quintus uero salicis pertica perforata. De omnibus per or-  
 dinem dicendum est. Primus quidem modus quo surculus inter corticem li-  
 gnumq; deponitur, fit hoc modo, truncum serra decidamus acuta, in loco mido  
 & succoso, ipsumq; cum fascia corticis desuper poliamus, deinde uimine salicis  
 aut ulmi ligamus, ibiq; inter corticem & lignum cuneum ferreum, uel osseum in-  
 acutum tendens ab una parte latum & ab alia quasi rotundum tribus prope digi-  
 tis considerandum deponimus, ne corticis fascia scindatur, & in eum locum sub-  
 ducto cuneo statim surculum mergimus ab una parte decisum, salua medulla &  
 cortice partis alterius, pellicula exteriori remota, ita quod optime trunco adhae-  
 reat surculi incisura, qui super truncum quatuor aut sex digitis emineat, uel usq;  
 ad octo, duos uel tres, uel plures surculos pro trunci cōstituimus qualitate, qua-  
 ternis digitis, uel amplius ad minus inter eos spacium relinquimus, & lutum de-  
 super cōuenienter ponimus & disponimus peciam uel ligamus. Hic autem mo-  
 dus optime comprehendit & conualescit, sed fieri non potest nisi mense Martio  
 uel Aprili, cum iam potest lignum à cortice separari. Sed nec fieri potest nisi in  
 trunco grosso uel mediocri, & in his arboribus quæ grossum habent corticem  
 & pinguem, ut ficus, pirus, malus, & similes. Conualescit autem maxime iuxta  
 terram huiusmodi facta inciso, & etiam in quacunq; parte stipitis, & grossorum  
 ramorum satis congrue prouenit, sed duobus ad minus omnis surculus propter  
 uentorum rabiem adminiculis eget. Modus autem secundus qui scisso fit sti-  
 pite, hoc modo agendus est, reseccetur truncus & desuper poliatur, ut dictum est  
 in modo prædicto, deinde scindat in ea parte quæ magis succosa uidetur, & quæ  
 corticem ibidem planum & adæquationi surculi congruum cernatur habere,  
 quod maxime in uenis ubi magis est spacium inter corticē & medullam propter  
 abundantiam nutrimenti quod ad partem illam accessit, quod si ante quā scindas  
 uinculum



vinculum prope summum stipitis ligaueris truncum cum minima scissura longi-  
tudinis defendet, deinde cuneum duobus digitis uel modicum minus longū for-  
mabis in surculo ab utraq; parte decisum salua medulla, & aperta scissura cum ali-  
quo cuneo, & de ipsius scissuræ labijs sublata omni lanugine, si affuerit cum puni-  
ca parui cultelli acuti, surculum immerges, taliter quod cortex cortici adæquet  
in parte exteriori, & lignū ligno interius, ut succus inter cortices & ligna possit  
liberius pertransire. In scissura etiam surculi optime trunco nouæ matris adhæ-  
reat, deinde subducto cuneo, & in trunco surculus sponte constringat immissus,  
super riuulas & cortices coniungendas aliquid corticis eius arboris, uel panni li-  
nei cerati ponatur, & cum iunco strictè ligetur, deinde, ut ait Cato subtili pulue-  
re in superiorem scissuram immisso, creta plurimum comprehensa cum pauca  
arena & fimo bubalo, ut idem ait, uel cum cera super truncum & ligaturam ad de-  
fensionem caloris uenti & pluuiæ congrue disponatur, & pecia fascietur. Ego au-  
tem plusq; millesies probaui & semper inueni sufficere solam cretam bene com-  
pressam sine fimo & arena, uel cera & puluere, in scissura hæc etiam proderunt,  
si uapor a radice ascendens ad nouum alendum surculum foras egrediens dene-  
getur. Notandum est tamen quod istiusmodi & actus, & operatio diuersificatur  
secundum diuersitatem grossitudinis & tenuitatis stipitis inserendi, & cunei sur-  
culi incidendi. Nam inserendus stipes est ualde grossior surculo aut modicū aut  
nihil. Si quidem stipes est ualde grossior, duobus potest scindi modis, uno modo  
ut ab una parte stipitis usq; ad medullam in tantum cum congruo ad hoc scalpro  
scindatur, ubi unus tantum surculus infigatur, alio modo ut ab una parte stipitis  
ad aliam scissuram pertranseat, ibiq; duo surculi, scilicet unus à qualibet parte po-  
natur, uel unus tantum si placuerit ab una parte altera uacua remanente. Si uero  
stipes est modicum grossior surculo, necessario per medium scinditur, & unum  
solum recipit surculum. Vbicunq; autem unus tantum modo surculus ponendus  
est, debet cuneus eius formari ut in scissura ex utraq; parte facta, tertia cum cor-  
tice conuenienti remaneat, in quarta uero quæ intra stipitē stare debet nihil cor-  
ticis & latitudinis uideatur, aut modicum eo modo melius quo surculus in corti-  
ce, quàm in ligni stipite exterius & interius adæquetur. Vbi autem duo surculi  
sunt ponendi sit in scissura cunei à duabus partibus prope medullam, quæ etiam  
ad medullam & acumen accedat, ab alijs duabus partibus sit quasi eiusdem latitu-  
dinis, ita quod pars parum latior cum omni cortice permanens extra cum cor-  
tice matris æquet, pars uero strictior remota exteriori corticula uersus medul-  
lam stipitis interius disponatur. Si autem stipes est æqualis surculo qui inseritur  
formetur cuneus, ut ab utraq; parte sit cortex, & utrarunq; sit æquatio, & corti-  
ce, & peciola super riuulas posita, subtili uinculo scisso uel cordula cum modica  
structura ligetur, & postmodum cum creta seu terra & peciola fascietur. Et hic  
modus iuxta terram & in altum & in summitatibus optime cōualefcit, & omnes  
istæ formæ quæ fiunt scisso trunco possunt fieri conuenienter mense Februario &  
F Martio,



Martio, etiam mense Aprili, si surculus omni tenera parte priuetur, & melius si colligantur antequam pullulent, & diu sub terra in loco frigido umbroso seruentur summitatibus non subuersis. Et etiam mense Ianuario cum calefactione ignis facta insitio comprehendit, cum eius auxilio conglutinans currat succus, se a tunc temporis erit insitio cæteris melior, & melius conualescens, cum iam cortici se uiridis succus intulerit, & gemme incipiunt esse suspecte. Ego etiam malorum insitiones feci circa principium Augusti de surculis illa æstate maturatis, & satis congrue prouenerunt, uerum tamen talis insitio facienda est sub terra, uel modicum supra eam, ut tumulatione terre à tanto æstu insita defensetur, uel supra eam uas aliquod stillans suspendatur, & hoc auxilio poterit hoc tempore etiam in altum fieri. Fit etiam, ut ait Varro, hæc insitio commode in solstitio æstiuo & caniculæ signo, & præcipue in fico, ut in tractatu insitionis fici scripsi. Potest etiam prædicta insitio fieri sub terra & circa terram, seu modicum supra terram, ubi sine dubio insiti ramusculi proueniunt omnibus alijs locis ad incrementa maiora, quia ibi lignum & cortex maxime beneficio soli adherentis humescit, cuius insitio loci magis cõuenit plantis paruulis in quibus insitio celebrat. Si uero plâta mediocriter magna fuerit cõmodius erit eandem in locis altioribus inferere, ubi cortex sit uiridis & succosus quã ipsam circa terrã inferere, quia sic fructus ex ea pluribus annis tardius habere, uerum tamen quãto magis inferius fiat tanto magis domesticatur fructus, ut supra probatum fuit. Si uero fuerit arbor magna, plurimos habens ramos, nil erit utilius quã ramos in locis nitidis refecare, ibique quotcunq; uolueris surculos inferere. Quod si ad eum uetusta est arbor quod ramorum cortices nimium sint rugosi, ac humore consumpti, arbor eadem incidatur & relinquatur incisa usque ad annum sequentem, & tunc inferantur surculi qui in ea nati fuerint lætiores, & in cõmodiore parte locati, circuncisis cæteris & abiectis qui tot numero esse poterunt, quot inferenti placebit, quia omnem numerum surculorum sufficienter nutriet talis arbor. Modus quidem inferendi quem Palladius emplastrationem uocat, sic ab eodem fieri affirmatur, ex nouellis ramis incisis & feracibus gemma quæ bene apparebit sine dubio processura, duobus digitis quadratis circumsignetur, ut ipsa statuatur in medio, & ita subtiliter cortex leuetur acutissimo scalpro, ne gemma lædatur. Item ex ea arborre cui gestimus inferere similiter cum gemma tolletur emplastrum, nitido ramæ atque uberi loco, tunc ibi conuenienter impressum circa gemmam uinculis cogitur sine læsione germinis coherere, ut ea quæ apposite redditur loco gemmæ prioris includit, tunc luto superlinis & liberam gemmam relinquis, cui multum proderit si peciola cum cera super iuncturam & riulas corticum apponatur, ad extrinsecorum nocuementorum defensionem, & nutrientis succi & uaporis uifici retentionem, ramos deinde superiores eius arboris refecabis, ne mater proprios uolens nutrire ramos, alienum filium sibi propter utilitatem radicum per eundem relinquatur; deinde uero uiginti diebus extractis aut pluribus, re-



solutis uinculis reperies externi seminis gemmam mire in arboris alienæ mem-  
 bra transfixam, hic autē modus mense Iunio fieri posse asseritur, licet & ante &  
 post modicum comprehendat, dummodo gemma cōueniens habeatur. Et mo-  
 dus igitur qui uulgariter dicitur ad buccellum qui huic proximo plurimum est  
 affinis, fiat hoc modo: buccellū paruū grossitudine pollicis longum, cum gem-  
 ma in medio de nouo surculo eleuetur, in nouo surculo eiusdem grossitudinis  
 suo cortice in tres uel quatuor partes scisso & denudato ponatur, & tamen ad in-  
 ferius consideranter comprimatur, quod ligno stipitis mediocriter stricte adhe-  
 reat, & cortex appositi surculi non scindatur, & siue gemma posita super locum  
 gemmæ sublatae ponatur siue non, nihilominus sine aliquo ligaturæ uel alterius  
 rei auxilio conualescit. Abscindenda est tamen omnis circumdans soboles sur-  
 culorum, ne insite surripiant nutrimentum, & ei tamen magnum adminiculum  
 præstabit, si cortex pendens taliter rescindatur, quod remanenti appositus buc-  
 cellus subtiliter adæquetur, & propter dictam causam peciola, deinde creta su-  
 per iuncturam & totum buccellum ponatur, libera gemma relicta, deinde ne ce-  
 ra relicta cadat, linea pecia fascietur. Fiat autem hic modus mense Martio, post-  
 quam cortex separatur à ligno, & mense Aprili, & Maio, si surculi antequā gem-  
 ment collecti seruentur, ne pullulent in loco frigido & umbroso, sub terra pro-  
 parte submersi. Item expertum est in mense Iunio circa finem & Iulio buccel-  
 lum paruū cum gemma de nouissimo surculo eleuatum, & in nouissimo surcu-  
 lo positum eiusdem grossitudinis, siue gemmæ adæquantur siue non, sine ali-  
 quo auxilio ligaturæ uel alterius rei optime conualere. Et tam hic modus quam  
 superior proximus qui emplastratio dicitur, locum habet in his solis arboribus,  
 quibus succus pinguis est in cortice, ut ficus, oleis, castaneis & similibus. Potest  
 etiam sine abscissione inserendi surculi eleuari buccellum, & domesticum eius-  
 dem grossitudinis ab una parte scissum, ibidem apponi, & cum filo ligari, & præ-  
 parari, ut dictum est supra, & cum comprehendisse uidetur supra buccellum  
 abscinde, relicta enim summitas succum ad buccellū fortius attrahit quam ab-  
 scissa, & hoc modo possunt plures eiusdem speciei & diuersarum in una uirga  
 formari. Modus uero qui fit in salicis, pertica, fit hoc modo: pertica uel bacu-  
 lus dictorum lignorum perforetur subtili terebra & acuta, ita quod inter unum  
 foramen & alterum sit spacium semipedis, & surculus modicum raso cortice in-  
 tromissus iacenter iungatur in scrobe surculis eleuatis, ita tamen quod pertice  
 saltem salicis summitas aliquid remaneat supra terram, hinc uero post annum  
 materia totaliter eleuata, & inter surculos incisa, plantam quamlibet radicibus  
 plurimis decoratam in ordinata scrobe depone, cui forsan proderit si creta uel  
 cera foramina & eorum scissuræ undique optime obturentur. Quidam autem  
 mihi asseruit se expertum fuisse hanc insitionem in palo salicis uiridi perforato  
 usque ad medullam solummodo & infixisse surculos æqualis grossitudinis remo-  
 to cortice, quatenus intrarent in foramen, ut cortex surculi æquaretur cortici



pali, & cum cera omnem riuulam obturasse, & posuisse palum sub terra quatuor digitis iacentem in loco aquoso, ita quod de palo nihil apparuit, sed solum surculi supra terram, & comprehendisse optime omnes, & ressecato inter surculos trunco plantasse & bene conualuisse. Alium autem modum inserendi retulit, Columella dicens: Callica terebra uel que ad medullam arborem perforandam, plaga interius leniter inclinata, ubi diducto omni fragmine, uitem uel ramum ad modum foraminis deliberatum succidum tamen & humidum strictum imprimi, una uel duabus gemmis foris relictis, & tunc argilla & musco locum diligenter operiri, & ita uites in ulmo inseri posse dixit. Prædicti autem duo modi cum uiridis & nouus succus calore aëris dissolutus mouetur in cortice. Item scribit Varro alium modum inserendi suo tempore inuentum in propinquis arboribus hoc modo: ex arbore qua uult habere surculum in eam quam inserere uult ramulum traducat, & in eius ramo præciso ac defixo, implicare in locum, quod contingit ex utraque parte, quod intus est falce extenuatum, ita quod ex una parte quo cœlum uisurum est corticem cum cortice equatum habeat eius ramuli quem inseret, cacumen ut directum sit ad cœlum postero curet anno, cum comprehenderit unum propagatum ab altera arbore procedit. Ex prædictis igitur patet quod licet insitio in similia sit melior, tamen in dissimilia plurimum conualescit, & infinita mirabilia facit, quæ apparent in his qui experiri desiderant & in talibus exercitantur.

Ex quibus dispositionibus & in quas transmutentur plantæ syluestres in domesticationem, Cap. XXIII.



**E**X his quæ supra determinat sunt, scimus plantas syluestres esse spinosas & scabiosas in corticis substantia, & paruorum & multorum foliorum, plurimorum fructuum, & in quantitate minorum, et acutiorum succorum, & hæc omnia non dubitamus accidere plantæ propter suum nutrimentum, & ideo planta in omnibus his dispositionibus mutatur per nutrimentum cultoris agri in oppositas dispositiones, spinositas enim uenit ex humido nutrimentali intenso, quod cogitur ad superficiem pertingere ad medullam ipsa sua intensione, & hæc in domestica mutatur per abundantiam humidi, quæ non patitur calorem acui, sed frangit eum, & non sinit terrestre congregari, sed infundit & currere ipsum facit in poros plantæ. Similiter autem eiusdem humidi abundantia fluit in maiorem foliorum diuisionem, hæc etiam



etiam facit ut maiores sint fructus domesticarum, & quia humor syluestrium tenuis & subtilis est propter paruum earum nutrimentum: erit humor domesticarum spissus & uiscosus ad phlegmatis naturam accedens, propter eius abundantiam, & letaminis administrati commixtionem, tenue autem & subtile dispergitur a calore, & diuiditur in plurima, & ideo in numero sunt plurimi fructus arborum syluestrium, & non uermiculati, sed integri in arboribus diu perseverantes, quoniam subtile & tenue non facile putrescit, nec de facili claudit poros suae uergetationis, per quam fugit ex arbore, praecipue cum in eodem humido sicut in proximo subiecto sit calor acutus: abundans autem & spissum, & uiscosum humidum per magnas partes fluit in unum, & non est facilis diuisionis, eo quod calidum eius est hebes, & ideo fiunt ex eo maiores quidem & non tot numero fructus, sicut ex tenui & subtili & acuti caloris existente, & cito hebes eius calor permittit claudi eius porum, per quem fugit arbor, ita quod multi calium fructuum cadunt ante tempus maturationis, & de facili attrahunt uermes. Quod autem emundat succum & digerit in domesticis, nodi praecipue sunt insitionum, qui tenent in corticibus suis & transuersalibus poris humidum, donec ad suauem mutaretur saporem, & talis quidem est transmutatio earum per insitionem domesticarum arborum. Ille autem plantae quae sunt de genere granorum & oleorum ex solo cultu & cibo domesticantur, in hoc quod substantiae & molliores, & maiores efficiuntur, & sui sapes, & humores minus efficiuntur acuti, propter causam quam supra diximus, subtilitas enim corticis quae est in domesticis & planicies absq; dubio ex bonitate & abundantia prouenit nutrimenti.

De locis utilibus & inutilibus generationi plantarum, Cap. XXIII.

**P**lanta in generatione sua duobus indiget, quorum unum est materia ex qua fit, & alterum est locus suae generationis, quemadmodum est pater. Et materiam quidem impedit loci falsugo, eo quod exiccat humidum radicale plantarum, cuius signum est quod terrae falsae uel comixtae, uel sale seminate steriles efficiunt. Loca autem perpetuis niuibus cooperta omnino non competunt generationi plantarum, quia experimento comperimus niuem a temperamento esse remotissimam, propter frigus glaciale quod est mortificatiuum. Oportet autem scire quod si aliquis locus in se temperatus in hyeme frequenter sit niue coopertus, iste eximie tribus ex causis foecunditatem accipit, quarum una est, quod uis terrae euaporans reflectitur sepius ad terram, propter niuis cooperimentum, alia autem causa, quia niuis repressa caliditas ad terram illam expirans, conueniens generationi praebet nutrimentum humidum, quod paulatim per uices distillans superioribus partibus terrae uigorem natium plantarum continue infundit. Tertia est causa, quia nix frigiditate sua locum circumstantem & uigorem principiorum generantium plantam continet ne euaporetur, & continet terrae superficiem ne emittat intus in uisceribus terrae uapores generatos, qui



congregati ad superficiem ingrediuntur radices plantarum, & præstant ei nutrimentum & fomentationem, & generationem materiae, quæ ingreditur plantarum commixtioni. Sicut autem diximus, quod locus perpetuus in frigore propter niuositatem non conuenit generationi plantarum, ita eodem modo in locis salis & siccis non apparet multum generatio plantarum propter remotionem locorum à temperamento. Hæc enim loca multam saluginem habentia multæ sunt siccitatis, & per consequens multæ frigiditatis, eo quod calor complexionalis non conualescit & retinet nisi in humido temperato, & si alius calor aliquando sit in talibus locis est adurens talis calor, non remanet, sed euolat adustus frigidus, & mortificans ea quæ forte nasci debuissent, & signū huius terre est quod minoratur & contrahitur, & ex siccitate & frigiditate, quia elongatur à calido & humido, quæ eleuant & faciunt crescere loca & exaltare. Propter quod terra dulcis quæ abundat in calido dissolvente & humido uaporante frequentius eleuatur in colles & montes, & terra saluginis multæ deprimatur. In locis autem calidis per conuenientiam materiae plantarum & loci aptæ & bene natæ proueniunt, in talibus enim locis est aqua subtilis, & bene digesta, eo quod à calore loci talis ex profundo attrahitur terræ & bene commiscetur, & bene digeritur à calore loci terminante, à calore enim multo non adurente prouenit humidi decoctio. Calor enim in talibus locis abundat ex duabus causis, quarum una est calor loci retinens calorem, secunda causa est calor solis, qui ex aliqua reuerberatione multiplicatur super locum illum, & loci quidem calor est sicut instrumentalis, calor autem solis sicut terminans & formalis, & quasi uiuificans, & ideo formatur continue humidum in plantis, aer etiam immixtus est humido locorum talium, & iuuat ad hoc ut humidum sursum spirando educatur in plantæ figuram, montes autem qui sunt subtus concaui & uaporosi, attrahunt à suis cõcauitatibus humorem, & adiuuat ad hoc caliditas multa, quæ est radiorum solis & stellarum, & multa ad annexum montis reuerberatio, & ideo festinat in his humidi decoctio, præcipue in latere conuerso circa calidū solis, hoc est, circa meridiem, propter quod plantæ multæ & bene decoctæ proueniunt in montibus præcipue, nimum humidū enim attractum ad montis superficiem ex figura deuexitatis continue defluit, & ideo superius uinum remanens optime decoquitur, quia melius uincitur à calore, quando non est superfluum, nec omnino siccatur, quia continue attrahitur, & ex gibbo montis crescunt uina odorifera & plantæ aromaticæ, & sunt plantæ & uina magis sicciore aliquantulum. Ad pedes autem eorum demontium sunt plantæ & uina magis humida, & minus digesta, & plantæ spissiores propter multum humidum annexo montibus, continue ad calida loca defluens. Quædam tamen loca siue plana, siue montuosa, perpetue sunt sterilitatis, & hæc uocantur heremi, & hæc sunt arenosa & salia, & hæc sunt uincetemin se habentia salsedinem & siccitatem, & inter arenulas locorum talium sunt raritates, eo quod partes arenarum sunt contiguæ non continuæ sibi compositæ.

Planta



Planta autem non potest generari ex uapore continuo qui diffidūtur ex circuitu loci, in multis partibus loci continuis a uirtute solis euaporantibus. In talibus igitur locis aut non generatur planta omnino, aut rara, aut debilis essentiae, sicut est saxifraga, & quaedam alia gramina parua. Partibus enim loci non coherentibus propter aduersionem, impossibile est partes uaporis solidae essentiae & cohaerentis esse, propter quod etiam expirat inter arenas per diuersas partes, & non formantur in plantam. Lutū autem nobile quod ingenuū est & liberum à grossa terestritate propter unctuositatem suam, cito producit plantā unctuosam esibilem. Planta autem quae super solidos lapides nascitur propter carentiam humoris uix longo contingit & crescit tempore: planta enim remanens & crescēs indiget terra, & aqua, & aëre, & raro hoc habet planta quae in lapidum soliditate erumpit. Est & alia plantae consideratio ex loco plantae proueniens, quoniam si fuerit in loco qui est prope solem, hoc est, ad directum solis respectum uersus orientem & meridiem, citius nascitur & crescit, eo quod calor solis directius & diutius manens super eam, cōuenientius & fortius mouet humidū eius: & quando fuerit ad aquilonem & occidentem, ita quod sol cito declinat ab ea, tardabitur generatio eius, & incrementum diminuitur. At autem hoc dupliciter, naturaliter scilicet aut per accidens, quando locus aliquis ex montibus uel alijs causis proprietatem accipit orientis uel occidentis. Similiter autem si in loco plantae sit aqua frigida grossa in se cōcludens aërem, siue uaporem aëreum, qui sua frigiditate & spissitudine ascendere, siue uaporare non permittit, ille uero permittit plantas nutriri ad magnum incrementum. Eodem autem modo impedit siccitas retenta in loco aliquo incrementum plantarum, propter defectum humidi nutrimenti. Tūc enim calor naturalis diffunditur ad extrema loci, & agit nullos cōburendo & construendo poros uiarum, sicut obstruuntur terrestri adusto, & tunc aqua nutriens etiam si adesset, non haberet meatus per quos in plantae nutrimentum euaporaret, & remanet destituta nutrimento, & ideo non crescit in magna quantitate.

De terra & cognitione foecunditatis & sterilitatis eius,

Cap.

xxv.

**T**erra est unum ex elementis generatorū, cuius naturalis locus est in medio totius in quo naturaliter manet quieta, & ad ipsum cū ab eo separata fuerit, naturaliter mouet, est aut frigida & sicca naturaliter, sed accidentaliter rebus intrinsicis immutat, eius uero esse in generatis iuuamentū praestat ad retentionem faciendam & fixationem, & ad seruandas figuras & formas. In terris uero secundū Palladiū foecunditas quaerenda est, ne alba & nuda gleba sit, ne macer sabulo sine admixtione terrem, ne creta sola, ne arenae squalētes, ne ieiuna glareae, ne arenosi pulueris lapidosa macies, ne falsa uel amara, ne uliginosa terra, nec mons arenosus, atque ieiunus, ne uallis nimis opaca & squalida, sed sit gleba putris, et serè nigra, et ad tegendū se graminis sui crate sufficiens, aut mixti

F 4 coloris



coloris, quæ & si rara sit, tamen pinguis & cretosi soli adiunctione glutinetur, quæ protulerit nec scabra sint, nec retorta, nec succi naturalis egentia. Verum quoniam alia terra dandis frumentis utilis est, quæ naturaliter conuenit, & alia magis uineis amica est. Sciendum est autem quod frumentis dandis utilis est, quæ naturaliter & sua sponte producit ebulum, iuncum, gramen pingue, trifolium, calamum, rubos pingues, pruna syluestria, lappas, maluam, & ceteras huiusmodi herbas quæ latitudine & pinguitate foliorum lætum solum & fecundum demonstrant. Color tamen terræ non magno tempore desideretur, sed pinguedo atque dulcedo, pinguem sic cognoscis terram, glebam parum dulci aqua conspergis, & subigis, si glutinosa est & adheret, constat ibi esse pinguedinem. Item serobe effossa & repleta, si superauerit terra pinguis, si defuerit exilis, si conuenit equata, mediocris. Dulcedo autem cognoscitur, si ea parte agri quæ magis displicet, si eiusdem qualitatis totus ager uidetur, fictili uase dulci aquam madefactâ indicio saporis explores. Uineis quoque utilem per hæc signa cognoscet, si corporis rari atque aliquatenus resolutum est, uirgultaque profert lini nitida, procerata, nec debilia, neque macra, exilitate languentia. Et hæc in communi breuibus in medium absoluta qualitercunque sufficiant de terra agri siue congrua uineis, quia plenius dicam de ipsa in libro uinearum. Sed cum sint genera terrarum plurima, pinguis autem & macra & spissa uel rara, sicca uel humida, lapidosa, uel non lapidosa, montuosa uel plana, & ex his pleraque uitiosa, tamen propter seminum & plantarum differentiam sepe necessaria, maxime tamen & absolute eligendus est pinguis & resolutus ager ubicunque situs, quia hic minimum laborem petit, & fructum maximum reddit. Secundi meriti est spissus & pinguis, quia licet laborem maximum petat, tamen ad uota respondet. Illud uero deterrimum genus est, quod erit siccum & spissum, macrum & frigidum, qui ager more pestiferi fugiendus est. Veruntamen quod agri sint uarijs utilitatibus deputati Varro recitat Catonem in nouem genera diuississe, ac graduum utilitatem scripsisse, ait enim meliorem esse agrum illum, ubi uineta possunt esse bono uino ac multo, secundo ubi hortus irriguus, tertio ubi saliceta, quarto ubi oliueta, quinto ubi pratium, sexto ubi campus frumentarius, septimo ubi ceduæ syluæ, octauo ubi arbusta, nono ubi glandaria sylua aliqui dant prima cum bonis pratis, quia modicas aut nullas requirunt expensas, contra in uineis facere, eo quod fructum sæpe sumptus deuorat.

De situ qui congruit agris ratione fecunditatis eorum,

Cap.

XXVI

**S**itus terrarum non sit adeo planus, ut stagnet, nec præruptus, ut defluat, nec obrutus ut in imum directa ualle subsidat, nec arduus, ut tempestates immodice sentiat & calores. Sed ex his omnibus utilis semper & æquata mediocritas



diocritas requirat, uidelicet ut campus aptior sit, & humorem pluuiarū cliuo fal-  
 lente subducens, uel collis molliter per altera inclinata deductus, uel uallis cum  
 quadā moderatione & aëris claritate submissa, uel mons alterius cacuminis de-  
 sensus, & liber à molestioribus uentis aliquo auxilio, uel iubilinis, asper, sed ne-  
 morosus & herbidus. Præterea positio agri qui eligendus est, si sit in frigidis pro-  
 uincijs orientali uel meridionali lateri ager debet esse oppositus, ne alicuius ma-  
 gni montis obiectu his duabus partibus exclusus algore rigeat. In calidis provin-  
 cijs pars potius septentrionalis optanda est, quæ utilitati, uoluptati & saluti & e-  
 què bonitati respondeat. Item ait Varro, quod quatuor extra fundū consideran-  
 da sunt quibus fundus utilior uel minus utilis redditur. Primū est, si regio proxi-  
 ma est infesta, quāuis fertilis sit fundus inutilis tamē est propter latrocinia. Secun-  
 dum est, si in regione propinqua sunt homines qui emant, quæ in fundo sunt ue-  
 nalia, uel ne care uendant quæ fundo sunt oportuna, fructuosior enim fundus est.  
 Tertium, si nimis lōginqua est, ut ex ea difficile necessaria portētur ad fundum,  
 minus fructuosior censetur. Quarto, eundem fundum fructuosior em faciunt ue-  
 cturæ, si uiaē sunt quibus plaustra uel naues portare ac exportare necessaria pos-  
 sunt. Refert etiam ad fundi fructus spectandū quemadmodū uicinus in confinio  
 constitum agrū habeat, si enim ad limina quercū habeat, non possis recte sub eam  
 quedam serere, oleaq; usq; eo est contrariū natura, ut arbores non solum minus  
 ferant, sed etiam fugiant, ut introrsum in fundū se reclinent, & in confinio uitem  
 & fundum faciunt sterilem.

## De munitiōibus uinearū, hortorū &amp; agrorum,

Cap.

XXVII.

**V**inearum hortorum & agrorum munitiōes multis modis fiunt, qui-  
 dam enim fossatis cingunt, quidam sepibus ex palis & uiminibus factis,  
 quidam spinarum aut aliarum arborum plantis. Et fossarum quidem  
 munitiōes plurimum defendūt ab ingressu hominum & animalium rapacium,  
 & ab iniuria uicinarum aquarum ad loca defensa fluentium, & maxime si ripas  
 habent ualde sufficientes aggere eleuatas. Multum etiam conferunt agris &  
 uineis nimium humidis & aquosis, ut ad eas fluat superfluis humor aquosus,  
 segetes necans, & in lolium & auenam conuertens, & completam digestionem  
 impediens. Et hæc quidem fossata magna uel parua sunt, secundum quod ma-  
 gis & minus aquosa sunt loca, & secundum quod magis & minus hominum  
 & animalium intrare uolentium timent noxiam. Fiunt autem optime toto æ-  
 statis tempore, si aqua subterranea uel in fossatis reparandis collecta non impe-  
 diat, in quibus locis facienda sunt mense Augusti, Septembri & Octobri. Qui-  
 bus mensibus aqua fossarum & superficie terræ maxima consumpta est. Quali-  
 ter autem fiunt noua fossata notum est, quod ab utraque parte latitudinis filum  
 seu funis



seu funis extenditur & signatur, deinde uangis in terra & ligonibus in sabulo fodiuntur, & badilibus extra remanens contrita terra projicitur, & ripæ cum zapis seu uangis poliuntur. Vetera uero fossata reparantur hoc modo, primo quidem omnia fossata impedientia cum radicibus extirpant, deinde cum ligone fundus radatur, & terra cum herba rafa projiciatur ad uiam, deinde cum ligonibus adæquantur & formentur ripæ, secundum quod stare debebunt, & post libere fossatum quantum placuerit fodiatur. Notandum est tamen quod in terra cretosa non debent fieri ripæ nimis dependentes, quia post gelidam hyemem adueniente ueris calore dissoluerentur & ruerent. Sed in lapidosa & soluta terra faciuntur ripæ. Munitiones sepium quedam palis & uiminibus fiunt, præcipue loci habent, ubi materiæ ipsarum habetur copia, & ubi arborum multitudo spinarum plantationem & conualescentiam impedirent. Quæ quidem qualiter fiant notatum est, quod affixis palis acutis semipede distantibus, textentur uimine & spinis, & desuper muniuntur, & possunt fieri cum paucioribus palis & uiminibus. Debiliores tamen fiant affixis palis duobus uel tribus pedibus inuicem remotis, tres uel quatuor perticæ distantes æqualiter ex transuerso ligantur, deinde sursum rectis uiminibus positis contexuntur. Munitiones autem quæ de plantis spinarum & arborum fiunt, hoc modo faciendæ sunt, uidelicet quod fiat in loco munitionis sulcus uno pede concauus & tantundem latus, in quo plantæ alium de radicata uno palmo aut duobus distantes ponantur, & terra quæ inde remota fuerat optime trita operiantur radices, deinde fodiatur fossatum, & terra supra dictas plantulas eleuatur, & cum tota sursum eleuata fuerit in summitate si placuerit alius fiat sulcus, & similis plantatio fiat. Poterunt etiam multæ plantationes fieri propter fortiorem munitionem, si placuerit, secundum modum in primo libro traditum, cum de tumbis & curijs loquerer. Notandum est tamen quod ubi multum necessaria est clausura, ex spinis tantum faciendæ sunt plantationes, ubi uero non tanta est necessitas, & lignorum habetur penuria propter ignem, possunt congrue fieri plantationes, & præcipue ex plantis ulmorum & prunorum, & similium, & omnes plantationes tertio anno cum conualuerint plicentur, ut fortes fiant & spissæ, & ubi perditæ fuerint reparentur, deinde cum spissæ creuerint rarius disponantur, & ligentur ubi opus fuerit, & non iuxta terram, sed uno pede supra eam incidantur tempore Octobris uel Nouembris, & melius Februarij & Martij, usquequo incipiunt turgescere gemmæ, hoc enim modo loca semper clausa erunt, & seps in spissabitur pullulans, in summo stipite, in medio & radice. Ex his tamen quæ in superiori acie sunt plantatæ, poterunt aliquæ quibusdam pedibus distantes sine incisione relinqui, ut fructum ferant, aut pro igne seruentur, uel ædificijs deputentur. Et plætæ quidem spinarum quæ in acie inferiori ponendæ sunt, aut arborum, aut prunorum, aut rosarum syluestriū spinas acutas habentium, quæ uero in suprema ponendæ sunt, arbores sicut prunæ domesticæ, quæ spinis suis defendunt & spissæ earum



earum pullulatione claudunt. Igni tertio uel quarto anno seruiunt, & plurimum fructum ferunt, uel sicut plantæ ulmorum uel salicum, uel populorum, & citoniorum, uel malorum granatorum in calido aëre uel temperato, & similium arborum, & præcipue facile pullulantium à radice. Notandum est tamen quod si terra sit ad eò frigida & dura, quod in ea plantulæ difficile cōprehendant, plantulæ solummodo citoniorum cum radicibus uel sine ponantur ibidem, quæ non refugiant talem terram, quod si est campus, ulmus est utilior omnibus alijs plantis, quod & sepem sustinet & attollit uuas, & frondem iucundissimam ministrat ouibus & bubus, ac sepibus præbet uirgas ac foco & furno, & est multis operibus optimus. Si uero plantulæ desint in partibus illis, aut aliunde portentur radicibus coopertis, & optime præparatis, ut à calore defendantur & uento, aut maturitatis fructuum tempore colligantur, & sole siccentur semina, & in seminario mense Ianuarij & Februarij sata ut planta nutriantur, ut sequenti uel tertio anno ipsorum copia facile habeatur. Palladius tamen præcipit matura colligi semina, rubi & spine, quæ rubus caninus uocatur, & cum farina erui ex aqua macerata misceri, funes deinde sparleos ueteres mixtioni sic induci, ut inter funes semina recepta feruentur, usq; ad uerni temporis initia, tunc ubi sepi futura est, duo sulci tribus pedibus à se separati sex quipides altitudine fiant, & per utrosq; cum seminibus obruant funes in leni terra, ita trigesima die procedunt sentes, quos teneros adminiculis opus est adiuuare, qui inter se per spacia relicta uacua iungent.

De fluminum defensionibus, Cap. XXVIII.

**F**lumina suo impetu sæpe ripas possessionum sodiunt, & in eis operiantur ruinas, & quandoq; suo incremento & depressione uicinarum locorum inundant & operiunt terrarum superficiem. Vbi igitur sua rabie sæuiunt rupes modicum superius penaculi fortes fiant, secundū impetum amnis, aut ibidem mergantur cistæ cum magnis cornibus ligneis admodum cratis ab utroq; capite factis, & uiminibus contextis, ut lapidibus plenis, quæ bergulle dicuntur. Vbi uero aquarum abundantia superficiem operit, & segetes necat, fiant aggeres fortes & magni talesq; eorum potentia aquarum iniuriæ cōtradicant, quod si in aliquo locato debilitabit ager, antequā deficiat alius conueniens post ipsum fiat, & debilitatus in quibusdā incidatur locis, & currus & bestię ac homines nouū aggerem percurrere & conculcare cogantur.

SECUNDI LIBRI FINIS.

CRESCENTII



## CRESCENTII LI-

BER TERTIVS DE CAMPESTRIBVS

agris colendis, & de natura & utilitate fructuum  
qui ex eis percipiuntur.

Ampeltrium agrorum cultus in libro secundo generaliter traditus est. Nunc autem in hoc tertio libro dicam singulariter de cultu & utilitate cuiuslibet seminis & fructus qui seminatur in eis, & ex eisdem percipiuntur, secundum ordinem alphabeti, & primo quidem dicam de area & horreis, quæ unicuique semini communia necessaria & utilia sint.

## De Area.



**A**rea longe à villa esse non debet, propter deportandi facilitatem, & ut fraus non timeatur domini vel procuratoris in civitate suspecta. Sit autem ut Palladius ait, vel strata silice, vel saxo montis excisa, vel sub ipso triturae tempore ungulis pecorum vel porcorum, & aquae admixtione solidata. Sit circa hanc locus altus, planus & purus, in quem frumenta transfusa refrigerentur, & horreis inferantur, quæ res in eorum durabilitate proficiet.

Fiat deinde proximum tectum, vel habeantur sextaria vel similia, ut tempore imbris subito munda, vel semitrita transferantur vel operiantur. Sit autem loco sublimi & perflabili undecumque. Longe tamen ab hortis & vineis atque pomeriis. Nam sicut radicibus uirgultorum profunt letamen & paleæ, ita insidiantes frondibus perforant & corrumpunt.

## De Horreis.

**S**itus horreorum superior longe ab omni olere & letamine, & stabulis ponendus est, frigidus uentosus & siccus. Sed factis granariis, ut Palladius ait, amurca luto mixta parietes linientur, cui aridi oleastri folia vel oliuæ pro paleis adijciuntur. Quæ ut siccata fuerint frumenta condentur, hæc res gurgulionibus ac muribus et ceteris noxijs animalibus inimica est. Aliqui coriandri folia frumentis miscent, ad seruandum profutura: hæc ait Palladius. Nihil tamen commodius erit diu custodiendis frumentis, quam si ex horreis in alterum locum uicinum transfusa refrigerentur aliquot diebus atque ita horreis inferantur. Negat Columela



Columella uentilanda esse frumenta, quia magis miscetur animalia totis acris, quæ si non moveantur in summitate intra mensuram palmi subsident, & hoc corrupto uelut corio illæsa durabunt. Ab horreis tamen debet auster esse aduersus. Adhuc cauendum est ne pauimentum super quo ponitur humidum sit aut rarum, sed solidum & bene planum, ne muribus præbeat habitaculum per foramen. Insuper etiam diligenter attendendum est, ne sit locus excedens in frigore uel calore, quia utrunq; segetes corrumpit & perdit in eis uirtutem naturalem. Aliqui puteos faciunt, horum solum & latera paleis substernunt, & curant ne humor aut aër tangere possit, nisi cum promit ad usum, quo enim spiritus non peruenit, ibi non oritur gurgulio. Sic conditum triticum manet annis quinquaginta multum uero plus annis centum, ut Varro scribit.

## De Avena.



**A**vena duplex est, syluestris & domestica, syluestris nascitur in frumento, cum granum eius satum nimia mollitie & intemperantia terræ conuertitur in auenam, quæ ab eo in herba cognoscitur, quia latiores, uiridiores & pilosiores habet frondes, & huius granum nigrum & pilosum est, & maturatur & cadit ante maturacionem frumenti. Domestica est alba non pilosa, & seminatur tempore seminum frumenti, & eodem modo, & melius mense Februario & Martio, & etiam in macra terra bona prouenit, & eundem quærit aërem, & similem terram desiderat. Peritiores tamen dicunt, quod siccum quærit agrum, & modicum post messem frumenti maturatur & colligitur, & tam herba utriusque auenæ quam semen est optimum pabulum equorum & bouum, & asinorum, & mulorum; neutra uero ipsarum homines nostri in suo cibo utuntur. Virtutem habet relaxandi omnem tumorem & duricies, & faciei immundicias depurandi.

## De Cicere.



**C**icer notum est, & eius quedam diuersitates sunt, quia quoddam est rubeum, quoddam paruum album, quoddam sanguineum: & ex his quoddam grossum, quoddam paruum, quoddam nigrum. Ex quibus sanguineum tantum rugosum corticem habet, & est melius cæteris, reliqua omnia corticem habent politum. Optime nascitur in aëre temperato & humido, & terram pinguis simam & solutam desiderat, & cretam etiam non formidat. Et terram quidem ualde macilentam reddit, seminatur mense Februario in locis calidis, temperatis Martio. Cui proderit

G ut cito



ut cito nascatur, si molle seratur, & maxime aqua letaminis cum tarde seritur, & circa sulcos hortorum optime plantatur, & cum maturū est colligitur remanentibus herbis. Media corbe seminis uacca contenta est. Sarculatur & herbis, maturatur ut faba, sed nebulis læditur, & inde in eluuiō facile perit. Colligitur quidem granis existentibus siccis, & cum luna multam processit in defectu. Cicer album secundum Isaac calidum est & nimis humidum, sed Auicenna dicit in medio primi gradus humidum. Rubeum est autem calidum & nimis humidum. Sed Auicenna dicit quod est calidum & sic cum in primo gradu, & nigrū est fortius. Cicer plurimi est nutrimenti, & uentrem humectat sed inflationem generat & uentositatem, idcirco auget sperma, & coitum ualde confortat, quia tres habet in se causas ad coitum pertinentes, scilicet calorem, nutrimentum, & inflationem, ideoque ualde competit admissarijs equis, cum multitudinem equorū necessario habuerit cooperire. Hippocrates dicit, quod ciceris potestates dux sunt, & cum coquitur eas amittit, & in aqua ubi coquitur redeunt, una dulcedinis, & altera falsuginis. Cum dulcedine sua nutrimento bono nutrit, & lac augmentat, & uentrem humectat, cum falsugine uero humorem grossum dissoluit ac minuit, urinam & menstrua prouocat, & ualet ictericis & hydropicis, & ad totius corporis pruriginem. Et si eius iure lauet impetiginem & serpiginem mundificat. Item secundum Galenum cicer educit lubricos, & ualet ad oppilationem splenis & epatis & fellis, lapides frangit in renibus & uesica, sed nocuum est uulneribus renum & uesicæ. Cicer nigrum est magis diureticum & appetituum, & ideo plus ualet in apertione splenis & epatis & fractura lapidū & lumbricis educendis, & præcipue si cum aqua coquatur, & ius ipsius bibatur. Album uero est melius in augmentatione lactis & spermatis. Auicenna dicit, quod cicer clarificat uocem & nutrit pulmonem melius quam res aliqua, & propter hoc sunt fortitiones ex farina ciceris. Et oportet quod cicer comedatur neque in principio cibi neque in fine, sed in medio eius, & uehementer addit in coitū, & eius infusio facit erigere membrum fortiter quando bibitur à ieiuno.

## De Cicercula.



**C**icercula nota est, aërem humidum desiderat, & terra pinguem & cretosam, seminari potest in solida terra, ut faba, deinde arari & sulcari. Tempore Ianuarij & Februarij & in principio Martij seritur. Et media corbis complet uaccam, bonus cibus est animalibus, & homines ea utuntur elixa, & in tortis & in pane cum alijs generibus frumentorum pro familijs & his qui laboribus exercentur.

De Cana



## De Canapō.



**C**Anapum est de natura lini, & ideo simile aërem & terram desiderat, sed non oportet ut sit totiens exarata. Veruntamen qui uolunt habere canapum, pro funibus, seminare debent ipsum in locis pinguiſſimis, in quibus longum ualde proueniet, & grossam & multam stuppā habens ex grossitie corticis eius, & quāto rarius seminabitur, tanto magis ramosum erit. Qui uult ex eo facere pānos, scilicet saccos, linteamina, uestes, seminet ipsum in locis mediocriter pinguibus & solutis spissum, in quibus proueniet sine ramulis, qua

si magnum linum, & tale competens erit prædictis operibus, & iterum erit necessarium piscatoribus pro retibus eorum. Nam canapum ualde melius defenditur in aqua quā linum, & similiter rete ex ipso factum, seritur autem mēse Aprili & in fine Martij, & herbis sarculo mūdatur et manibus, colligitur cum matura sunt semina eius, scilicet masculinum, & in fascibus ligatum ponūtur in aliquo loco duo fasces simul, ut semina minus sint super semina alterius, & radices oppositæ, & cooperiūtur summitates seminum cum herba, uel aliquo stramine super quo ponuntur lapides uel terra, ut seminum maturitas compleatur, & si per sex uel octo dies iacuerit eleuatur stramen et lapides, & ponitur linteamen sub uel iuxta semina, & excutitur semen quod facile cadit, sed sœmininum, quod semen non habet, totū per decem dies ante masculinū colligitur cū albescit, deinde totū simul maceratur in aqua, ibiq; dimittitur donec stuppa possit à ligno separari, & ipsum lignum putrefactū cōteri, & maximè quod ex eo subtile est, quod uero grossum est ualde longum, uelut pertice, depilari potest à ligno stuppa, quæ facile ab eo carpit, postquā fuerat maceratū et in aqua lauando cōcussum, & postea exiccatum. Et nota quod ex eodem semine canapi nascitur canapum ramosum, quod semina infinita producit, & aliud nō ramosum, quod seminibus omnino caret, semen eius optimū est pro auiculis, & ipsum libēter assumunt sibi in escam.

## De Frumento.



**F**Rumentum est granū, quod ceteris omnibus corporis humani conuenientius nutrimentū est, propter similitudinem suæ complexionis. Eius quidē diuersitas multæ sunt, Nam quoddam est nouum, nempe unius anni uel minoris ætatis, & hoc maximè conueniens præbet nutrimentū, & tale seri debet, & quoddā est maioris ætatis, & hoc minus laudabiliter nutrit, nec seminibus cōpetit, quia raro uel debiliter nascitur satum. Et

G 2 cuius



cuiusdam granum est longum mediocriter & album uel rubeum, subtilem habens corticem, & farinam interius albam, & hoc est optimum. Quod uero est grossum, rotundum, rubeum uel album aut lucidum, est minus bonum, & pasta quidem quæ sit ex eo non est tenax, nec eius panis crescit in altum: quæ uero sit ex primo est ualde tenax, & eius panis multum augetur: sed ex agro collectus, mensuræ minus respondet quam grossum. Et granū quidem quod in terra pingui nascitur, est pinguius grauiusq; in pondere & nutritilius: quod uero in terra macra oritur, contrarium existit. Et quod in regione uel terra calida nascitur, est calidius, & quod in frigida frigidius, quod in sicca siccus, & quod in humida regione uel terra prouenit est humidius. Et est quoddam in spicis tōsum, & hoc licet breues faciat spicas, & nebulam timeat, plusquam retonsum ut quidam dicunt, tamen magis à radice pullulat, & spicarum numerum duplat. Grossum uero & maxime spicas habens rubeas, licet eas magnas producat & grossas atque multum granosas, tamen parum pullulat, & rariores inuenitur spicas habere, in omni climate habitabili nascitur, licet abundantius & nobilius proueniat in regionibus temperatis, sicut in tertio, quarto, quinto climate, terram desiderat pinguem, aut mediocris pinguedinis & dulcis saporis. Cretam diligit, & in mediocriter soluta bonum prouenit, minus uero solutam, aut sabulum nudum recusat, patenti campo lætatur & læditur umbris, locis humidis & aquosis degenerat in lolium & auenam. Frumentū uero cum colligit robustius est, sed mensuræ minus respondet. Seminatur autem frigidis & niuosis locis in fine Augusti, & toto Septembri, temperatis in fine & toto mense Octobri, in calidis uero in fine Octobris & toto Nouembri. In quibus omnibus locis primo exiles terræ serantur, ut frumenti sati radices ante hyemem cōualecant. Ultimo pingues quæ si maturi serantur luxuriant in spuria diuersarum herbarū, quæ frumenta necant. In iugero seminis corbis una sufficiet. Quod si prædicto tempore terra fuerit nimis sicca, sparsa semina melius in agris quā in horreis seruabuntur, si uero minus, gelicidio sequentis hyemis corrigetur, si extra agrum aqua poterit deriuari, ne germen extinguatur. Si terra sit temperata in octo diebus de terra egredit, uel paulo post. Colitur campestris frumentarius ager hoc modo: eo diligenter exculto, secundum doctrinam in generalibus tradita, & eo seminato iterum aretur, & lignonibus uniuersum semen operiatur, glebæ rūpen tur, & ex eius sulcis mundať, tam directe minores, quā trāsuer sales maiores per inferiores agrorū partes impressi, per quos aquæ pluentes libere sine obstaculo ad fossata deriuentur, quæ si tempore quo granū est in lacte & incipit germinare in agro remanent, semen extinguēt. Mense uero Ianuario & post geliciđiū Februarij & Martij postquā frumētū est quatuor foliorū sarculo & manibus ab omnibus adulteris herbis mundať, fiat aut hoc herbosis locis maturius, nō herbosis, serius. Mense uero Maio nō sunt tãgenda frumenta, quia florent octo diebus, deinde flore deposito diebus quadraginta grandescūt usq; ad maturitatis euentum,



uentum. Item dicit Palladius de hordeo, & de ceteris quę sunt seminis singularis, mense Iunio in locis maritimis & calidioribus, ac siccis; temperatis uero ac frigidis mense Iulio tritici messis, abscinditur. Quā paratam esse cognoscis, si æqualiter spicarum populus maturato rubore flauescit. Et modus quidē metendi cōsuetus notus est. Pars uero Galliarū planior hoc cōpendio utit̄ ad metendum, & propter hominū labores unius bouis opera spatium totius mensis assumit: sit itaq; uehiculū quod duabus rotis breuibus ferē, huius superficies tabulis minuatur, quę forinsecus decliues, in summo reddūt spatia largiora ab eius fronte, carpēti breuior est altitudo tabularū, ut ibi denticuli plurimi ac rari ad spicarum mensurā cōstituunt in ordine ad superiorē partē de curru, a tergo uero eiusdem uehiculi duo breuissimi canones figantur, ubi bos capite in uehiculū uerso iugo aptat̄, & bos mansuetus qui nō modo compulsorē excedat, hic ubi uehiculum per messes cœperit pellere omnis spica in carpentum denticuli comprehensa cumulat̄, abruptis ac relictis paleis altitudine uel humilitate plerunq; bulco moderante qui sequitur, & ita per paucos itus & reditus breui temporis spacio tota messis implet̄. hoc campestribus locis uel æqualibus utile est, ubi necessaria palea non habetur. Secata frumenta in mane usq; in tertiā, uel totam diem, cum aēr temperatus est ligantur, quia in horis nimie siccitatis spicę uel ligamina frangunt̄, deinde ligata portant̄ ad aëram fasciculis numeratis & sub tecto aliquo disponunt̄, ita ut aqua fluēs intrare non possit, ibiq; congregantur donec fuerit uniuersa messis expleta. Postea triturat̄ aut uirgis aut equis, sed uirgarū triturat̄io melius totū frumentū ex palleis excutit, triturat̄io uero eorum ex fractione uelocius paleas nutrimento animalū melius præparat, ab omnibus folliculis & seminibus extraneis, euētatione mundant̄, & cōueniēter exsiccata et refrigerata iterum in areis ad horrea seruāda portant̄, cuius durabilitati proderit si sæpe inquirat̄ ne intra se acerui extraneo inficiant̄ calore, quod quidem cū acciderit, per granaria siue horrea moueant̄ uel euētent̄, uel quod melius est ad solē & aërem deferant̄, & refrigerata iterum horreis inferant̄, generaliter tamen de omnibus granis præter milium compertum est, quod in stipulis suis diutius quā discussa seruantur. Frumentū iuxta Philosophos calidū est & humidum tēperate, cortex eius calidus & siccus est & mūdificatiuus, nutrimentum eius est minimū in aqua calida missus atq; colatus, coctus pectora & pulmones uiscosis humoribus purgat, & si aqua mitet̄ in lac nutritibilior fit, cum uino aqua mixto coquat̄, & fit cataplasma de eo mamillis duris, nam lac coagulatum dissoluit. Farina frumētī cū melle mixta faciei pustulas sanat. Mamillis ex coagulatione lactis induratis cum adipe & uino decocta duritiē mollificat, coactiones & apostemata maturat, neruos induratos & indignatos & quasi spasmodicos relaxat. Frumentum cum sale mixtū apostemata maturat & aperit. Tritici recentis & noui frumenti parū crudū phlegmaticū & inflatiuū existit, rugitū & dolorē lateri commouet, assatum magis nutrit, uentositatē minus facit, & stipticū est, in



aqua coctum grauissimū est, & inflatiuum, digestionem durum, & rugitū motiet, humores densissimos & uiscosissimos generat: sed cum bene digeritur, multum nutrit, & membra confortat, propterea dari oportet eis qui magnis laboribus exercentur. granum fractum cum lacte coquatur, sanguinem bonū & laudabilem generat, & nutrimentum multum, si tamen sæpe sumatur, oppilationem epatis & duritiem splenis & lapidem in uesica & renibus faciunt, maxime si renes calidos naturaliter uel accidentaliter inueniat. Et pasta quidem frumenti quam pluribus utimur modis. Siquidem azima uiscosa est inflatiua & ad digerendum dura, ideoq; inflationes & dolores & oppilationes generat, & nutrimentum durum & grossum & illaudabile generat, quare exercitantibus tantū conuenit. Si uero fuerit fermentata bonum & laudabile generat nutrimentum. Si uero frixa uel sub prunis cocta mala est, quia exterius dura & interior uiscosa & semicocta remanet, ideoq; nec otiosis competit propter uiscositatē & cruditatem intrinsecam, exercitantibus non conuenit propter aduersionē extrinsecam. Panis in forma magnus corticem subtiliorem & duriorē habet, propterea eius cortex parum nutrit, & est ad digerendum durus, humiditatem desiccatur, unde & uentrem constipat, medullæ uero multum habet, & ipsa medulla est grossa & uiscosa, humida & inflatiua, & phlegma uiscosum generat. Panis parui & subtilioris ignis interiora perforat, medullæ humiditatem desiccatur, unde parum nutrit, & tarde digeritur, uentremq; constipat, præcipue si frigidus est, & uno uel duobus diebus à coctione longinquus, qui uero est mensuræ mediæ in forma est mediæ potestatis. Et panis quidem cuius ignis in coctione magnus & fortis fuit, habet exteriora exiccata & indurata, item interiora non bene cocta, quia cortex uelociter indurata non permittit focum ad interiora penetrare, ideoq; cortex est durus non nutriens, sicut ferè incensa omnia solent. Unde siccissimum sanguinem parit, & constipat uentrem. Et mica quidem uiscosa grossa & indigesta, unde crudos & uiscosos generat humores. Si enim antequam coctus sit extrahatur, uiscosusq; sit, erit fortiter digerentibus & exercitantibus tantum necessarius. Et si dimissus fuerit usquequo coctus fuerit, siccus erit & stipticus, & durius digeritur, mediocris uero focus temperatus est, quia totū penetrat corpus panis equaliter, & coctus quidem in furno melior est, quia totus æqualiter coquitur, sub testis uero deterior, quia focus in una parte magis operatur, & altera cruda remanet & uiscosa, si ergo sæpe comedatur post multum temporis inflationes & dolores lateris generabit. Similiter sub cineribus aut super carbones coctus uelociter extrinsecus desiccatur, interior uero grossus remanet & uiscosus, & multum cineris cum eo admiscet, maxime si ligna sint mollia & cito incenduntur, & ideo inflationes & grauitates membrorum & obscuritates facit. Et panis quidem calidus aut recens magis est humidus & nutritiuus, qui post unū aut duos dies accipit laudabilis est, quia temperatus est interior, & exterius siccissimus, rarus est & leuis causa ablate humiditatis, unde humores desiccatur, & generat sitim propter desiccationem.



desiccationem stomachi, & uentrem constipat. Panis autem temperate fermentum habens & sal, & bene cōfectus & sicut oportet coctus facile in stomacho digeritur, & sanguinem clarissimum in corpore generat, unde commodior est eis qui inquiete sunt & deliciarum delectatione, exercitantibus & laborantibus inconueniens est propter sui subtilitatem & facilitatem dissolutionis ex membris eorum. Panis uero parum fermentatus & sal non habens nec bene coctus uiscositatem creat & grossitudinem, propter hoc aptus est exercitātibus & fortiter digerentibus. Panis uero superfluū fermētī & salis habens minime nutrit, nec confortat, uirtus enim salis humiditatē eius desiccet, fermentū cōiūctione rarificat.

## De faba.



**F**aba quædam grossa, quædam parua est, quædam alba, & quædam nigra est, quædam facile coquitur, quædam duræ, & alba quædam quæ, facile coquitur est melior, & parua saporosior est & magis fertilis quā grossa, grossa uero pulchrior est, sed minus fertilis. In omni aëre habitabili prouenire dicitur, terrā desiderat pingue & cretosam, & in ea subtile facit corticē, & facile coquit, & in mediocriter soluta satis cōueniēter nascitur. In sabulo uero & macra nō prouenit bene, & quæ ibi nascit, grossam habet corticē, & dura est ad coquendum, nisi talis ager letamine impinguet, tūc enim eius malitia emē datur, melior tamē semper est quæ nascitur in terra

pingui & cretosa. Seminat aut in stipulis & terra non arata, licet & in arata seri congrue possit. Spargitur autem semen in locis calidis aut temperatis mense Ianuario aut Februario cum terra post forte gelicidium talis est quod possit arari post sparsum semen, & melius quidē in humida quā sicca terra seritur. Sed & seri potest mense Martio, maxime in terra ualde pingui, cui multum proderit cum tarde seritur, si madida seritur, sic enim statim germinare & nasci cogetur. Quod si in aqua letaminis duobus uel tribus diebus mollificari sinatur, quæ nascitur ex melioris erit cocturæ, & etiam talis mollificatio pinguis eidem contra terræ macredinem auxilium exhibebit. Quidam dicunt aqua fabam cum seritur respersam cocturā non linbere difficilē. Nec est necessariū ut nascatur ut glebæ in eius seminatione rumpantur. His enim nō obstantibus, licet plurimū infra terram submersa fuerit erumpit pullulans ad superficiem terræ. Corbis una & minus iugerum complet, nam late aspergenda est, ut dilatari in stipitibus possit. Luna autē plena melius seritur faba. Hoc genere leguminis terra non læditur, & maxime si radices dimittet in ea, sed tamen in eo non fœcundatur nisi per accidens ager fuerit multum humidus. Nam Columella dicit, agrum frumentis utiliore probari qui anno superiori uacuis fuerit quā qui calamos fabarum



cere messis eduxit, & uerum dicit duplici ratione, una quia messis de nutrimento frumenti aliquid assumpsit, altera quia non potuit in æstate sic comode exarari, ut nudus. Faba secundum Palladium runcanda est cum quatuor digitis eminent super terram, deinde alia uice sarculetur, cum herbe nocue fuerint in ea renate, quo quidem non affligit, sed proficiet & multum fructum reddit, & flexa quidem prope nodum sicut integra respondet mense Maio & Iunio. Faba quadraginta diebus floret, simulque gradescit, id est in omnibus qui sunt seminis duplicis, ut pisum et cetera legumina. Mense Iunio faba minuente uelletur ante lucem, & antequam luna procedat, & excussa & refrigerata ponatur in horreo, & sic gurguliones aut nullo modo aut minus patietur infestus, ut Palladius ait. Varro scribit quod faba & cetera legumina in uasis olearijs cinere oblita per diu in columia seruantur.

Fabæ ut dicunt Medici, aut comeduntur uirides, & tunc frigidae sunt, & humidæ in primo gradu, & humores generant grossos, crudos & inflatiuos, unde uentositates faciunt, & ideo stomacho ualde nociuæ sunt: siccae uero & maturatae, perfecte frigidae sunt, & siccae in primo gradu, & illaudabile generant sanguinem, & carnem inflat et dilatant, & operantur in ea quod fermentum in farina, unde in superioribus uentris plurimam grossitiam generant & inflatiuam, ex qua fumus in caput ascendens cerebro nocet, & insomnia multa & corrupta inducit. Cum ergo huius naturæ sint fabæ, non eis aliquo decoctionis modo potest auferri, sed minui, experimento autem hoc probatur, quia fabis quotidie utentes indigestionem & inflationem patiuntur, etiam si sanissimi sunt, mundificationem autem sunt, & ideo ualent ad lētigines, & qui cutem sui corporis mundificare uolunt ex farina earum lauari assuescant. Diuersis coquitur modis, quædam enim aqua coquantur, quædam igne assantur, coctæ in aqua laudabiliores sunt, quoniam aqua eis plurimum auferit uentositatis & grossitiam, maxime si eiecta aqua priori, altera iungatur. Hæc quoque decoctio duobus fit modis, aut cum cortice, aut sine cortice, & coctæ quidem cum cortice duræ sunt & ad digerendum grosse, inflatiuæ, spissitas enim corticis egressionem prohibet uentris, & mora eius diuturna in uentræ uentositatem & inflationem generat. Coctæ uero sine cortice minus sunt inflatiuæ, & cito digeruntur, & si ius fiat ex eis calefactiuis rebus appositis, ut pipere, zingibere, uel oleo, perfecta est medicina ad coitus operationem. Commesta autem cum menta origano, cimino & similibus eius uentositatem & inflationem minuunt. Assatae minus uentositatis & inflationis habent, sed ad digerendum durissimæ sunt, ueruntamen si aqua infundatur post assationem, & cum cimino & menta & origano comedantur duritiam amittunt. Fabæ confractæ bobus in cibum, quotidie abundanter exhibitæ, cito eos impinguant, & hoc modo boues magni, & senes à peritis uacarijs impinguntur in diebus quindecim & renouatur caro eorum. Auicenna dicit: quod fabarum rectificatio est prolongatio infusionis earum, & bonitas decoctionis, & comedere eas cum pipere & sale & similibus & cum oleo, ac meliores omnium



omnium sunt grossæ albæ, non perforatæ à gurgulionibus. Et ex proprietatibus earum est quod abscindunt oua gallinarum cum nutriuntur ex eis, et quod faciunt uidere somnia cum alienatione perturbata, et quod faciunt accidere pruricum proprie recentes. Item emplastrum ex corticibus earum super femur infantis, ortum prohibet pilorum, & similiter quando sæpe iteratur super locum ralum. Et fabæ abstergunt morpheam in facie, & præcipue cum cortice, & lentiginibus, & faciunt colorem bonum, & earum emplastrum est bonum apostemati, & mamillæ, et castitati lactis, in ea & quæ ex eis cocta sunt, cum aceto et aqua conferunt solutioni antique, et proprie cum fuerint cum corticibus suis, et conferunt diffenteriæ. Plinius dicit, quod faba cocta et colatura eius potata pulmonem mundificat, apostemata mamillarum curat, cum rosis mixta dolorem et liuorem et lippitudinem oculorum curat, masticata et temporibus apposita, humores ad oculos fluentes compescit. Item scissa et super uenam incisam posita, sanguinem restringit, lac effluens de mammillis sistit, & fluere non permittit, podagricis et arteticis cum adipe eius decocta subuenit, si super doloris locum emplastratur. Tumores & inflationes apostematū repercutit si in principio decocta in aceto tumori apponatur. Itē dicit, quod quando faba est in flore aquas maxime concupiscit, cum uero effloruit, diligit siccatur. Item dicit, quod in aqua marina uel falsa uix coquitur, dicit etiam quod in insulis maris Oceani nascitur faba spinosa per se, quæ coqui non potest. Item in Aegypto nascitur faba spinosa longa decem cubitorum, quæ crocodili fugiunt, timentes ne oculi eorum spinis eius ledantur.

## De Farre.

**F**ar est simile speltæ, sed est grossior in herba & grano, serit tempore tritici et speltæ, et corbis una iugerū complet, mundatur & metitur ut triticum. Far temporatæ complexionis est, et est bonus cibus sanis & ægris, satis enim nutrit et confortat, & bonum generat nutrimentum, & potius est stipticum quàm laxatiuum.

## De Fascois.

**F**aseoli noti sunt, & eorum quidam sunt rubei, quidam albi, terram & ærem talem desiderant qualem panicum & milium, & inter ipsa cicera commode seminantur, seruntur etiam in hortis inter cepas et caules, sed minus soluta terra proueniunt, et eisdem temporibus seminantur, & quanto magis terra pinguis fuerit, tanto rarius seminantur, herbis sæpe mudentur. Colliguntur autem successiue ipsorum aliqua quotiens albedine sua maturitate fatentur, & super lintheamina ad solem siccantur: rubei calidi sunt et humidi in medio secundi gradus, albi uero parum minus calidi sunt, sed magis humidi, testatur hoc, quia grana eorum ut cætera siccari non possunt, & si desiccantur diu seruari non possunt. Humores generant grossos, & inflationem, uentositatē suamque plurimū caput implentē, & somnia pessima ac terribilia faciunt et corrupta.

Auicenna



Auicenna propterea dicit, quod generant humorē grossum, sed sinapis phibet nocumentū & somnia pessima eorū, & similiter acetū cū sale pipere & origano.

## De Git.

**G**it est semen nigrum, & quasi triangulū, cuius herba nascit in frumentis & speltis et siligine, & uulgariter dicitur gittironus, & facit flores rubeos admodum campanellarū, est autē calidum et siccū in secundo gradu, uirtutem habet dissoluendi, cōsumendi, contra oppilationem splenis & renum, & iliacam passionem & dolorem stomachi, & uētositatem, ualet puluis eius in cibis. Contra lumbricos detur puluis eius cum melle, et fiat etiā emplastrum ex puluere eius & succo absinthij circa umbilicum.



## De Lolio.

**L**olium siue zizania nascitur inter triticum siccis corruptisq; temporibus uim acutam habet et uenenosam. Oppilitat mētem, perturbat & inebriat. Cum uino cocta & stercore asinino & semine lini cataplasmate apostemata dissoluit, & scrophulas. Cocta cū radicis cortice et uulneribus iam putrefactis apposita sanat et mundificat. Item est aduersiua tritici, quia trahit nutrimentū eius sicut papauer, est zizania aueng, & caulis uitis, qui adurit eam.



## De Lenticula.

**L**enticula nota est, uult habere locum tenuem et resolutum uel etiā pinguem, sed siccum maxime quia luxuria & humore corrūpitur usq; ad lunam duodecimam: mēse Februario seritur, quartarium corbis in sationem iugeri sufficit. Cum autē lens ualde cito pullulet, & incrementum accipiat, oportet quod si ager firmāus est, priusquā seratur, cum fimo arido misceatur, & cum illo uel quatuor uel quinque diebus steterit, tunc spergatur in agrum. Palladius hoc præcipit fieri debere, ut cito nascatur & crescat, frigida est in primo gradu, sicca in tertio, nutrimentum eius est grossum, & ad digerendum durum, melancholicū sanguinem generat, et si cū corticibus comedať cerebrū sumo grosso implet, et melancholico, unde causa est doloris & fallacium formidolosoꝝq; somniorum, uentositatem & inflationem & constipationem faciunt, propterea cæteris granis stomacho nociuor est, & pulmōni & diaphragmati & pelli-



& pelliculis cerebri cæterisque neruis pellicularum, & præcipue oculorum, quoniam humiditatem eorū exiccat & exasperat, sanis oculis hoc efficit quanto magis infirmis: est igitur complexionis siccæ noxia, sed eis qui sunt humidæ complexionis aliquando profunt, si sine cortice coquantur. Item Hydropicis ualent, cum cortice uero nocent nimis, propter uentositatem & inflationem quam faciunt, grandis & noua melior est & concoctu facilior ad cibum & medicinam, quàm parua, uetus & dura, si cineri misceatur melius seruabitur.

## De Lupinis.

**L**upini aut terras aut uineas impinguandi, aut seminis colligendi causa seruntur, qui prima causa in uineis uel agris sparguntur mense Augusto uel collectis uuis seredi sunt, cooperiendi ligonibus uel aratro, deinde mense Aprili uel Maio, cum ad debitum augmentū peruenerint evertendi, sic etiam uineas & agros letaminis more impingunt & fecundant & in agris tunc serantur milium & panicum & tempore iuuante frumentum, & uineis quidem magis letamen conferunt, quod eis non bene competere dicitur, quia consuevit uini uitare saporem. Seruntur etiam optime post collectas messes in stipulis bis aratis, uel circa principium Augusti, deinde mense Octobri iuxta terram ligonibus inciduntur, & per sulcos ponuntur, super quos seminato frumento uomere terra uoluitur, & sic de uno grano optimum efficitur, ubi etiam anno sequenti iterum frumentum seri poterit uel siligo. Possunt etiam seri eodem tempore inter panicum in secunda eius sarculatione qui collecto panico manebunt, ut agrum impingent frumentarium secundum modum prædictum. Duæ corbe uel plures in iugero ponuntur, qui uero seminis colligendi causa seruntur mense Octobri & Nouembri debent fieri, & corbis una iugerū complet. Limoso agro lupinus non nascitur, cretam formidat, & exilem terram ac rubricā diligit. Lupini sarculandi non sunt & sarculati extinguunt, quia unam tantum radicem habent, nec hoc quidem desiderat, quia herbas præter auxilium cultoris affligunt, mense Iunio & Iulio colligit, & statim si placuerit fertur ex area, sed est ab humore longe ponendus in horreis, sic enim diutissime custoditur, maxime si granaria eius afflaue rit fumus assiduus. Lupini calidi & sicci sunt in secundo gradu, & eorum alius est amarus qui ex natura sua talis est, & hic medicinæ competit, alius dulcis & insipidus, qui ex multa mora in aqua dulcoratus est & insipidus factus. Farina lupinorum cum melle ualet contra lumbricos ad idem ualet panis factus ex farina eius cum melle & absinthio positus super stomachum, & melius si addatur modicum aloës, eadem farina apostemata maturat & rumpit. Lupinus, ut ait Auicenna, subtiliat capillos, & abstergit panos & morpheam, & faciem, & tunc maxime quando decoquitur cum aqua pluuiali donec dissoluatur. Quidam dicunt quod farina lupinorum capillos natos adurit, & exurgere alios non permittit. In aqua dulces facti lupini nutrimentum grossum pariunt & ad digerendum durum, ideoque humores generant uiscosos.

De Lino.



## De Lino.

**L**inum desiderat aërem temperatum & terram solutam & pinguem, & quanto pinguior fuerit tanto ipsius stупpa erit grossior, quanto uero macrior, tanto eius stупpa subtilior erit. Sed ex eo parum & breue in tali terra nascetur. Huius autem seminatione terram satis macrari & lędi credit, ideoq; auxilio letaminis eget, si tale semen recipere assuescit. Eius terra ante hyemem debet arari ut glebæ propter gelu sequentis hyemis in puluerem reducantur, deinde post hyemem cum primum poterit secunda uice arabitur, deinde aspergatur & iterum aratur quinque uel sex uicibus in tantum ut in puluerem redigatur: ita tamen quod prima uice profundius aretur, secunda minus profunde, & sic semper profundatio usque ad uicem ultimam minuatur: deinde à medio Aprilis usque ad finem eius satio ipsius est optima, satioq; in summo terre fit minus uno palmo, terra super semen aratro reuoluta, in cuius satione secundum morem Alexandrię ibi linum optime procuratur, potest unus bos unum ducere aratrum, & duo simul iuncti possunt ducere duo, ut unum aratrum per unum brachium uel parum plus quodam fune sequatur ad primum, quorum unum quodq; habeat unum bubulum, qui aratrum teneat & conducet. Tres corbes huius seminis uel parum plus sufficiunt iugero cui multum proderit si talis ager expexetur postquam fuerit seminatus, quod si tempus fuerit magnę siccitatis ei ualde proderit si poterit irrigari. Potest etiam feri ante hyemem in locis calidis, in quibus linum natum frigore non læditur, & tunc melius prouenit in terra mediocriter cretosa quam nimis soluta, nec est necesse quod sit pinguis, & quod ultra duas uices aretur, dummodo terra puluerifetur, & cum fuerit seminatum melius est quod cum expexe solimodo de quibusdam spinis facto semen operiat, melius etiam est quod homo unus cum fune trahat expexam quam boues, propter nocumentum & hoc est culibet homini facile. Hęc herba bis mundanda est que maxime suffocatur, ideoq; extirpandum est antequam circa linum inuoluatur, licet per ipsum ambulando lædatur cum magnum est, & ideo mundatur & debet ante se manibus aperire, & ire per eum optime eleuatis pannis. Sed cum prima uice mundatur, quia tunc parum est & conculcatum releuatur non læditur ambulando per eum. Colligitur cum maturo colore flauescit, & eodem die ne rore tangatur sub tecto ponatur in fascibus deinde malleolis lignis excutiuntur semina, & ipsum linum ad maturandum in aqua ponitur, in qua quatuor uel quinque diebus si putrida sit stetit sufficit, si autem aqua non sit corrupta, usque ad septem dies stare in eadem oportet ut putrificat caro herbalis, & cortex ex quo sit stупpa remanet in corrupta. Vel potest optime macrari hoc modo, ut Mediolanenses obseruant, cum maturum est colligit sine aliquibus herbis admixtis, & in paruis fasciculis ligatur cum herbis uel siligine aut uitijs, uel in campo siccatur, & quantum potest defenditur à pluuijs, præcipue dum est siccum, postea defertur ad domum & sub tecto ponitur, & seruat usque ad mensem Augusti donec completa triturationis necessitas, tunc ad



tunc ad aquā portatur, & in ea ponatur, ac sæpe perticis submergatur uel ponderatur quibusdam lignis & optime balneetur, & in ea dimittatur per mediam diem tantum & sic bene balneatum reducatur ad domum, & totum ponatur in cumulo iuxta murum sub tecto & paleis operiatur & sic quatuor dimittatur diebus, in quibus calefiat uel macerabitur, & tunc cum infrigidatum fuerit uel tene- rum ac leue effectum, uel semina in ea remanentia incipiunt germinare, uel stup- pa eius à carne remota per se non torquetur, completa erit maturatio, & tunc unusquisq; fasciculus diuidatur in tres uel in quatuor manipulos magnos & cum ipso ligno ligentur, & in area optime exiccantur, & reponatur, postea poterit quolibet tempore parari ut moris est. Erit autem signum temperatæ maturatio- nis, quando maceratur in aqua cum tactu mollescit aded quod omnem rigi- ditatem amiserit, cognoscitur etiam si ex eo aliquid extrahatur de aqua & sic- catum probetur, sic caro herbalis à stuppa facile separatur. Veruntamen si mi- nus quam expedit maceretur erit stuppa fortior & albior, sed non perfecte sepa- rabitur caro herbalis, & erit durior ad filandum. Deinde optime leuetur & in aqua excutitur, & ad solem siccatur, cum autem siccatum fuerit concutitur mal- leolis ligneis ut eius caro rumpatur, & deinde ad solem calidum ponatur, & cū fuerit calefactū in pannis calidis in domo simul ponitur, & cum per aliquas ho- ras sic steterit, gramolatur, hoc enim modo mundatur optime, nec stupa rumpi- tur gramando, quod fieret si statim gramarent cum eleuantur de sole. Quod si tempus fuerit humidum cum multis pannis madefactis ad ignem præparatur gramen, deinde spatulis eius mundificatio completur, deinde pectinatur & fila- tur. Virtus seminis lini secundum medicos proxima est uirtuti seminis fœnigræ- ci. Calidum est in primo gradu, mensuratum in humiditate & siccitate, si sumat- ur cum melle & pipere mouet coitum.

## De Hordeo.



**H**ordeum tollerat omnē aërem, & deside- rat terram pinguem ut optime proficiat, & in mediocri etiam prouenit, & patenti magis quàm umbroso loco lætatur. His temporibus & eodem modo, ut triticum seritur, & & septem diebus sub terra morat, & cum egredit, ut ait Varro: Legumina uero quinque diebus præ- terquam faba, seri etiam Alberto dicitur in princi- pio ueris & utrunq; fieri posset, sed huius sationis messis tardius ad maturitatē peruenit. Hordeum tamen margolum quod Bononiæ margola uoca- tur, serit̄ toto mense Martio & in principio Apri- lis, & mēse Iulio est maturum, Item inuenit̄ hordeū quod in trituratione mūda-  
 H tur ue



tur ut frumentum: & istud eodem tempore seritur quo frumentum, in seminando corbis una iugerum perficit, colitur & mundatur ut frumentum, & maturat modicum ante ipsum, ideoque eius messis primo recipitur, quæ consummèda est antequam grana refractis spicis lapsa decurrant, quia illis uelut triticum folliculis uestiuntur, eius culmos quos pinguiore dicimus in agris aliquandiu iacere sinamus, quia hoc modo gradescit & tritatur, ut triticum. Hordeum secundum Auicennam frigidum est & siccum in primo gradu, uirtutem habet mundificatiuam, & excolatiuam, plus tamen faba desiccatur, & propterea ab inflatione liberat. Hordeum & triticum nutritiua & laudabiliora sunt cæteris granis, sed hordeum citius digeritur, & ideo de membris citius dissoluitur: frumentum uero tardius digeritur & tardius à membris dissoluit. Galenus de hordeo & faba secundum medicinam, dicit, hordeum & faba quoniam temperamento uicina sunt, in multis secundum medicinam locum habent, sicut cera & oleum in cataplasmatibus, fit de hordeo confectio utilis, elixatur hordeum prius aqua, postea affatur, deinde farina facta cum saccharo conficitur, hoc in æstiuo tempore ad stomachi & epatis refrigerium ualet, ad sitim etiã ualet cum aqua temperatum, siue grossum, ut cum cochleari edatur, siue liquidum, ut bibatur. Ex eo ptisana conficitur hoc modo: ut cortex auferri possit mensura hordei sumatur una, aque nouem & tandiu coquatur, donec redigatur ad unam, & colatum potui detur, hoc ualet ad sanitatem custodiendam, corpusque humectat, si corpus refrigerari plus appetat, parum aceti misceatur, uel addatur semen papaueris albi. Ptisana sanis crebro usu clarissimum & perfectissimum sanguinem generat, nec minus quam panis nutrit, quæ sanis danda est, infirmis uero diuersis modis prout cuiusque expedit infirmitati. Si enim uelis sitim & epatis calorem extinguere, bibe supra dicto modo. Si excolatiuum & mundificatiuum ptisanum habere uolueris cum cortice coque. Si laxatiuum & refrigeratiuum cocto in mane suppone mel uiolaceum. Si propter epatis oppilationem illud uelis accipere, cum eo coque simul radices apij & fœniculi, & accipe illud cum oxifisicaria. Alij autem dicunt, quod ptisana fit hoc modo: Hordeum mundatum decoquatur multum bene in aqua, & colatur per pannum. Farina sic fit, hordeum bene mundatum in mola ponitur & teritur, mola tamen aliquantulum subleuata ut grossam operetur farinam, farina talis cocta in aqua diu, est optimus cibus febricitantibus, & præcipue laborantibus in apostemate spiritualium. Auicenna dicit, quod habet proprietates dictas de siligine. Item si fiat linimentum ex eo cum aceto forti, & ponitur emplastri more super scabiem ulceratam, sanat eam. Item fit ex eo emplastrum cum citonij & aceto super podagram, & prohibet fluxum superfluitatum ad iuncturas, & aqua eius confert egritudinibus pectoris, & quando bibitur cum

semine fœniculi facit abundare lac, & aqua eius est infrigidatiua & hume-

ctiua febrium, in calidis quidem putat, in frigidis

cum appio & fœniculo.

De Milica.



## De Milica.

**M**ilica est notissima, eius quidem duplex est differentia. Est enim quædam rubea, quædam alba. Item inuenitur tertia species quæ est albor milio, & iterum quædam in herba multum excrescit, quædam parum, & rursus quædam diu moratur in agris, ut longa, quædam in paucis maturatur diebus, ut milium, & hæc est quæ in herba parum crescit, ut milium. Terram desyderat ualde pinguem, & cretosam magis quam solutam, & eam ualde macrat propter multum nutrimentum quod querit, & locis quasi paludosis lætatur, ibiq; optime prouenit cum primo reducuntur ad cultum. Nam nimia pinguedine talis loci frumentum & faba perieret in eo, nisi primò per sationem milici superflua pinguedo consummeretur. Seritur in pastinata terra & in solida, potest etiam serri per sulcos fabarum, & ubicunque raræ natæ fuerint in secunda sarcolatione, ipsarumq; fabis eradicatis, erit denuo sarculanda. In temperato aëre circa finem Martij & initium mensis Aprilis, & parum seminis, scilicet octaua pars corbis, sufficit ad cõplendũ iugerũ, in calido uero maturius et in frigido serius est serenda, sed ea quæ parua est toto temperato tempore quomilium seritur sub terra potest serri, quia tantundem moratur in agris, circa 15. uel 20. diebus semen eius sub terra moratur antequam nascatur, & natum, licet sit parua milica, tamen runcatur circa finem Aprilis & initium mensis Maij, & tunc ipsa herba ablaqueat, ut melius germinet, & pullulet à radice, deinde mensis Iunij sarritur siue runcatur secunda uice, & tunc circa ipsius herbam terra cumoletur, ut à casu melius defendatur. Et solo mense Augusto uel Septembri colligitur, eis iuxta terram incisus, & postea prope panocas si melogaria habere uoueris, si uero eis non egesserticis flectitur, & panocæ inciduntur, & in fasciculis ligantur, melogarijs super radices in campo relictis. Et in iugero mediocris milicæ circa sedecim corbes prouenient. Siccanda est quantum potest, postquæ equabus fuerit tritura uel uirgis facta. Et in loco reponenda uentoso quantum potest aperto, nec nimium adunata calefiat, & corrumpatur. Melegaria competunt ad claudenda tuguria, & uias in tempore luti sternendas, & competunt igni & clibanis faciendis, cum fuerint exiccata, & plantis salicum inuoluendis, ne excoriantur à bestijs, & ne sole urantur æstiuo, Semen milicæ bonus est porcis & bobus & equis dari potest, & homines eo tempore necessitatis utuntur, & cum alijs granis in pane & præcipue rusticis, qui continuis laboribus exercentur, & est frigidum & siccum, & generat melancholicum sanguinem. Item inflatuum est, propter suum pondus facit descendere cibum, quem in uentre inuenerit.



## De Milio.



**M**ilium notum est, cuius duplex est differentia, quoddam scilicet, quod circa tres menses moratur in agro, et aliud quod maturitatem recipit in 60. diebus, postquam fuerit seminatum. Terram desiderat ualde aram, solutam & pinguem. Nam in sabulo et arena prouenit, dummodo solo irriguo & humido celo seratur. Nam siccum & argillosum formidat agrum, & terram in qua seritur pinguedinem ualde consumit. Serietiam potest per sulcos fabarum, & inter ipsas ubi rare fuerint inseratur, in secunda sarculatione. Si terra fuerit soluta, uel media, uel cretosa, quod, quo euulsis fabis sarculatione erit mense Aprili, Maio, & Iunio seri potest. Palladius uero dicit, & cum eo concordat experientia rusticorum, quod seratur milium mense Martio, & erit maturum in mense Iunio, ex quo probabiliter sequitur, quod si terra sit bene pinguis poterit in eadem aestate iterum seminari. Corbis octaua pars sufficit in iugero, herbis propterea liberatur assidue, maturum est cum totum albescit, ab auriculis non multo labore defenditur. Cum siccatum est in fasciculis ligatum erigitur ad solem, ubique per duos aut tres dies moretur, deinde portetur ad aream, & statim trituretur, ne si in magnum portetur acruum calefiat & corrumpatur, non bene siccatum statim calefit & corrumpitur, optime uero siccatum, eo triturrato, siccetur optime antequam portetur ad horreum, optime uero siccum longissimo tempore seruatur, & quidam colligunt solum spicas, sicut in panico seruatur. Milium secundum Isaac frigidum est in primo gradu, siccum in secundo gradu, testatur hoc leuitas & concuuitas eius & uiscositas, & uentositatis abundantia. Minus nutrit ceteris granis, ex quibus fit panis, gratia tamen siccitatis confortatiuum est stomachi, & aliorum membrorum corporis, diureticum est, & idem affatur ad ignem, & ad corrosionem doloremque uentris calidum superponitur. Causa eius siccitatis & parui nutrimenti, non est accipiendum ab his, qui carnes suas augmentari & impinguari desiderant, nec ab eis qui in corporibus laudabilem sanguinem generari uolunt, sed tamen a quibus refrigeratio aut confortatio, et humorum superfluatorum desiccatio appetitur.

## De Panico.

**P**anicum desiderat eandem terram & aerem quem milium, & eisdem seritur mensibus, & eodem modo, & tantundem seminis requiritur in iugero, & eodem modo herbis saepe mundatur, quod etiam inter fabas et faseolis & in uineis congrue seri potest, secundum doctrinam de milio tarditam. Est etiam quoddam panici genus, quod in paruo tempore recipit completum, & illud congrue seminatur post messes completas in stipulis bis uel ter aratis & glebis con-



bis cōfractis, in quibus optime prouenit, nisi tempus fuerit eximie siccitatis. Panicum secundum Isaac, in forma & natura simile est milio, minus tamen nutrit, uentrem tamen magis constipat. Accipitur diuersis modis, et per eorum diuersitates actionem suam mutat, quocumq; tamen modo accipiatur, melius est milio. Coquitur autem sæpe aut cum pinguedine, cum oleo, sæpe aut cum lacte caprino uel amygdalarum, et coctum quidem cum oleo aut cum pinguedine laudabilius est, quoniam siccitatem suam amittit, & saporositatem bonumq; nutrimentum acquirit, et constipationem perdit, cum lacte uero coctum laudabilis, eo quod cum aqua sola coquitur. Sed coctionis cum aqua duo sunt modi, coquitur enim ut integrum, aut mola fractum, integrum ablato cortice coquitur, ut in una panici mensura quindecim aquæ ponantur. Item coctum grossum est, & ad digerendum durum, sed non est uentris constipatiuum, quia propter suum pondus ad inferiora descendit. Mola tritum coquitur, ita ut farinæ mundatæ decies tantum aquæ ponatur, postquam bis uel ter bullierit digitis fricetur & colatur, & colamentum susceptum donec dure scat excoquitur, sicq; cōmedi utile est, et cæteris subtilius, digeriturq; facilius, magis uero stipticum est.

## De Riso:

**R**isum & Ropellia sunt alba & grossa, & seminantur mense Septembris & Octobris & Ianuario & Februario, ut puto melius in terra facili & soluta, loco tepido, & aura humida. Duæ partes corbis in iugero sperguntur, & colligi debet siliquis exiccatis & granis fortiter induratis, luna decrecente, postquam multum processerit in defectu. Frigidum est in primo gradu, & temperatum inter humiditatem & siccitatem. Cortex eius stipticus est, cortice ergo mundatum laudabiles generat chimos, nec inflationem aut uetositatem facit, sicut faba, & ad usum edendi bonum est in estate in calida regione.

## De Spelta.

**S**pelta nota est, eius quidē diuersitates sunt, quia quædam est grauior, & hæc melior, quædam uero leuior, & hæc deterior est. Aërem desiderat qualem frumentum, & terram, sed melius defenditur à macra quam frumentum, & in creta & in patenti campo optime prouenit. Et his temporibus feruntur quibus frumentum, & eodem modo, sed duæ corbes in iugerum feruntur, cum ex frumento corbis una sufficiat. Colitur & mundatur sicut frumentum, metitur autē immediate post frumentum, cum post ipsum modicum maturet, & eodem modo triturat, uerū separata paleis, pluries uirgis semē eius percutit, ut ab aristis mūdetur. Temperatæ qualitatis est, et equis, bobus, et similibus præbet optimum nutrimentum, sed & homines uti ea commode possunt, quia eius panis temperatus est & ualde leuis, & ideo si tres partes speltæ cum quarta parte miscatur fabarum. Ex superflua grauitate fabarum & multa leuitate speltæ fit panis satis pulcher & bonus, & familijs cōueniens, si in eius artificio diligentia obseruetur, quæ supradicta est in pane frumenti.



## De Siligine.



**S**iligo nota est, & eius quidem nō sunt diuersitates, aërem communem cū frumento desiderat, et frigidiorē tollerat, ut alpēs, quia citius maturat. In nemoribus enim alpium mundantur mense Iunio & Maio omnes ramusculi arborum, deinde cum siccati fuerint inciduntur mense Augusto, & uertantur in cinerem, & in eis seminat siligo, quę optime prouenit anno illo, deinde usque ad septem quiescit annos, & eadem ratio denuo iteratur, sed ubi non sunt nemora herba, cum suis radicibus & modico terrę inciditur, & exiccata comburitur, in cuius cinere & puluere siligo postea præfato tempore seminat, & circa octo annos quiescit, & idem opus postea iterat. Terram desiderat solutā, sabulosam, & in pingui & patenti campo mollior prouenit. Et his temporibus quibus frumentum seritur, conuenientius tamē antequam uel post.

Vna quidem corbis sufficit in iugero. Colitur & mundatur sicut frumentū octo diebus. Floret circa finem Aprilis & initium Maij locis temperatis, quo tempore tangi a cultore non debet, & quadraginta diebus deposito flore grandescit usque ad maturitatis euentum. Maturatur & metitur antequam frumentum, & trituratur ut ipsum frumentum. Eius quidem substantia est tenax & uiscosa ualde, & ideo cōuenienter miscetur cum millica, milio, faba, & similibus ad panē, quę pro laboratoribus & familijs faciemus, quia coniungit & conglutinat pastas eorum, quę per se cocto pane retinere non possunt, sed franguntur & teruntur, siligine uero sola in pane uel nunquam utimur. Auicenna dicit, quod est de natura hordei, scilicet frigida & sicca in primo gradu, eius nutrimentū est minus nutrimento tritici, & eius aqua frangit acuitatem humorū, & similiter farina eius super pannos ponitur, & epithima eius calidum accipitur, & fit ex ea decoctio sicut sorbitiones, cum pice emplastrum super apostemata dura, & cum solo fure super apostemata calida.

## De Vicia.

**V**icia dupliciter utimur, aut seminis colligendi, aut pabuli secandi causa, est enim optimus cibus equis & bobus herba eius & semen eius, serenda est mense Ianuario & Februario non in aurora, quando ros est, sed quando sol absorberit rorem, quoniam compertum est uiciam rorem sustinere non posse, sed euanescere uirtutem ipsius. Habet hoc uicia proprium, quia uiridis messa si cū eo & quod in terra remanet ager statim aretur letaminis more terram impinguet, si autem exaruerint radices eius antequam terra aretur, succum aufert ab agro.

TERTII LIBRI FINIS.

CRESCEN



91  
CRESCENTII LIBER

QUARTVS DE VITIBVS ET VINEIS ET CVLTV  
earum, ac natura & utilitate fructus ipsarum.



Vperius in libro secundo multa de natura & cultu vitis dicta intelliguntur, cum de natura plantarum & rebus cōmunibus cultui cuiuslibet generis agrorum generali sermone diceret. Nūc uero in hoc quarto libro de natura & cultu vitis & uinearum & omni utilitate fructus earum specialiter est agendum.

De Vite, quid ipsa sit, & uirtute foliorum eius, & lachrima eius.



Vitis apud nos nota est, sed in frigidissimis regionibus, in quibus uiuere non potest ignota, ideoq; dicamus quod est quedam humilis arbutula, multū tortuosa, nodosa & scabiosa, latissimos habēs poros, & magnam medullā, & frondes latas & intercisas, que sine putatione & palorum aut arborū auxilio diu uiuere & commode stare nō potest, & eius quidē fructus est uua, ex cuius suc-

co fit uinum preciosissimus liquorum. Folia uitis sunt multū medicinalia. Nam uulnera mundant & sanant, in aqua decocta, calorem febrilem refrigerāt, estuationem & tumorem stomachi cataplasmata mire sedant, pregnantem adiuuāt, somnum prouocant, & cerebrum confortant. Eius lachrima potata sæpe calculos frangit, ut dicit Dioscoridus, uisum acuit, lippitudinem oculorum tollit, morsibus uenenosis succurrit, & uentrem sistit, cinis eius ualet ad prædicta cum succo rutæ uel nucis & oleo admixtus. Plinius autem dicitur, quod folia uitis dolorem capitis amputant, inflationem sedant, & cum farina hordei calidam arteticam curant, dissentericos ualde iuuant, si eorum succum bibant patientes. Cortex uitis & folia arida uulnerum sanguinem sedant, ipsumq; uulnus conglutinant & sanant. Cinis corticis per se pilos ablatos restaurat & multiplicat.

De uinearum diuersitate. Cap. I I.

Vinearum genera diuersa sunt, secundum uarias & diuersas consuetudines regionum. Nam quedam cum auxilio palearum & perticarū in ordine fiūt, & hoc duobus modis, uno quidē modo, ut cuiuslibet palo sit uitis, & sic fiunt in pluribus partibus Lōbardie et Romaniolę, et hoc quidem



quidē modo in exili terra tribus plantent pedibus distātes quaq; uersum, in piti  
 qui uero quatuor, in mediocri tribus & semis. Alio uero modo, ut una uitis sur  
 per multos palos & perticas extendatur, & sic fiunt in pluribus partibus Italiae,  
 & hoc quidem modo plantantur distantes, considerata pinguedine & exilitate  
 terrae, adeo ut spatium uniuersum possunt congrue opperire, et haec quidē tan  
 tum ligonibus coluntur, nisi fuerint alte & plurimum distantes. Rursum quaedam  
 fiunt ut arbutulæ, more Prouinciali, quas sine pali auxilio stare constat, & haec  
 quidem aut fiunt per certas acies, adeo ab inuicem distantes, quod arari pos  
 sunt, & diuersis seminibus feri, aut eque distātes undiq;, quod arari nō possunt,  
 & hoc quidem modo tribus distant pedibus, aut minus uel amplius, secundum  
 quod fuerit lætum aut exile solum in quo plantantur. Quaedam etiam fiunt in a  
 ciebus cum palis & perticis, aut in forma pergulariorum paruorum, quæ a par  
 te stipitis sint depressa, et ab opposito eleuata, & hic modus à quibusdam Muti  
 ne & in alijs locis pluribus, & maxime in hortorum spacijs obseruatur. Quædā  
 uineæ fiunt cum arbutulis ad hoc formatis per agros, plus uel minus æque di  
 stantibus secundū quod magis & minus de uino uel de tritico pater familias op  
 tauerit. Mediocris tamen modus distantiae sedecim uel uiginti pedum habetur,  
 & iste modus maxime apud Mediolanum & in illis partibus obseruatur. Quæ  
 dam plantantur in ripis fossatorum cum fiunt aut per agros iuxta magnas arbo  
 res, ut eas quæ sunt in agris aut ripis opperiant & fructificent, & hic modus plu  
 rimum obseruatur in partibus Italiae. & iterum supra dictis uineis quæ in ordina  
 bus fiunt, quibusdam ponuntur pali & perticæ, quibusdam uero pali aut frasco  
 nes loco ipsorum solummodo, & sarmentis in quatuor uel in duas tantum uelut  
 perticæ extenduntur & ligantur, & hic modus apud Terdonam & Cremonam  
 et Pistoriū præcipue obseruatur, et quaedam sine adminiculis iacere sinuntur in  
 terra, quod pro sola indigentia uel necessitate prouinciae faciendū est, & hoc ma  
 xime potest in montibus ualde aridis tollerari, ubi uue nō putrescunt in terra iac  
 entes, sed à sole nimio feruente seruantur.

De diuersitate generum uitis. Cap. III.

**D**iuersitates generum uitis multæ sunt. Nam quaedā ualde timent nebu  
 las et pruinas, quaedam parum, & quaedā timent siccitatē & uentos, &  
 quaedam facile tollerant, et quaedam ualde fœcundæ sunt, quaedā pa  
 rum, et quaedam uites sunt quarū fructus cito maturatur, quaedam tarde, et quæ  
 dam uehementer fructum suum in flore perdunt, & quaedam non. Et quaedā me  
 lumine fructu priuant, quaedā fructū suū ab eo defendūt, & quaedā facile uentis  
 rumpunt, quaedam adeo tenaces existūt, ut ab eis facile non ledant. Et quaedā ti  
 ment pluuias, & quaedā nimiam siccitatē, & quaedam sunt spissos nodos haben  
 tes, quaedam earum gemmas per longam internodiā distulerunt, & quaedā sunt  
 grossos & longos facientes palmites, quaedā paruos. Et quaedam magnam me  
 dullam faciunt, & quaedam paruam, Et quaedam frondes ualde faciūt intercisas,  
 quaedam



quædam parum. Et quædam rotundas & continuas, & quædam faciunt uvas albas, quædam rubeas, quædam nigras, et quædam faciunt botriones multos & paruos, quædam paucos & magnos, & faciunt grana callosa, quædam mollia, & quædam durum corticem granorum, quædam subtilem & tenerum, et quædam faciunt grana ualde pulchra & lucida, quædam obscura, & quædam dulcia, quædam acria, & quædam faciunt uua seruabilia, quædam corruptibilia, quas omnes diuersitates facile uidere potest uir industrius & expertus.

De diuersis speciebus uitium. Cap. IIII.



**S**pecies uitis ualde multiplices inueniunt, & ipsarum multe diuersis nominibus in diuersis prouincijs et ciuitatibus appellantur. Sed quoniam ex eis quædam sunt meliores, & quædam minus bonæ. Primo meliores et earum bonas conditiones aperte scribam, & earum nomina, deinde breuiter dicam de alijs minus bonis, ut habita utrarumque notitia, sciant

uolentes plantare uel inserere uineas eligere meliores, dico itaque in primis, quod est quædam species uuæ quæ uocatur Sclaua, quæ satis tarde pullulat, & est alba uua quasi rotundum habens granum, & faciens mediocriter magnos & spissos botriones, et folium mediocriter intercisum, et in quolibet sarmento etiam in ueterinato duos uel tres uel quatuor et quinque botros producit, et tanta est durties ligni eius, quod sarmenta non flectuntur inferius, propter uuarum pondus, unde ultra modum ramulos implet, et uua eius est ualde uinosa & lucida, et cito maturitatem recipit. Et uinum eius est ualde subtile & translucidum & mediocriter potens, & seruabile & maturum, macram terram aut mediocrem et montuosam desiderat, & in ea melius quam in aliqua alia fructificat, si stricte putetur, nam longos palmites cum uuis nutrire non potest, & hoc apud Brixiam et partes montanas Mantuæ præcipue frequentatur, et præ cæteris in speciali ueneratione habetur. Est et alia species quæ uocatur Albana, quæ tardissime pullulat, et est uua alba modicum longum habens granum, & satis faciens magnos botros, & spissos & longos, et mediocriter fructificat, & facit folia mediocriter intercisa, & eius sarmenta uel ponderis non flectuntur, tanta est durties ligni eius, & eius grana à sole plurimum colorantur, et ualde scito maturatio eius completur, et est satis dulcis in sapore, sed corticem austerum aliquatulum amarum habet, et ideo melius est quod uinum ex ea exprimatur quam quod ferueat



ferueat in tinis diu cum corticibus & racemis, & uinū quidem eius est ualde potens & nobilis saporis, bene seruabile & mediocriter tenue, & si tempestiue fiat eius incisio uindemiæ, melius seruatur uinum eius. Et hæc species uue præ ceteris apud Forliuium, & in tota Romaniola in ueneratione habetur, ubi strictissime putatur, nam cum longis palmitibus minus defenditur. Est & alia species uuæ quæ Tribiana uocatur, quæ est alba cum grano rotundo, paruos et per multos botriones faciens, in iuuentute sterilis, & procedente tempore fecundatur, nobile uinum faciens, & bene seruabile, & hæc species per totā Marchiam præcipue commēdatur. Est et alia species quæ Crangnolata dicitur, quæ unum os tantum habet in grano, et est lucidissima, & longum habet aliquantum granum, & facit uinum ualde limpidum & potens, & durabile, & nobilis saporis & odoris, & hoc apud Terdonam & in illis partibus maxime commendatur. Est & alia species quæ à quibusdam Malixia, à quibusdam Sarcula uocatur, quæ granum album et rotundum habet, et turbidum cum subtili cortice, quæ miro modo ponderat, & in terra satis macra defenditur, & uinum facit mediocris bonitatis & potentie, non multum subtile, nec multū seruabile, & hoc apud Bononiam præcipue in honore habetur. Est & alia species quæ Carganica dicitur, quæ alba est et rotunda, mirabiliter dulcis, clara seu lucida, & colore aurea, et cum grossa cortice seruabilis ultra omnes alias, est ualde fertilis scemina, mascula uero nihil ualet, cuius grana sunt longa, & colore aurea, sed sterilis est omnino, et eius uinum est ualde subtile et pellucidum, parue potentie, & satis seruabile. Et hæc apud Bononiā & Paduam in magna ueneratione habetur. Est & alia species, quæ Albanica dicitur, quæ est alba et nō lucida, sed maculis plena, rotunda, & mirabiliter dulcis, & uinum facit dulcissimum, & quibusdam annis est fertilis, & sepe sterilis, et præcipue si stricte putetur, sed satis fertilis si cum longis palmitibus relinquatur. Et in quibusdam partibus Bononiæ, & maxime in Burgo Panitalis in honore habetur. Est & alia species quæ uocatur Buranexæ, quæ est uua alba, multum dulcis, & pulchra, & in arboribus bene fructificat. Item est uua quæ dicitur à Frigno Africogna, quæ non est delectabilis ad edendū, et in arboribus miro modo fertilis est, & ideo præcipue competit in locis ubi homines uuas inuadunt, & hæc duæ species ad Pistorium præ ceteris diligenter habentur. Sunt etiam quedam aliæ uuarum species arborum satis bonæ sicut Linodella, quæ bonum & seruabile facit uinum & multum, quæ apud Pisanum præcipue plantatur, & Verdiga quæ paruos facit palmites & multum fructum, & Verdecla, quæ grana facit uiridia & parua, & multas fert uuas, quæ duæ species & inferiores quæ minus bonæ dicuntur in antiquis uineis, & in quibusdam nouis, & per comitatum inueniuntur Bononiæ. Sunt & aliæ species uuarum albarum, quarum quedam licet apud quosdam in magno habeantur honore, tam apud nos diuersis rationibus, aut propter paucitatem fructus ipsarum, aut quod nimium multa pericula timent, minus bonæ per experientiam re-



tiam reperiuntur, & hæc sunt Muscatellus & Linatica, quæ appositæ sunt & ad  
esum & in arboribus, sed in uineis spissis & iuxta terram non respondent ad uo-  
tum. Et Græca & Vernacia quæ licet apud nos bonum faciunt uinum, faciunt  
tamen nimis parum. Et berbigenes & cocerina & groposa & fuxolana & banfa,  
quæ bonum faciunt uinum, & quibusdam annis sunt miro modo fertiles, & ma-  
ximos botriones agentes, sed alternis annis fructu destituuntur, in flore nõ mul-  
tis periculis expositæ. Vuarum similiter nigrarum uel rubearum multæ sunt spe-  
cies, quædam ualde bonæ, quædam parum. Et bonæ quidem sunt Grilla, Sisaga  
sue Mardegena, quæ sunt quasi eiusdem conditionis, sunt enim modicum ni-  
græ, multum fertiles, omni anno habentes longa grana & ipsorum corticẽ sub-  
tilem & pulchrum, & delectabile uinum faciunt, & satis seruabile, sed propter ni-  
miam pluuiam crepant eorum grana, & in montibus non bene proueniunt, sed  
in campestribus locis lætantur, differunt tamen, quia sisaga nobilius uinum fa-  
cit, sed minus, quia paruos facit botriones & raros, sed multos, & parua grana.  
Grilla uero facit omnium harum opposita, & hæc species abundanter inueni-  
tur Bononiæ, & in multis locis alijs, est delectabilis ad edendum, & est miro mo-  
do uinosa, & uult terram pinguem aut stercoreatam, & ualde timet umbras, &  
mature pullulat, & facit uinum optimum & seruabile & potens ualde, nec aude-  
t ultra unũ diem uel duos stare in graphis: & hæc in ciuitate Astensi, & in illis par-  
tibus in maximo honore habetur. Est & alia species quæ uocatur Maiolus, quæ  
est uua nigra, ualde cito maturabilis, & pulchros & spissos & longos botrio-  
nes faciens, in sapore dulcissima, & uinum facit durum, & satis seruabile quasi ni-  
grum, satis fertilis est, & in plano et in montibus prouenit, et hæc maxime apud  
Bononiã in locis infinitis habetur. Est & alia species quæ aduracla uocatur, quæ  
ualde nigra est, & habens longa grana, et uinum faciens ualde nigrum et bo-  
num in terris humidis et aquosis, sed in montibus et siccis locis non lætatur, &  
hec apud Ferrariam præ ceteris speciebus eligitur. Est & alia species quæ uoca-  
tur Gimaresta, hæc non est multum nigra, longum habens granum, & ante ma-  
turitatem omnia folia perdit, in sapore accida, mediocriter fertilis, botriones fa-  
cit raros, et uinum optimum diu seruabile. Et hæc uua non comeditur ab auibus  
uel canibus, nec libenter ab hominibus, & ex ea plurimum inuenitur in partibus  
montanis Bononiæ. Et est alia species quæ dicitur gymnaremus, prædictæ simi-  
lis in sapore & uini durabilitate & forma, sed maiores ualde botriones facit, &  
grana grossiora & abundantius uinũ, sed minus nobile, & magis loco pingui læ-  
tatur, et hæc in pluribus partibus Bononiæ inuenit. Est & alia species uuæ ni-  
græ quæ dicitur padriaca, quæ grossos et spissos facit botriones, sed in æstate nõ  
durat, et hæc in infinitis uineis Bononiæ inuenit. Sunt & aliæ multe species uua-  
rum nigrarũ, quæ propter uarias condiciones malas minus approbant, sicut est  
pignolus qui multũ diligitur apud Mediolanum in arbutulis, sed apud nos non  
bene fructificat. Et albarica cum qua tinguntur alia uina, quæ nimis melumen-  
met, & ui-



met, & uinum nimis austerum facit. Et uarana clentina & portina, quæ licet sine mirabilis dulcedinis ad edendum, & bonum faciant uinum, tamen sunt ferè steriles, & minus melumen timent. Et ualmirica & tusca quæ ualde nigre sunt, & meligonus, qui ante omnes species denigratur, & canicula quæ pulcherrima uua & seruabilis est, quæ omnes alternis tamen fructificant annis. Est etiam quædam species uuæ rubea uocant canopum, ualde dulcis & seruabilis, sed parum fertilis. Sunt etiam quædam genera & species uuarum syluestrium, quæ labruste uocantur, quarum quædam sunt albe, quædam nigre, ualde parua faciunt grana, & paruos grappos, quæ super arbores & species spinarum uiridium suo naturali motu conscendunt & non putantur, sed si putarentur, & per cultum domesticarentur grappos facerent maiores, et granos grossiora quàm prius. Et he quæ nigre sunt tingunt uinum, & clarificant si integre uel cum racemis cõquasse ponantur in dolijs, nec uiciant saporem uini, & quæ albe sunt clarificant et purificant alba uina. Sunt et quædam species uuarum grossarum & durarum, quæ dicuntur pergule uel brumestræ, quarum quædam sunt albe, quædam nigre, quædã rubæ, & quædam habent grana rotunda, quædam longa ualde, quædam mediocriter, quædam specialia habent nomina, et earum quædam tempestiue maturantur, quædam tarde. Et ex eis eligendæ sunt quæ magis placent ad esum, quia propter nihil aliud plantantur, cum ex eis uinum non fiat, satiatamen competunt ad agrestum faciendum acerbæ.

De aëre qui uitibus conuenit, & desitu uinearum. Cap. v.



**C**Oelum mediocris qualitatis, tepidum magis quàm frigidum esse debet, sic cum potius quàm umbrosus, sed ante omnia uitis procelas uentosq; nimis formidat, Aquilo tamen uites sibi subiectas fœcudat, Auster uero nobilitat. Ideoq; in arbitrio nostro est plus de uino habeamus an melius desitu uinearum. Etiam sciendũ est, quod campi à mōtibus remoti & ualles nonaquo se largius uinum

serunt, colles uero & campi iuxta eos existētes & naturam eorum habentes nobilius uinum faciunt. Præterea est sciendum, quod in locis frigidis & in montibus à meridie uineta ponenda sunt, calidis à septentrione, temperatis ab oriente, uel si necesse fuerit ab occidente, ut hac industria excellens qualitas temperetur.



retur, loco naturam sæpe uitibus mutant, & ideo earum genera frequenter ap-  
tetur. Plano igitur loco statues uitem, quæ nebulas sustinet & pruinas, collibus  
quæ per siccitatem durat, & uentos non timeat, pingui agro graciles atq; fecū-  
das, macro feraces & solidas, frigido & nebuloso, eas quæ hyemē celeri maturi-  
tate præueniunt, aut quæ duris acinis inter caligines securius durent, calido lo-  
co teneriores sicco, eas quæ pluuias ferre non possunt. Et ne multa dicā, eligen-  
da sunt genera quæ pro defensione uitiorum suorum contraria loca diligunt his  
in quibus durare non poterant: placida sanè regio & serena caute genus omne  
suscipiet. Industrius ergo uir probata diligat, & locis talibus mandet, quæ mu-  
tare possunt ea unde sumuntur, sic meritum quæq; seruabit.

De terra quæ uitibus apta est. Cap. VI.

**S**olum ad uineas ponendas nec spissum nimis, nec resolutum, propius tã-  
men resolutum esse debet, nec exile, nec letissimum, tamen leto proximū,  
nec campestre, nec præceps, nec siccū, nec uliginosum, modice tamen ro-  
scidum, nec salsum, nec amarum, quod uitium sapore corrupto uinū contristat.  
Tophus & alia duriora ubi gelure relaxantur & solibus pulcherrimas ferunt uine-  
as, refrigeratis æstate radicibus & humore detento, sed & soluta glareæ, & cal-  
culosus ager, & mobiles lapides, si tamē hæc omnia se glebis pinguibus miscue-  
rint, & silex circū terram suppositus, quia frigidus est & tenax humoris radices  
estate sitire nō patitur. Item loca ad quæ de cacuminibus terra decurrit, uel ual-  
les quas fluminum saturat aggestio. Argillosa terra cōmoda est, sed argilla sola  
grauiter inimica. Niger sabulo & rubeus utilis est cui fortis est terra permixta.  
Carbunculus nisi stercoretur macras uineas reddit. In rubrica difficile compre-  
hendunt, quamuis postea nutriuntur in ea, sed hoc terræ genus est ualde operi-  
bus inimicum, quia paruo uel humore uel sole, aut nimium madescit, aut nimis sic-  
catur, ideoq; maxime utile solum est, quod inter omnes nimietates temperamen-  
tum tenebit, & proximius fuerit raro quàm depresso. Vtilem uineis terram per  
hæc signa cognosces, si coloris & corporis rari aliquatenus ac resoluti est, uir-  
gulta quæ protulit leuia, nitida, proceræ & fecunda sunt, ut pirus siluestris, pru-  
nus, rubus, cæteraq; huiusmodi, neque intorta, neque sterilia, neq; scabiosa, nec  
macra exilitate languentia. Ad pastinandum præterea rudes agros uel maxime  
syluestres eligamus. Ultima est eius conditio in quo fiunt uineta uetusta, quod  
sinecessitas coegerit prius multis arationibus exerceatur, ut abolitis radicibus  
prioris uineæ, & omni eius carie & squalore depulso, nouella uitis tutius possit  
induci.

De pastinatione & dispositione terre, in qua uinea plan-  
tanda est. Cap. VII.

**M**ense Septembri uel Octobri in locis aridis, aut Ianuario, Februario  
uel Martio locis humidis fieri debet pastinum siue cultura. Vbi uinea  
est plantanda, quod tribus fit generibus, aut terra in totum fossa, aut  
I      sulcis





fulcis, aut scorbibus tota terra debet effodi ubi ager nō est mūdus, ut syluestribus truncis & radicibus, silicis, uel herbis noxijs spacia liberentur. Vbi autē sunt mundæ nouales, scrobibus pastinemus aut fulcis, sed melius erit fulcis, quia humorem uelut in totum spacia pastinata transmittunt, fiant autem sulci longitudine qua destinaueris tabulæ longitudine trium pedum uel quatuor, altitudine unius pedis in lo-

cis humidis, uel duorum in locis siccis. Deinde si lignonibus per homines uinea est colenda tantum crudo solo relinquimus, quod altero sulco impresso uitium acies tribus uel quatuor distet pedibus, scilicet tribus in solo exili, quatuor in pingui, & tribus & semis in mediocri. Si uero arandę sunt uineę, quinque uel sex pedum spacia quę non fodienda sunt in medio relinquatur. Quod si scrobes fieri placeat, tantum fiant longę quantum uites distare debent, ut in quolibet scrobis capite planta una ponatur, possunt tamen cōmodissime sulci fieri distantes in triplo quam uinea spissa finaliter esse debet, & in quolibet sulco plantę in duplo spissiores quam esse debeant poni, sicq; acies lignonibus procurari, & spacia per trienniū aut quadrienniū arari, & omniū generū semine seri, cunq; uites excreuerint unam trahi a dextris, & alteram a sinistris, & de utraq; duos fieri uites, sicq; spacium totum impleri, scrobes non sunt ultra duas pedes altius fodienda. Neque pangimus frigore, ne sarmenta laborent, latera in scrobibus æqualiter incisa, ne aliqua uitis sauciet, alte nitentibus ferramentis cum fossor incumbit, pastinū aut omne quod uerset duorum pedum altitudine uniuersa terra fodiat, in quo erit diligentia, ne crudū solū occulta fraude fossor includat, quā rem per spacia quę fodiuntur uirga custos exploret, in qua modus est prædictę altitudinis designatus. Et radices omnes & purgamenta, maxime rubi & silicis in summum redigi faciant, quę cura in omni positionis genere est undiq; seruanda. Possunt etiam commode fieri foueę parue & strictę, conuenienter tamen profundę ubicunq; uites per uniuersum agrum stare debent, secundum quod omnes agricultores experti Bononię & in locis alijs pluribus obseruāt, possunt etiam foramina in terra circa uitē fieri, in terra ubicunq; uitis plantanda est, quę quidem cum palo fieri cōsueuerunt, sed melius ualde est quod fiant cū forti terra, ut uocant, quod est instrumentū ferreū per me primitus inuentum, quo terra educit, nec in foraminis parietibus conculcat, ut infixionē debiliū radicū impediat, & hoc quidē magno labore perficit, nisi ager lapidosus fuerit uel saxosus.

Locus qui-



Locus quidem qui pastinandus erit, prius impedimentis omnibus liberetur arboribus, ne fossa terra post calcatu assiduo solidetur, illud quidem experimētis assiduis compertum est, uites melius prouenire si uel statim fossæ terræ uel non longe post pangantur, cum tumor pastini nondum repetita soliditate subsidit, & hoc quidem in sulcis & scrobibus est probatum.

Quomodo & quando debent colligi plantæ, & qualiter seruari, & ad partes remotas portari, Cap. VIII.



**P**Lantæ uitis quæ taleoli dicuntur colligi debēt quando plantandæ sunt, & ante etiam colligi possunt si bene seruentur. Et meliora quidem tempora colligendi eas sunt tempus Octobri, quando pars foliorū cecidit, & pars adhuc retinetur in uite, tunc enim calor naturalis uitis adhuc expensus in ramis, sed cum omnes frondes ceciderunt omnino, & superuenit gelu intensum in aëre, tunc rami eius calore naturali destituti sunt, propter frigus aëris fugam habuit ad radices ad

calida uiscera terræ, quare tales plantæ difficilius comprehendunt. Tēpus præterea Martij, in quo iam calor & humor ad radices redijt, itaq; eorum gemmæ cum tumescere incipiunt est optimū ad plantarum collectionem propter eandem rationem. Eligendarum quidem plantarum ratio multiplex est, & primo quidem ex tali terra eligi debet, quæ non sit pinguior, & in ea qua pangi debēt sit equalis aut exilior. Nam si à pingui terra ad solum exile transferuntur, utiles esse non possunt, nisi sæpe stercore adiuuentur. Item eligenda sunt pangenda sarmenta de uite media, nō de summa, nec de infima, quinque uel sex gemmarum spacia à ueteri procedentia, quia non facile degenerāt, quæ de locis talibus colliguntur. Summa flagella repudiemus ac surculos, qui licet loco bono nati sunt tamen feracitatis beneficio caruerunt. Pampinus aut qui de duro nascit, etiam si fructum protulit pro frugifero non ponatur. In suo enim loco fecundatur à matre, translatus uero tenet sterilitatis uicium, quod nascendi conditione suscepit. Sumatur etiam de uite fecunda, nec existimemus ea brachia fertilia quæ uas singulas aut binas producant, sed quæ multa ubertate curantur. Nam potest ferax uitis in se habere feratiores materias. Est autem hoc signum fertilitatis, si de duro aliquo loco fructū citabit, si fœtu impleuerit ramulos ex omni parte surgentes, sed hoc signis proprijs per uindemias est notandum. Asser-



rit autem Columella uno anno explorari fertilitatem non posse, sed quatuor, quo numero cognoscitur uera generositas surculorum. Ad pangendum uouelos palmites, debet eligi duri in se nihil habens, & ueteris sarmenti, quonia hoc saepe corrumpit & putrescit. Mensura sarmenti unius cubiti secundum Palladium esse debet, mihi autem uidetur longius esse debere, maxime in locis decliuis, montuosis et aridis, cum in foueis oblique panguntur, ipsumque ramulis & capreolis siue anchis esse purgandum. Seruandae sunt plantae uitis taliter quod uento aut sole non urantur, aut aliquo modo laedantur, & praecipue sub terra usque ad dimidium partem mersae, si paucis erunt seruandae diebus. Si uero diu seruari eas necesse fuerit, & maxime iam multo adueniente calore usque ad summitates ipsorum terra ualde contrita operiantur, adeo quod terra tam intra quam supra diligenter posita singulas platas tangat. Quod si eas transuehi ad partes multo remotas oportuerit, paleae molles & modicum lutosae cum plantis optime miscantur, & sacco uel sextorio quod est melius inuolutae striete ligentur capite grossiori cum praefatis paleis, & scorio cooperto, & cum portantur quantum fieri potest a sole defendantur & uentis. Quod si nimia esset aeris siccitas, possunt quandoque corpora grossiora in aquam demergi, sic enim dispositae diu ferri poterunt, & seruari sine laesione ipsarum.

Quando & qualiter uinae & uites plantandae sunt, Cap. ix.

**T**empore Septembri, & Aprilis in locis frigidis uinae sunt plantandae, temperatis uero mense Octobri, uel Martio, calidis mense Nouembri & Februario, ita tamen quod in omnibus praefatis locis, si humido & campestria depresso fuerint, post hyemem pangantur, ne calor naturalis ipsarum duplici aquositate, loci uidelicet & hyemis extingatur, si uero arida & motuosa sint, loca pangenda ante hyemem plantentur, ut superflua locorum siccitas circa plantas humiditate hyemis temperetur. In locis uero temperatis ante hyemem, & post congrue pangi possunt. Item ponendae sunt uites placidis diebus ac tepidis, quando solum est modice humidum, sed potius aridum quam lutosum. Cum uinea plantatur in ordine, aut plantantur in foraminibus directis, uel paruum obliquis, duo sarmenta in parte inferiori, oblique incisa foramini imprimantur, & sabulum uel terra soluta & trita, & cum pauco maturissimo letamine palearum uel uinacis mixta usque ad medium foramen ponatur, deinde creta uel terra ibidem inuenta repleatur, ut in paruis foueis conuenienter profundis panguntur, capitibus plantarum longe positum in parte infima & in suprema iuxta signum, tum si mum undique proportionabiliter positum ex coniunctis, & terra contrita medio criter super inducitur conculcata. Caput sarmenti cum deponitur retorquendum non est, nec aliquo modo uexandum. Nam pars ea de qua radix sperat in iuriae nullae subiicienda est, duae gemmae fertiles remaneant supra terram, nec dimersa ponitur fecundiori parte supra eam quam est, sterili proximum relinquatur. Vbi pinguis est natura terrarum maiora inter uites spacia relinquamus, scilicet



mus, scilicet quatuor pedū, ubi exilis angusta, scilicet triū, ubi uero mediocris, trium pedum & semis. Præterea non est uno tantum genere uitium omne pastinum conferendum, ne annus iniquus generi uindemiæ spem omnem excludat: & ideo quatuor uel quinque generis eximia sarmenta pangemus, ac expediet maxime tabulatim disponi. Et sic generum diuersitate distincte posita, poterit eam operariorum minor numerus expedire, & gradatim quæ uelocius maturantur prius conderè, deinde quæ serimus, ac melius puro sapore sine admixtione alterius generis una quæq; uina seruare. Et si hoc facere tibi difficile uideatur, non alia simul conseras, quàm quæ sapore & flore & maturitate conueniant. In scrobibus uero magnis & latis, ut uitium distantia esse debet, per angulos quatuor sarmenta deponas, & uinaciam (ut dicit Columella) stercore mixtam simul sparges, & si exile solum fuerit pinguem inferas terram in scrobem, si uero nimis cretosa, eidem misceas sabulum, quod si arbustante delectat habere, plantam generosæ uitis, prius in seminario nutrire debebis, unde radicata transferatur ad scrobem cui arbor est iuncta, in seminario autem breui spacio distātia inter sarmenta deponas, & cum conualuerint hinc post biennium radicabitur uitis uel arbustula & transfertur, quas cum depones in scrobem, ad singulas materias rediges, putatis omnibus quæ scrobi insunt curtatis etiam radicibus, quas poteris inuenire uexatas. In scrobe autem ad arbustum faciendum duas radicas uites depones, obseruans ne sua radice contingant, & ipsas uites ad scrobis latera discreta cōiunges. Varro asserit scrobem non primo anno esse complectendam, quæ res faciet uitem altius fundare radicē. Sed hoc aridis prouincijs forte conueniet, humidis uero sata putrescent humore suscepto, nisi terra statim cultui detur. Sed arbusta quæ ferent plantas arborum de his generibus ponat, uel si agro suppetit abundantia his utatur, ulmo, oplo, salice, populo, fraxino, ceraso, nuce, pruno & similibus, sed salice & populo in locis humidis uti possumus, cæteris uero in his & alijs locis. Ex his autem generibus truncos radicos uel salicem & populum sine radicibus circa scrobem uitis constitui oportet. In scrobe uitis ab arbore sua sexquipedes, uel duorum pedum spacio distare debet. Nam arbori nimis proxima uitis aut ipsius opprimet incrementum, aut opprimetur ab ea. Aliud etiam de transferenda uite ingenium fieri potest, ex uimine parua corbicula ad arborem uel pergulariū fertur, cui uitis adhæret, & in fundi media parte pertunditur, & inducto in eam sarmento uitis suspenditur, & terra repletur, quod sarmentum exacto anno in corbiculæ fundo incisum, cū ipsa corbicula portabitur ad locum ubi plantare proponis, cum ipsa corbicula obruitur circa arboris maritandæ radices, & hoc fiet sine ambiguitate ostendendo. Caueis etiam munienda est aduersum pecoris appetentis iniurias, & arbori suæ protinus alliganda. Cum uero arbores riparum uitis munire desideras optimum est, & facile sulcum in ripa facere, ubiq; spinas & taleolos mixtim ponere, & fossato effosso terram superinducere, sic enim spinis muniatur ager,



& per eas uitis tute condescendit. Optimum enim genus est prouincialium uinearū quæ sunt ad uites uelut arbutule stent, quæ quidē plantantur ut hæc quæ in ordine disponuntur. Et hæc quidem aut undiq; panguntur æqualiter, aut unum ordinem tantum seruant ab alio proximo, ut placet, remota, sed in his una sola planta in qualibet potest poni, in duabus uidelicet aciebus, in tertia uero bonum erit ubiq; duas poni, quibus proximæ plantæ prædictæ possint annis sequētib; reparari, quod si in quolibet loco duæ ponantur, cum conualuerint debiliior auferatur ut una sola remaneat. Præterea sciendū est quo naturam uitis cœlum solumq; sustentat, si genera conuenienter aptentur, ideoq; in earum plantatione præcipue obseruāda sunt ea, quæ supra diximus, cum de aere & situ uinearum loqueremur.

De propagatione & renouatione uitium & uinearum, Cap. x.

**P**ropagationes quandoque in uineis, quandoq; ad arbuta fiunt. In uineis qui sem quandoq; propagantur in locum uacuum, ubi uitis secundū ordinem uineæ debet esse: quandoq; uero in locū alterius quæ infamati generis est sarmentum uitis nobilis propagatur, & quandoq; per circūstantias adducitur, ut uinea incrementum recipiat. Et primo quidem modo ad ordinatum protrahitur locum, aut statim cum sarmentum sufficienter est longum, aut successiue per annos, ubi eiusdem deficit longitudo. Et idem seruandū in omni propagationis genere. Si autem in locum eradicandum uitis propago ducatur, aut hoc statim fiet, aut primo anno per unum pedem prope uitem auferendam protrahitur, ut habito uitis damnandæ fructu anni prioris, & sequentis leuiter in locum prius eradicatæ trahatur. Cum autem pertrahitur ad arbores uel arbuta, per unum pedem ad minus ab arbore fiat remota propago. In omnibus aut prænaratis modis lætamen in fouea supra terram circa propaginem apparentem relicta ponatur, nec sub terra per contractum propaginis apponatur, alioquin superfluo lætaminis calore debilitatur uel arescit, nisi fuerit adeo maturum & uetus, quod omnis calor lætaminis exhalarit. Est autem sciendum, prædictas propagationes fieri, aut in fossione totius uitis quæ propagatur, aut magis sine uenatura sarmentis, ut uelut arcus supra terram relinquatur, alia parte uitis in fossa, quod si fiat, post biennium recidatur aut triennium, quod fiet tutius propter debilitatem biennialium radicum, quæ uitem nouam sæpe non conuenienter defendunt: uetus & antiqua uitis & quæ longe nimium producit palmites frugiferos, renouatur per studiosum palmitis cultum, congruis temporibus eidem adhibetur, & per firmationem lætaminis aut sarmentorum, aut sabuli in loco nimis cretoso, aut cretæ in terra nimium sabulosa, & per strictam putationē aut incisionē lætæ in loco stipitis nitido uel succoso. Columella dicit, quod si uitis pergularij et arbuti, quæ est integro trunco in solo robusto stricte putet, & ablaqueata fimeat in terra,



in terra, tertium uel quartum pedē à terra mucrone feriatur acuto, ac foffo frequentius incitent ex eo loco gemmę, plurimūq; producit in uere, ac materiã uitis fundit qua reparet uitis. Et si truncus uitis est nimia uetustate corruptus, mēse Martio iuxta terrę superficiem, uel sub ea modicū recidat, ut surculus in abscisso trunco uitis eodē renouet, uel cum uitis (quę sola est) nimum lōge producit frugiferos palmites, plicet unum remotū à uite, & intrans ibi in terrā exeat, apodiatas ad uitē, & post bienniū incidat macer uitis renouandę, uites autē omnes laudabilis sunt generis, & tunc de omnibus fiat, ut de singulis uitibus supra proxime dictū est. Aut omnes sunt malę, quo casu nihil erit utilius, quam eam uniuersaliter extirpare, atq; sufficienter uetustis consumptis radicibus, eam de nouo plantare, & si quędam uites sunt bonę, quędam malę, radicitus extirpatis peioribus, & apposis palis in omnibus locis in quibus uites aptant, quę relictę sunt uites ad eodē fodiant, quod facile flecti possint, & totaliter submerse in duas uel in plures partes, secundum exigentiam & possibilitatem ipsarū una quęque distribuatur, & duobus palmitibus in singulis locis ad plus relictis cum duabus gemmis supra terram, ceteri amputentur, & unicuiq; uiti ex simo aliquid apponatur. Nec est pretermittendum, quod de nouis palmitibus tantum de uno quoq; terra mergendum est, quod radices in loco congruo nouas mittere possit, quę in ueteri nisi sit quasi nouum facile non nascuntur. Quod si aliquis remanet locus ad quem nullus possit palmes produci, eidem aliunde translati noui palmites tribuantur. Omnis præterea propagatio fieri potest in mense Octobri, Nouembri, Febuario & Martio, cum terra nec ad eodē mollis est, ut commode retractari non possit, & eius partes comminui, nec ad eodē dura, quod nimum fossioni resistat. In aquosis autem nimum locis post hyemē, & in siccis ante hyemem utilis propago ducetur, ita tamen quod in plano sub terra quo pede in cluis & niuosis & rimosis usq; ad duos pedes uitis trahenda mergatur, uel forsan ea quę sit ante hyemem in omnibus locis est melior, dum tamen in aquosis terra circa eam bene disponatur, quia firmandis radicibus (ut ait Palladius) uitis incumbit, cum proferendi palmites eam curam non permouet.

## De insitione uitis, Cap. XI.

**V**ites inseruntur, aut in uitibus, aut in arboribus. Et in uite quidem insitio duobus fieri potest congrue modis, in trunco uidelicet & palmitē. Insitio in trunco hoc modo, eligatur truncus inserendus talis qui sit solidus, & humoris excuberet alimēto, neq; ulla uetustate aut iniuria laceratus areseat, recidatur circa terram, aut ad pedem medium infra eam. Nam supra terrā difficilius comprehendit. Varro autem scribit, uitē inserendam siccare debere tri duo antequā inseratur, ut qui in ea nimum est humor diffluat à uite antequā inseratur, aut paulo infra insitā incidat, ut inde humor aduentitius effluere possit. Item inserendi surculi solidi, rotundi, gemmis spissis & pluribus oculati,

I 4 ex quibus



ex quibus tres oculi uel duo insitione ponantur. Radicatur ergo sarmentum ad duorum digitorum mensuram, ut ab una parte sit cortex, ne patiaris nudari medullam, sed leniter rade, ut incisura possit sensim in acumen exire, & cortici matris aptetur. Infimus oculus ita insigatur, ut trunco iunctus adhæreat, qui oculi exteriori debet recipere partem, deinde ligetur, ut in alijs insitionibus est narratum, tegmento quoque aliquo à uentis & sole defendatur, ne hi quatiât, hic adurat. Vbi calor temporis ligaturam inualerit, ipsi funiculo tenuis humor circa uesperam debet frequenter affundi, ut hoc alimento contrario uidelicet cœli torrentis rigentur. Potest etiam aliquid ueteris cum nouo conuenienter inferi. Cum ergo germen cœperit incrementum adiutorio calami uel pali debet adnecti, ne motus aliquis fragilem sarmenti procedentis quasset ætatem, leui uinculo & non stricte ligetur, ne adolescentia mollissimi germinis nodo duræ constrictio angatur: si infra terram inserueris eam beneficio congestionis accumula, ut hæc quoque nouis sarmentis ministret alimenta. Aliqui etiam in uite uel ramo biennali, uel ultra, inserunt surculū longum, modicum ueteris habentē, & trunci grossitudinem possidentē, uel etiam inæqualem & simul utrunque iunctis abscissam, uel supra dicto modo in scissione parata & ligatura propaginum obseruata. In palmite autem insitio duobus modis fit, & uno quidem qui omnibus melior est, ut nouum sarmentum nouæ præcissuræ addat, incisura utriusque in eodem iuxta gemmā adhibita, loco & ligatura cum peciola ex cera imbuta & molli uimine, deinde argilla congrue subsecuta, alio modo ut gemma uitis unius excidatur usque ad medullā profundato uulnere, & transuerso utrunque obligato uulnere, & tantundem de gemma uitis alterius obruatur, & loco primo ponat, & fiat colligatio, ut in alijs. & tunc conualescit & fructificat. Quidam etiam expertus mihi asseruit, usque ad medullam uitæ paruam terebræ perforasse, & ibi surculū conuenientem foramini modicum rasum infixisse, & comprehendisse & non abscissa uite, quæ quidem si abscidatur debet melius prouenire. Est & alius modus optime proueniens ut incidatur inserenda uitæ oblique, usque ad medullam uel prope eam, in tantum quod cuneus duorum prope digitorum possit immergi, & tunc surculus ad duarum gemmarum modicum habēs ueteris usque ad medullam rarus ab una parte ut incisura in acutū tēdat, & præparatus eo modo quo melius adæquet alterius partis, exteriora remota corticula imprimat in plagam, & ligetur, & creta circumposita, peciola postmodum inuoluatur, & per quatuor digitos mater supra insitam sit abscissa, nec supra eam nec iuxta permittatur aliquid pullulare, & possunt circa uites plures surculi conuenienter aptari. Optime etiam prouenit si nouus tantummodo surculus inseratur, & si eiusdem grossitudinis sit, cum trunco erit melius. Alioquin cū una parte corticis adæquetur, uel secundum rationes fiat adæquatio medullarum. Insitio in arbores duobus potest fieri modis, & uno quidem ut uitæ trahatur per cerasum, uel aliam arborem, ubi uno tempore fructus arboris maturetur. Alio uero ut inseratur in arbore,



in arbore, sicut omnis insitio in dissimilia fit quandoq;. Et primus quidem modus est, ut plantetur iuxta cerasum, uel aliam arborem pirorum, uel malorum, & perforantur ille, & per foramen uitis trahitur, & cum creuerit arbor & uitis, ita quod efficiuntur ligna eorum continua, præcidit uitis ex parte radice, ita quod non nutritur nisi per radicem & stipitem alterius arboris, & tunc maturatur unà cum fructibus illius arboris. Inseritur autem in arbore ulmi, & forsan in quibusdam alijs, secundum Columellam, ut truncus arboris gallica usq; ad medullam perforaretur terebra, ubique affigatur surculus uitis, secundum modum supra traditum, cum in communi de insitionibus loqueremur. Fiunt præterea dictæ insitiones in locis calidis mense Februario, frigidis uero Martio cum uites non aquoso sed spisso lachrimantur humore, licet factæ tempore quo aquosas effundunt lachrimas, aut postquam emiserunt pampinos quandoque insite comprehendant. Potest etiam fieri mense Martio & Iunio iam consumptis lachrimis, si palmites inserendi loco frigidus & umbrinosus à pullulatione fuerint præseruati. Alium insuper modum quo nuda gemma loco alterius cum melle uel alia quacumq; re ponitur à quibusdam uulgariter prædicatum nõ pono, quia eam nullatenus approbare uidetur naturalis ratio propter nimiam teneritudinem gemmæ. Veruntamen quidam Frater Minor mihi asseruit, quod mense Aprili cum folia uitis incipiunt apparere accepit summitatem gemmæ remanentibus folijs paruis cum quadam concauitate, ac in eodem loco posuit aliam gemmam similem recentissimam aliunde receptam cum molli fimo bubulco, & sine quolibet alio auxilio conualuit, ideoq; probari potest, licet uideatur contra naturalem rationem positam à fratre Alberto Germano. Cato autem scribit, quod uitis insitio una est per uer, altera cum uua floret, ea optima est per uer, uitem sic inserto, præcidito quam inseres, eam mediam diffindito per medullam, eos surculos præacutos arcito quos inseres, medullam cum medulla composito. Alia insitio est, si uitis uitem cõtingat, utriusq; uitem teneram præacuito obliquo inter se medullam, cum medulla libro obligato. Tertia insitio terebra, uitem quam inseres pertūdito, eos duos surculos uirgineos quod genus esse uoles insectos alios quos arcito, ad medullam facito, his medullam cum medulla coniungas, arcito ea quæ terebraueris, alterum ex altera parte, eos surculos facito sint lōgi pedes binos, eos in terrā dimittito, replicatoq; uitis ad uitem caput, mediā uitem uinculis in terrā defigito, terraq; operito. Hæc omnia luto denso oblinito, alligato integitoq; ad eundem modum tanquam oleas. Ego autem aliam insitionem uitis sæpe probaui, & eam inueni infallibilem & securam, à pullulatione & læsione & scissuræ. Hanc insitionem hoc modo facere debes, palmitem nouum, longum, habentem quatuor digitos ueteris præcedentis anni, & remoue dimidiam partem ueteris usq; ad medullam, ea salua remanente in parte inserenda, & ex alia dimidia, ueteris forma manente in parte cuneum longum tribus digitis usq; ad palmitem nouum & ibi fiat una cotherca & cuneus ibi bene fortis existat incisus, non à parte medullæ



dulle, sed ab altera tantum, & fiat bene acutus & postea scinde per medium stipitem inferendum eiusdem grossitudinis, si esse potest, alioquin sit grossior parui, & de parte habete minus de medulla dematur quantitas unius digiti grossi, & in scissura infige cuneum, ut cotheca fortiter adhaereat capiti breuioris stipitis scissi, & alia duo capita equalia sint aliquatulum intra nouum, ut uinculum possit stringere utrunque caput ueteris sarmenti æquatum, deinde liga stricte cum iunco scisso totam scissuram, & eo modo poteris inserere duo uel tria uel plura brachia uitis reliquis omnibus amputatis, deinde totam uitam insitam demerge in terram, & tot sulcos in quam partem uolueris facias quot brachia sunt insita, ac in quolibet sulco in loco, ubi loca insita in terra iacebunt, unam paruam foueolam facias, in qua tot ligatura insite dimittatur, & terra cooperta pedibus suauiter comprimatur, & ultra unam spannam ad minus sarmentum superius eleuatum. Item poterunt sarmenta noua in nouo sarmento uel ueteri usitato modo coniungi, & eodem modo in terram deprimi, sed est opus quod iunctura cannula scissa firmetur, ne flectendo facile rumpatur.

De putatione uitis & arborum uitiferarum. Cap. XII.



**L**ocis calidis mense Octobri, Nouembri, Februario & Martio, donec earum augmentur gemmae iusta fiet putatio uinearum, frigidis uero mense Februario & Martio tantum in temperatis utroque potest tempore fieri. Sed commodius erit in montibus uineas, quae septentrionem aut partem occidentis respiciunt, uerno tempore putari, alia pars aduersa clementioribus plagis rescidatur in autumnis. Nam in talibus locis & in omnibus calidis prunorum uis & natura uestitur. Sed semper secundum Palladium in putatione curetur, ut uitis fiat in cruce robustior, ne debili uiticulae duo duramenta seruemus. Quod quidem experti putatores nostri temporis in ordinatis & depressis uineis non obseruat, dicentes melius esse stipitem uitis renouari frequenter. Auferenda sunt laeta, intorta, debilia, & malis locis nata, & sarmentum quidem inter duo brachia natum debet inscidi. Quod si pinguedine brachium quodcumque debilitauerit, illud brachio deciso succedat, oportet tamen optimum putatorem sarmentum inferius bono loco natum semper uitis causa tueri, & ad unam uel duas gemmas relinquere. In locis letis & clementioribus altius licebit uites expadere. In exilibus aut estuosis, aut decliuis humilior est habenda, sed erit sapientis extimare uim uitis, Nam que altius colitur



colitur & pinguis & fecunda est, plusquā octo palmites habere nū debet, ita ut  
semper in parte media unū aut duos relinquamus custodes. Si macra & humilis  
est, singulis brachijs singula flagella dimitte, sed prouidendū est ne in una parte  
sint sarmenta quæ seruas, quod si fiat, tanquā & a fulgure tangat arefcit. Circa  
crus quicquid nascit amputemus, si nō desiderat uitis renouari. Relinquenda  
sunt sarmenta, neque circa durum, nec in summo, quia hæc uelut pampinaria mi-  
nus afferunt, illa uero uitem nimietate fructus onerant, & longius ducunt, qua-  
re sunt in loco medio seruanda, non iuxta gemmā, sed aliquantulo superius fiat  
plaga, & auertatur a gemma propter lachrymam defluentem: unguis etiā cu-  
stodum siccos & anatinos rescinde, & omnia quæ uetera & scabiosa reperies.  
Quod si truncus uitis sole aut pluuijs aut noxijs animalibus est cauatus, purge  
mus quicquid est mortuum, plagasq; eius amurca linimus, aut terra, quod pro-  
derit aduersus prædicta, cortex etiam recisus & pendens a uite tollatur, quæ  
res (ut ait Palladius) minorem fecem reddit in uino, muscus etiam radatur ubi-  
que repertus, sed plagæ quas in duro uitis recipies oblique ac rotunde fore de-  
bebunt. Vetera igitur sarmenta quibus primi anni fructus perpendit omnia  
recidantur, & noua circuncisis capreolis & ramulis inutilibus relinquuntur.  
Sed sciendum est, quod in quibusdam partibus sarmenta quantum longa sunt  
a natura producta a putatione relinquuntur, ut apud Cremonam & Terdo-  
nam, & alia multa loca. In quibusdam solum summitates steriles auferuntur, in  
alijs usq; ad unum pedem palmitum longitudo relinquitur, alibi uero adeo stri-  
cte putatur, quod usq; ad semipedis mensuram palmites breuiantur. Et primus  
quidem modus non est obseruandus, nisi in locis lætis, ubi perticæ non ponunt,  
sed uites uelut perticæ uel funes undiq; extenduntur: secundus uero apud Ast ob-  
seruatur, cum palis tantum circa uitem affixis, ad eos palmitibus paucis ductis,  
& ij duo modi præcipue tollerantur in lætis uineis, & in his uitium generibus,  
quæ suas gemmas per longa internodia distulerunt, & huiusmodi uineæ pluri-  
mum fructum ferunt, & multos botros, licet non adeo magnos, ut uites stricte  
putantur, multumq; & assidue sodi & firmari desiderant tales uineæ, ut fructum  
& palmites congrue ferre possint. Hæc uero uineæ in quibus usque ad unū pedē  
breuiantur palmites, ut Bononiæ, Mutinæ, & in multis alijs locis in mediocri so-  
lo defenduntur, & quasi in omni genere uitis, & congrue palmites fructum suum  
defendunt, quæ uero strictissime putantur, ut apud Forliuium, & in quibusdam  
alijs locis, & in Prouincia taliter procurantur in uitibus, quæ sine palis & perti-  
cis uelut arbusculæ in suis stant ordinibus, & in uitibus quæ spissos ualde no-  
dos inueniuntur habere, & maxime in exilibus solis, & in speciebus uitis quæ  
uocatur albana & sclaua, quæ si aliter putentur nimis miseræ uas ferunt, &  
sufficientes pro anno sequenti palmites non producunt. Et hæc est in ui-  
neis putationis ratio: in arboribus autem & pergularijs tot maxime relin-  
quantur, quot uirtus uitis potest commode tollerare, ut tamen non sint in  
loco ali.



loco aliquo nimis spiffæ, & in farmentis relinquendis omnes summitates steriles auferantur, putantur autem à pluribus tertio in tertium annum tantum, ut plures uuas ferant, sed si annis singulis putentur, eas pingues uel pinguiores producent, & longiori tempore uitem defendent, quidam autem nunquam putant uites in magnis aut ramosis arboribus constitutas propter nimiam difficultatem putationis earum, sed uites fortiter percutiunt, ut quæ arida sunt excutiantur. Et quidam nullo modo percutiunt, sed eas suo naturali motu uiuere sinunt. Item sciendum est, quod in cuiuslibet uitis putatione tria consideranda sunt, scilicet fructus spes, ut tales palmites tantum relinquant, de quibus percipiendorum fructuum spes habet, ut sunt ualde maturi, rotundi, & grossas & rotundas gemmas habentes & spissas, secundum speciem uitis illius. Item successura materiem uidelicet custodes & sarmenta in bono loco nata, ex quibus materia sequentis anni speratur, breuia ualde relinquant. Item locus qui uitem seruat, ut custodere relinquant etiam in parte infima, uel alio congruo loco, cum propter uetustatem aut deformitatem, aut nimiam longitudinem uitis indiget renouari, ut postquam sufficienter creuerit in loco custodis residuum amputetur. Item notandum est, quod si uitis mature putetur, & maturius pullulat, & plura sarmenta & maiora producit, propter retentionem humoris qui non effunditur consolidatis plagis antecursum eius, quare totum cedit in ramorum augmentum, quod si tarde putetur, serius pullulabit, & fructus plurimos consequeris, propter effusionem superflui humoris aquosi, digestionem humoris uiscosi, ex quo fructus generatur impedientis. Ideoque uites & uineæ exiles prius, pingues uero quæ superfluo humore indigesto luxuriant nimium in frondes & palmites, & quæ pruinas timent seruius amputentur. Item post bonam uindemiam strictius puta, propter consumptam uirtutem uitis, post exiguam uero largius, propter consumptam uirtutem uitis, post exiguam uero largius, propter uires eiusdem, altera resumpta requie. Arbores uitifere quædam nullo modo putant, ut quæ ferunt labruscas quæ sunt uites siluestres, quæ nunquam putari consueuerunt, uel uites domesticæ quæ per ticitis tantum à quibusdam ab aridis purgantur, quædam de tertio in tertium putentur annum, ut sunt arbutta & arbores magnæ, quæ uitas domesticas sultinent, nisi sint fructiferæ arbores, quæ auiditate fructus non putantur, utile tamen est si eis annis quibus arbores putandæ non reciduntur, nimia spissitudo & rami superflui amputentur.

De uitis & uinearum & arborum uitiferarum formatione, Cap. XIII.

**N**ouellam uitem Columella dicit post primum annum ad unam materiam esse formandam, nec recidendam totam, sicut Italiæ consuetudo est anno secundo compleo, quia uel intereant uites in totum recisæ, uel infecunda sarmenta producant, quæ amputato capite uelut pampinaria de duro coguntur exire, quare iuxta ipsam commissuram ueteris sarmenti ad unam



ad unam uel duas gemmas inferiores capitis relinquenda sunt, quod est merito in uiticula fortiore seruandum. Nam debilis nimis uiticula secundo anno recidenda relinquitur, & sane ad adiuuandam calamis nouellam uitem uel exiguis palis, ut sequenti anno robustiores accipere possit, & tam diu recidenda est usque ad unam uel duas gemmas, donec læta & fertilia sarmenta producat, quod cum fecerit, si quidem uitis uelut de arbustula formanda est, ad unam tantum materiam reducatur, si uero cum pali & perticarum auxilio stare debet, in ea duæ materiæ seruandæ sunt, quæ tantæ longitudinis formentur quanta desiderat stipitis altitudo, ut uidelicet in exili solo breuioris, scilicet unius pedis, in pingui uero & læto maioris, duorum uel trium pedum altitudinis disponatur. Anno deinde sequenti quatuor ad plus materias habere debebunt, quæ in partes quatuor diuidantur, deinde sequentibus annis totidem uel plures, secundum doctrinam in eorumputatione traditam. Quod si uitis super arbores uel arbusta conscendere debet, per etatem ad hoc ducenda est, donec ad ramos fuerit perducta, ibique incidi debet ut in eius summitate nata capita sequenti anno diuidantur, secundum diuisionem quæ inuenitur in arborum ramis, deinde consequenter per ramos eodem modo uitis procuretur ascensus, unam semper materiam ad cacumen arboris dirigendam. Formantur uineæ diuersimode secundum uarias consuetudines ciuitatum & locorum, nam in quibusdam locis formantur in ordinibus cum palis & perticis, aut cum sarmentis tensis, aut sine aliquo auxilio, ut alibi dictum est. In quibusdam collocantur in aciebus, & tunc cum una pertica tantum uel duabus siue tribus cum sint in læto solo, & maxime in aciebus arborum in quibus uites mediatis quibusdam palis sustentantur, aut etiam fiunt in pergularijs partibus, & tunc à parte stipitis sunt depressæ, & altera diriguntur in altum quas multo iuuant lætamine & labore, & plurimum fructum ferunt. Ego autem pono unam perticam solam in parte depressa, & unam in parte altera bene fortem quæ omnes palmites ualde longos & serè ad terram procidentes sustinet, cum magna fertilitate uuarum. Sed unam perticam distare ab alia facio per unum brachium solummodo, & talia pergularia facio in ripis uinearum & agrorum, in quibus sunt sepes & arbores, super quas sarmenta multa & maxima pro anno sequenti, & hoc modo paucis expensis multas uuas percipio in ripis & sepibus uiridibus, quæ alias nisi pro clausura & lignis pro igne paucae ac nullius utilitatis existunt. Quæ etiam ut plurimum loca exornant, in quibusdam formantur in arbusta humilima undique ordinata, uel in magnas arbores aciebus distinctas de arbusta humilima uitifera formanda sunt, ut eis plantatis postquam biennio uel triennio elapsis sufficienter conualuerint, in sex uel septem aut octo pedum altitudine rescindantur, ita quod in exili solo breuiora, in læto uero & pingui altiora formantur, ibique natis ramis anno sequenti omnes, exceptis quatuor melioribus, amputentur, & remanentes in quatuor partes diuersas cum perticis aut uineis formentur, & ligatis lapidibus sufficientibus perpendiculariter cogantur per latera ex-



tendi, ne dirigantur in altum. Qui cum fortificati fuerint, longitudine trium uel quatuor pedum sinant habere, in quorum capitibus erunt uites fortibus uinculis alligandæ. Et hic modus præcipue obseruatur in partibus Mediolani, sed Pergamenenses faciunt stipitem magis depressum, uidelicet trium pedum, & ramos ibi natos etiam plures eleuant in altum formantes arbutulam uitiferam ad modum campanæ inuersæ, in cuius medio super stipite moratur, qui putat uitem et arborem, & ipsam uitem circum circa expandit, faciens palmites omnes foras undiq; stare decliues. Magnæ uero arbores formandæ sunt ut in altum & depressum habeant undiq; multos truncatos ramos secundum possibilitatem uitis arborem operientis, super quorum capita ligabuntur uites, quæ postmodum omnes onustæ iacent, & ad inferiora flectuntur. Possunt etiam commode formari ut uites ferant, & ipsæ arbores augmentum non perdant, hoc modo uidelicet, cum populus, salix uel ulmus erunt sicca, crassitudine brachij circa duodecim uel quindecim pedes summitas incidatur, & ramis ibidem nascentibus uis relictior permittat in altum extolli, quantum uacat ab ea sola summitate, uoluerit & similiter singulis annis alternatis ramusculi auferantur ab ea, sola summitate relicta. Cæteri uero rami infra dimissi formentur, ut in humilibus arbutis uitiferis dictum est, ad quos uites ligantur, nec inde supra condescendere permittantur. Item, ut ait Varro, ubi terra naturaliter humida est, ibi altius uitis tollenda est, eo quod in partu & alimonia non ut in calice querit aquam, sed solem. Idcirco utiles esse puto in locis campestribus humidis pampinare uineas temporibus congruis, scilicet mense Maio & Iunio & ipsas liberare ab omnibus superfluis, & inutilibus pampinis & sarmentis, deinde maturatis serè uitis post mensem Augustum eas superfluis frondibus denudare, ut sol uniuersas uuas uidere & cõcoquere possit, ut uinum maturius & fortius fiat, & superflua humiditate cõsumpta, fiat melius duratium, & melioris odoris.

Quo tempore uineæ releuandæ sint & uites leuandæ,  
de, Caput XIII.

**V**ineæ releuandæ sunt, & uites ligandæ, antequam gemmæ nimium turgescant. Et uineæ quidem quæ in ordinibus cum palis & perticis fiunt, ita ut in eis uites spissæ sunt undiq; distantes equaliter releuandæ sunt, ut cuilibet uiti palo affixo eodem in medio uitis cingatur conuenienti uinculo, si uinea est depressa, si uero alta in duobus cingenda est locis, prius tamen ad nouempalos, sex perticis aut cannis conuenienti altitudine alligatis, ita quod una uitis sit in medio & cætera circumstantes, sic enim defenduntur à casu, & uindemiantibus ad omnes uites apertus aptet accessus, deinde palmites in partes quatuor diuidantur, & fortiores fortioribus perticis, debiliores debiliores alligentur. In his uero uineis quærariores habent uites, pali per totum tribus distantes pedibus assignantur, & eisdem cannis uel perticis ligatis super inducantur uites, & taliter distribuantur quod operiant uniuersa spacia & ligentur



ligentur, & hic modus obseruatur in uineis multis Marchiæ. Sed mihi non placet, ubi uero palmites uelut funes tenduntur, cuiuslibet uiti circa eam tres palis parui ponuntur medio pede distantes, & uinculum quoddam circa eos uelut fertum cingitur, deinde palmites extendantur, inter uitem & uitem furcula parua ponatur uel baculus ligetur, ne uix flectantur ad tertiam, & tam huic uineæ quam ceteris in quibus palmites longi relinquuntur multum proderit, si facta propè palum ligatura, extra eam, postquam iam lachrimas effundit, suauiter modicum torqueantur sarmenta. Nam huiusmodi tortura nascitur infra ligaturam succulura materies, nec uix nascētibus aliquā infert lesionē, & hic mos est apud Ast, & laudatur ab omnibus, si palmites circa uitem siue perticas ad duos, tres uel quatuor palos post uineæ fossionem satis irrationabiliter & inepte ligantur. In his autem uineis quæ in aciebus consistunt, si cum perticis aut sarmentis tantum sunt, nota est earum operatio. Si uero in paruis pergularijs affixis paruis palis iuxta uites, & longis tribus pedibus ex opposito remotis baculis fortibus inter utrumque palum paruum & magnum ligetur, à parte uitis depressus & ad oppositam eleuatus, super quibus sufficientibus perticis positis uites distribuantur æquales. Si uero in arbutis uel arboribus sunt uites nihil aliud agendum, nisi ut uites in pluribus locis ligantur ad stipites, & earum palmites per ramos & truncos æqualiter distributi ligentur. Sed prouidendum est, omnibus annis uitē resoluī ac ligari, quia refrigeratur, ut Palladius ait.

De simatione uinearum, & radicum inutilium amputatione, Cap. xv.

**M**ense Octobri uel Nouembri, Februario uel Martio fiunt parue fosse circa uites, & amputatis cunctis radicibus quæ in summitate sunt terræ lætamen imponitur, & maxime hoc in uite nouella seruandum, ut amputentur radices superuacue quas produxit ætate: quæ si conualuerunt inferiores radices pereunt in terra, & remanet uitis in summitate suspensa, quæ res eam frigori facit obnoxiam & calori, sed hæ radiculæ non ad stipitem debent rescindi, ne aut plures inde nascantur, aut noua plaga corpori uitis impresso, in secuturo algore aut calore uratur. Recidatur autem relicto digiti spacio, & si placida hyems est, uites relinquamus apertas, cum ante hyemem hoc est factum. Si uiolenta ante mensem decembris operimus. Si præfrigida modicum columbini stercoreis circa uiticulas largiamur. Sed cum alium simum ponimus paruis parum, magnis uero uitibus plus apponimus. Plurimum igitur operatur in uineis lætaminis administratio frequens, ad multum proferendum fructum, sed quia consueuit uini uitiare saporem, & durabilitatē ledere: qui nobilius uinum habere cupiunt, mense Augusti, ubi uinea miserior est lupinorum corbem unam in iugerum serunt, & cum ad debitum augmentum peruenerint eos euertunt, & optimum stercus præbere uineis dicuntur.



uel in foueis circa uites factis ponunt, & minutatim incisum sarmentū, & pampinos operiunt.

De uineis fodiendis, Cap. XVI.

**M**ense Martio nouella uinea incipiat puluerizari, quod tunc deinceps usque ad Octobrem singulis mensibus agendum est, non solum propter herbas, sed ne tenera adhuc semina solidata terra cōstringat, sed in mense Iulio mane & uespere iam calore deposito debet effodi, & omni herba & gramine diligenter extirpato radicibus, quoniam radices plurimum obsunt. Fiunt præterea sulci per illas partes in quibus aqua colligitur, ut ad extremas partes facile defluat, quæ si remanserit nouellas extinguit, & antiquas elidit. Eodem mense Martio est celebranda completarum uinearum fossio, antequam gemme minus turgescunt, quia si fossorem apertus uitis uiderit oculus cœcabitur spes magna uindemiæ. Deinde mense Maio fit secunda fossio uinearum, eo tempore quo nondum florēt, uel eo quo iam florere desierit, quia quæ florent constat non esse tangenda. In qualibet autem fossione cauendū est, ne fiat eo tempore quo terra nimis madida uel sicca est, sed cū mediæ dispositionis existit, & quanto magis terra puluerizabitur, tanto melius erit, sufficit tamen si mediocriter profundè fodiatur. Sit autem studium, ut uniuersa terra fodiatur equaliter, ut nihil in ea crudi soli remaneat, maxime circa uitem, quàm multo locis exploret. Nam hæc cautela dolosos fossores ab hac negligentia submouebit.

De nocumentis quæ uitibus accidunt. Cap. XVII.

**A**ccidunt nocumenta in primo anno plantatis uitibus ut pereant, uel seminiuæ remaneant, quod quidē quandoq; fit propter herbas circa eas nascentes, quarum radices eis nutrimentum surripiunt, quod si accidit frequenti fossione & herbarum incisione iuuantur: aliquando uicinis arborum uel sæpium umbris, tunc aut amputandæ sunt, aut frondibus denudandæ. Sæpe etiam ex nimio solis ardore deficiunt, quo casu, aut obumbratione, aut operimento terræ circa eas iuuandæ sunt, ne omnino siccentur, ut aquæ convenientis exhibitione læsionem euitant. Accidit etiā quandoq; nocumentum uitibus ex uicinitate quarundam platarum, sicut caulis, corili, & lauri, compertum est enim hæc adurere uitem ideoq; in uineis plantari non debent. Quandoq; patiuntur animalium corrosionem, quæ plurimum lædūt eas & corrositant. Ideoq; si pauce sunt uites spinis congruis muniantur, si plures fossatis cingantur & sepibus, quandoq; uites in hyeme gelu pereunt, quare rescindendæ sunt iuxta terram, & in talibus locis in putatione curandum est, ut nunquam stipes erigatur aliquid super terram, & cum approximat hyems uites putantur, non ut curtatis fragulis & omnibus simul. In quibusdam locis cum iunco ligatis iuxta terram stentur, & supra capita ipsorum ne surgat aliquid terræ ponatur, deinde post hyemem




hyemem deducto ligamine releuentur. Aliquando autem frigus non totū perimit uitem, sed solum novos palmites, qui propter ligni teneritudinem & medullæ magnitudinem se defendere nequeunt, quod cū acciderit sursum in loco idoneo palmitibus procreandis aut eammodico de palmitibus relicto, si aliquid uiriditatis ibidem habuerint, rescindatur, sic enim quasi renouabitur & formabitur uitis, & forsitan eodem anno aliquē fructum feret. Accidit etiam plurimū, ut postquam palmites & uuas protulerint pruinis uiriditatem omnem amittāt, quare in talibus locis talia genera uitium plantanda sunt, quæ tarde uirescant, ut sunt albana gorganica, & maiolus plurimum. Aliquando uineas inuadunt rugæ, quæ omnem uiriditatem corrodunt, & uermes uirides & asuri parui qui taturi uocantur Bononiæ, qui natos cum uuis palmites deuorant & desiccant. contra quæ subueniendum est, ut per manus mulierum & hominum colligātur, & pedibus conculcentur, uel igne cumentur. Accidit etiam sepiissime, ut tēpore caloris descendat cū feruenti sole parua pluuia uenenosa & adusta, quæ uulgariter apud Bononienses melumen uocat, quæ multa genera uitium adeo lædit, ut earū fructū in nihilū omnino reducat, ideoq; ubi hoc frequenter accidit, ea plantentur genera uitium, quæ modicum aut nihil læduntur ab eo, ut est malixia & albana & grilla, & quædam alia genera nota. Tempestas etiā sæpe uineas omnino consumit, contra quam nihil omnino ualere potest, nisi forsitan pia oratio apud deum, mundo corde directa. Licet quidam tam mares quam foemine ignorantes naturam & generationem grandinum, imprudēter aut fallaciter asserant contra grandines & fulgur quædā fieri posse. Accidit etiam quandoque quod uitis ligone lædatur, & tunc quidē uitis stricte ligetur in plaga, & ea circumfossa ouinum uel caprinum admisceatur cum terra lætamen. Accidit præterea sepe, quod uitis tot pampinos profert, quod eos & uuas ad debitum producere nequit augmentum, in quibus mense Maio consideranda sunt sarmenta, quæ nouella uel uetus uitis protulit, & ei pauca & solida relinquamus, & in nouellis adminiculis firmamus, donec brachia firmata durescant, ne amplius reſectæ & pullulanti uiticulae quam duas uel tres materias relinquamus & propter uentorum iniuriam alligentur, si relinquantur in primordio pauciores, hoc mense pampinari conueniet. Sed tum est pampinatio necessaria cum teneri rami digitis stringentibus crepabunt sine difficultate carpentis, hæc res uuas efficit pinguiore, successuram materiam corroborat, & fructuum utilitati consulit sole admisso. Accidit præterea uitibus sepe tanta debilitas, ut misera nimis sarmenta & uuas producant, quibus fimo & frequēti fossione, & stricta putatione subueniendum est. Quædam autem adeo lætæ & pingues sunt, quod magnitudine pampinorum uineas claudunt, & se uicinasq; uites quasi suffocant, nec fructum suum maturari permittunt, quibus subuenire oportet larga putatione, rara fossione, fimi priuatione, & palmitum & pampinorum amputatione, tēpore Maij, & frondium spoliatione in locis frigidis, & præcipue cui uue putrescunt, pampinentur



nentur per latera triginta diebus ante uindemias, & frons illa sola seruanda est, quæ in summitate posita solem nimium defendit in uertice, & si quæ in terra iaceant sursum sine reuolutione suauiter releuentur, in locis autem ardētibus & siccis obumbratur uua, ne ui solis areseat, si modo uineæ breuitas aut facultas permittit operariorum. In quibusdam etiam locis nimium hominum & canum partuntur insidias, quas diligenter die noctuq; maturitatis tempore custodiri oportet, & in eis plantari debent ea genera quæ non sunt delectabilia, sed austeria ad edendum, ut gnij aresta & gmaronus, quæ nō de facili tangunt ab aliquo, & nobile tamen & seruabile uinū faciunt. A sturnis præterea sepe plurimū infestant, quod cum accidit funibus & signis terribilibus per uineas appensis & personis gradantibus & eos terrentibus expellantur. Quod si tanta est ipsorū inuasio, quod prædictis modis defendi non potest, fiat in medio uineæ super quatuor columnis locus eminens, super quo puer aliquis maneat, trahatq; & moueat funes ab alijs capitibus ad longos palos circa uineam ligatos cum cucurbitis & paruis baculis circa eas cum in alia parte uiderit oportunū, ut in ciuitate Clogie ab omnibus obseruatur.

De conuersatione uyarum recentium & siccarum, Cap. XVIII.



**V**as quas seruare uolumus legamus illesas, nec acerbitate rigidas, nec maturitate defluentes, sed quibus est granū luce penetrabile & splendendum, & tactus cum molli iocunditate callosus, si qua sunt uitiosa refecemus, nec patiamur interesse quibus in expugnabilis acerbitas contra blandimenta æstiuæ caloris induruit, tunc incisos botrionum tenaces calida pice ambiri oportet,

atq; ita in loco sicco frigido & obscuro sine luminis irruptione suspēdi. Item aliter extracto pane de furno non nimis calido, ponetur in eo palea, & super eam uuæ, ibiq; per horam, secundum quod tibi melius uidebitur dimitte, donec aliquantulum fiant passæ, uel ponantur super asside, uel aliqua craticula in furno, & postquam inde fuerint extractæ submergātur in musto dulcissimo, & ponantur ad solem donec aliquantulum sint siccæ, seu aliquantulum mustæ & guttatæ, ponantur in uase ueluti in lagena uel sacco. Item aliter: uuas sale decoctas pone in musto feruenti ad ignem modice dimittendo, & pone ad solem iterum, & sunt optimæ. Item uuæ sanissimæ & aliquantulum ad solem passæ seruantur in sabulo



in sabulo siccato ad solem. Item in paleis uel sceno substratis. Item in folijs uitis siccatis. Item in melle. Cato ait uuam in ollis commodissime condi, & in sapa & in musto. Recte uuam passam græcam sic facias, meliores & dulces botriones in ipsa uite torquebis, & patiaris sponte mediocriter siccari, deinde sublotos in umbra suspendis, & uuam districtam componis, & cum uas impleueris desuper pampinos addes, & operculabis, ac statues in loco frigido, sicco, quem nullus simus infestet. Salernitani autem uuam passam hoc modo faciunt, eligunt enim meliora grana uuarum, & ad solem desiccant, deinde in furnum modicum ponunt cum uuis dulcibus, deinde abluunt, & super aspergunt puluerem cinnamomi, & ligant in folijs fici, & seruant per annum. Hæc uirtutem habet lauandi, & decocta in uino, & ipsum uinum ualet contra frigidam tussim. Fit etiam uua passa optime hoc modo: torqueatur in uite, & sic torta per tres uel quatuor pendeat dies, deinde collecto quolibet botrione cum manu uel tenacula in musto dulci seruenti ponatur, & ibi tantum teneatur, ut bis potest dici saluatio beate uirginis, deinde siccetur ad solem, si calidissimus est, & in furno pane extracto, caue tamen ne pluuijs aut rore tangatur, deinde refrigerata in aliquo mundo uase ponatur, & optime compressa desuper ponderetur. Quidam autem ex ea exiccata ad solem iterum in musto dulci seruenti obruant, & exiccant aliquantulum & componunt. Sed ad hæc omnia commode fieri possunt de uuis recentibus sine tortura racemi, omnibus alijs obseruatis, quæ dixi, dum tamen scias quod difficillime siccari possunt ad solem in regionibus temperatis. Item Græcis docentibus si uua uel poma in uite uel arbore diu seruare uoueris uasculis clausa fictilibus conseruabis, uel diligenter à summo tecto suspende poma gipso cooperta in longam seruabis etatem.

## De uirtute uuarum, Cap. XIX.



**V**Va in duo diuiditur secundum Isaac, est enim acerba & matura, acerba est frigida in tertio grado, sicca in secundo, hæc tres habet substantias in se diuersas, scilicet grana, corticem & succum. Granorum natura sicca est & dura, & nullius conuersionis in corpore, sed integra egreditur, sed farina ex eis pistatis facta & bibita confortat, & cholericam egestionem stringit, maxime si assent. Cortex grossus est, nec conuertitur, & ideo non nutrit, confortatiuus

K 4 est stoma-



est stomachi, & epatis calorē extinguit, sitim aufert, acumē calidē & rubeg cholere mitigat, uomitum & egestionem cholericam stringit, oculis appositus palpebrarū grossos humores attenuat & exiccat. Itē ualet ad pruriginem oculorū & asperitatem, Succus uero uuæ acerbæ ante dies caniculares ad solē poni de-  
 cet, ut siccetur & spissetur, ut mel, hic ualet humoribus ad gulam descendenti-  
 bus & ginguinis & articulis. Si clystere facias ualet uulneribus intestinorum, &  
 diurnus humoribus in uulua descendētib. Uua matura quæ est in sua com-  
 pleta dulcedine, sanguinem laudabilem facit, & cæteris fructibus quemadmo-  
 dum ficus melior cibus, plus tamē ficus quàm uua nutrit. Testatur aut hoc quia  
 quidam suis temporibus eis solis utuntur, unde pingues fiunt, & clarent eorū cu-  
 tes, desistentes uero ab eorum esu facile macrescunt. Eius ossa sunt frigida & sic-  
 ca, granis acerbæ uuæ uicina, habent tamen acumē quoddam propter quod ci-  
 to exeunt ante conuersionē. Item cortex eius frigidus & siccus, & ad digeren-  
 dum durus, & si cum cortice & ossibus edatur indurat egestionem & insufflatio-  
 nem & uentositatem generat, & humores longinquos à sanguine laudabili.  
 comedantur in hora qua de uite accipiunt, si quidē inueniat stomachū malis  
 humoribus & cibus uacuum, & fortis sit digerere, digerunt, & in laudabilē san-  
 guinem conuertunt, & uentris adiuuant solutionem, corpusq; à malis purgant  
 humoribus: e contra si stomachum inueniant malis humoribus uel cibus plenū,  
 & digerere sit imbecillis, in eo morantur & inflationem generant & rugitum, &  
 in humores malos conuertunt, & fumum noxium plurimum creant. Appen-  
 & ab humoribus superfluis desiccata ceteris uuis sunt laudabiliores, & subtili-  
 bus dietis conuenientes, ab inflatione lōge sunt & fumositate, nec sriptice sunt  
 nec solubiles, in mustū missæ uel sappam grossæ dietæ sunt, & stomacho minus  
 conuenientes, uentositatem & inflationem producant, propter extraneos hu-  
 mores ex sapa uel musto assumptos, uue multum carnis habentes nutritiores  
 & duriores existūt, quā hæ quæ plus humoris quàm carnis habent. Item uua cui-  
 ius sapor est dulcis & grossus melliq; uicinus calidior est, sitimq; generat, & gros-  
 sioris est nutrimenti, & ad digerēdum durior, inflationem faciens ac rugitum,  
 & oppilationem splenis ac epatis. Et uua cuius sapor est subtilis aquosus, frigidior  
 est & digeri leuior stomacho, cōfortatiua & mundificatiua à cholericis hu-  
 moribus, sitis mitigatiua, & conueniens cōplexionibus tēperatis. Et uua cuius  
 sapor est medius inter prædictas est leuis nutrituræ, & mediæ potētiae. Alba uua  
 clara & aquosa facile digeritur & leuiter nutrit, uenas cito permeat, & urinam  
 prouocat. Nigra grossa est, digeri dura, sed confortatiua stomachi, & si bene di-  
 geratur nutrimentum bonum præstat. Rufa uel citrina est media prædictorū.  
 Passa sicca est ad cōparationē uiridis, & ex ea quædā est dulcis, quæ calidior est  
 & humidior, maxime si nigra sit, hæc ualet ad dolorē pectoris & pulmonis, &  
 tussim mitigat, quæ uero acerbitatē habet, minus nutrit et frigidior est & sicci-  
 or est dulci, ideoq; stomachum confortat, calorem extinguit, & uentrem cōstipat.

De appara-



## De apparatu uindemiæ, Cap. xx.



ciueteres seruati querendi sunt, quia meliores durabilioresq; sunt nouis, qui ad huc seminaturi existunt.

## De tempore uindemiæ, Cap. xxi.



Vtile est agnoscere quādo uindemiandum sit. Nam quidam antequā uuæ maturentur uindemiant, & ideo subtile & infirmum, nō permanens faciūt uinum. Alij uero tardius uindemiantes, nō solū uineas ledunt resolutis iam uiribus eius, sed etiam tale uinū passibilis & minus durabile faciūt. Cognoscit ergo tempus uindemiæ gustu & uisu. Aiunt enim Demetrius & Africanus sex solū dies habere uuā, & non plures permanere maturā, si enim granū uuæ iam nō uiride sit, sed in ea nigredine uel alio colore, in quo tandem esse debet secundū naturā generis illius uuæ, significat eā esse maturā. Quidam autē exprimunt uuā, & si quidē affluxerit granū uuæ nudū, non cōtinēs carnem, maturas esse ad uindemiā approbat uuas, si uero effluxerit granū cū parte carniū eas nō esse maturas dicūt. Quidā autē ex quo incipiūt passæ fieri maturas cōcinunt uuas. Alij uero probant ita, ex uno densissimo botro unā auferunt uuā, post unum uel secundum diem cōsiderant, si manet in eadem forma locus acini, & si circumstantes nullā recipiūt augmentatiōē, uindemiare festināt, si uero acini locum minorē factū considerant, quasi his quę de circuitu sunt acinis adiunctis, differūt uindemiā donec augmentatiōe procedit. Palladius autem ait, maturitatem cognos-



tem cognosci si expressa uuæ grana quæ in acinis celantur sint fusca, & aliqua propè modum nigra, quibus indicatur maturitas naturalis. Oportet ergo uin demiare & maxime luna existente in cancro, leone & scorpione uel aquario, ea uero siniente & subterranea existente festinare oportet uindemiam facere, ut Burgundius ait. Et in summa, sciendum est, quod si uuæ nimis pingues per latera frondibus denudentur, uinumq; ex eis fiet, minus erit aquosum sed potentius & melius duraturum. Si uuæ colliguntur post tertiam, rore consumpto, aère calido & sereno, uinum erit potentius & melius duraturum, contraria uero contrarium operantur, uuæ nimis mature faciunt dulcius, sed minus potens minusq; durabile. Vuæ nimis acerbæ faciunt uinum acerbius, mediocres faciunt uinum potens & melius duraturum Vuæ in augmento lunæ collectæ uinum minus seruabile faciunt, in decrescendo magis. Si uuæ nigre ad bulliendum ponantur in fundo tinæ, uinum erit rubicundius, si mature maturius, si acerbæ acerbius, si mel dulcius, si salua saluiatum, & generaliter saporem & uirtutem acquirat eius, quod in eo loco ponetur, si diebus congruis simul ebullierint. Si uuæ collectæ quibusdam diebus in aceruo steterint, uinum maturius erit. Si mustum in dolijs sine grasps ebulliat bonum & durabile erit, sed tardius clarificabitur, quàm si cum eis ebulliat.

Qualiter uindemiandum sit. Cap. XII.

**Q**ui portat cophinos maiores uel corbes, & qui in cistis uuas colligunt eligant folia, & si quis acerbus aut putridus uel siccus inueniatur botrus auferatur. Oportet autem ut calcantes uuam siquid oblici sunt, qui præsumt cophinis aut corbibus ipsa eligere folia, ipsa enim cõtrita cum uuis austerum magis faciunt uinum, & maximum nocumentum fit uino,

Qualiter debent uuæ calcari, & ex eis uinum fieri possit, Cap. XXIII.



**I**mmixtas torculari uuas statim exprimi oportet pedibus. ab his qui ad hoc sunt deputati, & cum omnes uuas equaliter calcauerint, sursum racemos & grana eleuent, & attrahant ut multum humoris sub torculari defluat, & cum secundo calcauerint, & in altum racemos erexerint & molles ac calidos & non ualde humidos eos fecerint, sic sub ligno & prelo eos supponant. Calidi enim & molles existentes facile fluidi

xibiles fiunt, si uero humidus ualde disponant, necesse est granum superpositum scindierum



di eorum compositionem. Intranses aut in torculari oportet ualde pedibus esse mundos, & non sepe exire & intrare nudis pedibus: & esset bonum quod in eis non comedant nec bibant, & quod sint uestiti & cincti propter sudores superuenientes. In quibusdam autem partibus, ut Bononiæ calcantur ad uineam in corribus, sicut mediocriter possunt, & calcate positæ super curribus in uasis portantur ad tinas, in quibus eas stare ad feruendum permittunt per octo dies & ultra, & usque ad 15, uel 20. ex quo multum purificatur uinum, sed sapore racemorum inficitur. Ideoque melius est, quod super tinam ponatur cratis uel instrumentum ex assidibus perforatum ad hoc dispositum, super quod stet unus calcator, qui calcando perficiat, quod in corbe complere non poterat, & cum bene calcauerit omnes racemos cum pedibus per unam partem in tinam emittat, in quam tantum bulliat quod purificatum sit, & racemi super liquorem eleuati ab eo diuisi, quod in paucis euenit diebus, quo facto reponatur in uasibus, & in tinas aquæ ponatur parum uel multum, secundum quod nobiliores & potentiores aut melioris uinæ fuerint, & secundum quod hoc uinum mixtum melius uel peius optatur. Sciendum tamen quod quanto melius uinæ calcantur, tanto minus & deterius fiat mustum, sed de puro plus habebit, si uero male calcate fuerint, e contra erit, secundum iustum modum uinum purificabitur, & sciendum durable fiet, nec uitiabitur racemorum sapore. Est autem sciendum, quasdam species esse uuarum aded racemos suos austeros habentes, quod cum eis bullire plurimum non potest, sine detrimento sui, quasdam uero aded modicum austeros habentes, quod cum eis bullire plurimum posset. Notandum est etiam, quod quanto uinæ pinguiores & aquosiores sunt, tanto magis cum racemis bullire debent & minus quanto nobiliores & sicciores fuerint, tanto magis in eis stare oportet. Item sciendum est, quod postquam uinæ collectæ & in acerum positæ sunt, si duobus uel tribus diebus sic steterint, ualde ipsarum & uini augetur maturitas & dulcedo, ideoque utile est in uineis habere bitumen in quo ponatur, ubi diu stare poterunt, & extra in tina parua ex bitumine facta colligi maturum uinum quod inde liquabit, quod ualde suauis & delectabile erit, non tamen in æstate facile poterit conseruari. Sciendum est etiam, quod omne uinum quod cum racemis & corticibus uuarum non feruet est album, quod uero cum eis feruet tingetur ab eis, & corticis colorem nigrum uel album, aut aureum aut rubeum acquirit.

De his quæ ex uinis fieri possunt. Cap. XXIIII.

**E**X uinis fieri possunt agresta, passum, defrutum, sapa, uinum & acetum, de quibus omnibus dicendum est, qualiter fiant & conseruentur, de natura & uirtutem quam habent in corporibus humanis.

De agresto,



De agreſto, paſſo, & defruto coroëno & ſapa.

**A**greſta ſit duplex, liquida & ſicca. Agreſta liquida ſit hoc modo, cum u-  
uæ adhuc ſunt acerbę, ſcilicet ad debitum peruenerint augmentũ col-  
liguntur & piſtantur, & in maſtillum uel aliud uas ponuntur ad ſolem,  
& in eis aliquid de ſale ponetur, & poſtquam duobus uel tribus diebus ad ſolẽ  
ſteterint, accipitur ſuccus, & reſpoſitus uſui conſeruatur, & quidã de ſale non  
ponunt, ſed cum eo melius conuerſatur, & maxime ſi ex talibus uuis factum fue-  
rit, quarum uinum in æſtate ſanum ſeruari poteſt. Agreſta uero ſicca ſic facien-  
da eſt, accipe uuas acerbiffimas & piſta & exprime, & pone in uale extenſo, &  
ſoli oppone donec ſiccetur, & ſerua. Et quidam ponunt ad ſiccandum in ſole  
abſq; decoctione aliqua, ſi ſol calidus adeſt, quidam etiam agreſtam faciunt ex  
uuis aliquid dulcedinis percipiẽtibus, ſed prior ſtictior & frigidior eſt. Potes  
tertio modo facere agreſtam ſpiſſam, ut & mel, & eſt plurimum uirtuoſa ut ſu-  
pra dictum eſt de uirtutibus uuarum paſſarum. Vniuerſa Africa pingue aciu-  
cundum paſſum ſic conſicere conſueuit: leguntur uuæ paſſæ quam plurimæ,  
& in faſcellis ex iunco factis aliquatenus contextis uirgis poſitæ fortiter uerbe-  
rantur, deinde ubi uuarum corpus ius concuſſionis exoluerit, exprimitur, hinc  
paſſum eſt quicquid effluxerit, & conditum uaſculo mellis more ſeruatur defru-  
tum. Coroënum & ſapa ſiunt ex muſto. Nam defrutum à deſeruendo dictum  
eſt, ubi ad ſpiſſitudinem fortiter diſpumatur. Coroënum cum tertia parte perdi-  
ta, duę partes remanſerint. Sapa ubi ad tertiam redacta descendit, quam me-  
liorem ſimul faciunt citonia cocta.

De purgatione uini facti ex uuis acerbis & cor-  
ruptis, Cap. xxv.



non faciunt ita, ſed ipſius uuis immittunt aquam comiſcentes ad futurum mu-  
ſtum tertiã partem, poſt calcãtes uuas muſtũ coquant, ut conſumat tertia pars.  
De cura.

**O**portet omnes uuas  
acervas uel qualitercũ  
que corruptas ſpera-  
re à reliquis, & quod  
ex ipſis eſt muſtum, ita eſt cu-  
randum, aque pluuiialis uſq; ad  
dimidium eſt coquenda & ex  
hac aqua decocta quãta eſt mu-  
ſti decima pars ſuperinfundi ui-  
no, ruruſus autem cum uino de-  
coquant cõſumatur in decocti-  
one decima pars. Quidam autẽ



## De euratione uini à pluuia agitati, Cap. xxvi.

**S**I pluuiabilibus imbris multum superuenientibus uue adhuc in uinea existentes uel post uindemiam amplius quam oportet madefiant ex necessitate ipsas calcabimus. Si autem uindemiatum multum imbecillius esse didiceris, docebit autem te hoc gustus, cum uinum in dolijs nutritur post primam ebullitionem, confestim transferantur in alia dolia, manet etiam in fundo somne lutosum propter grauedinem. Quidam autem melius faciunt, uinum coquunt, donec uicesima pars eius consumatur, imitentes gipsi centesimam partem. Laudarij uero eo usque ad ignem uinum decoquunt, quousque quinta pars eius consumatur, & eo post eam consumpto utuntur.

## Qualiter uinum mittendum sit in dolia, Cap. xxvii.

**D**olia, antequam immatur mustum, aqua salsa pura spongia abluui oportet, & incenso fumigare, oportet autem neque nimis facere ea plena, neque nimis deficientia, sed opinari oportet quousque uinum bulliens augmentationem faciat, ut non supra effundatur, coniicere postea oportet quod in dolijs est mustum per quinque dies, & manibus & cyphis spuma, & si aliquid superfluu fuerit auferre, & expurgationes omnes à cella educere, & longius proficere, si enim prope manserint canopes inde generantur, & malus inde exit odor, quæ ambo uinum everti faciunt, idcirco bonum odorem in torcularibus & maxime in apothecis esse oportet.

## Qualiter mustum per totum annum haberi possit, Cap. xxviii.

**A**ntequam calcentur botri, quod ex uuis stillat mustum presmonem quidam uocant, mitte eodem die in uas pice perlinitum interius & exterius ut semiplenum sit uas, & obstrue diligenter gipso, multo enim tempore permanet mustum ualde dulce. Multo magis seruabitur, si uase percluso corio in puteum uas immittitur, quia non super ebulliens semper erit mustum. Si quis autem paulatim conculcauerit uas, & non comprimat fortiter, & hoc mustum utile ad permanentiam habebit, ut Burgundus ait: atque hoc per experientiam optime uisum est. Alij uas ut dictum est iuterius & exterius pice perunctum in puteum ponunt, ut labia sola super emicent. Et hoc per experientiam optime uisum est. Alij in arenam humidam uas infodiunt.

## De cognitione si mustum uel uinum habeat aquam, &amp; qualiter separabitur ab ea, Cap. xxix.

**V**T cognoscamus an uinum uel mustum habeat aquam, pira cruda, uel secundum quosdam mora mitti in mustum debent si aquam non habet. Quidam cannam grecam que nascitur in aquis uel linum uel papirum uel scenum uel aliquid aridum unguunt oleo, & in uinum mittunt & extrahunt, si aquam habet congregabuntur guttæ in oleo, & quanto plus de aqua habuerit,

L      tanto





tanto magis erit guttarum aquæ cōgregatio. Alij simplicius facientes uinum emittunt in ollam nouam nondum insulam, & appendunt ollā duobus diebus, stillat enim olla aqua mixta. Quidam in calcem uinum supra effundunt, & si quidem aquam habet, diffundit uinum calcem, si autem parum est depressabit eā. Alij uero in frixorio habent oleum feruens & superinfundunt uinum, & si aquam habet sonabit, & amplius faciens resilietu. Quidam uero spōgiam nouam oleo ungentes, ea obstruūt os uasis & euerunt, si aquam habet funditur in spongiam, eadem probatione & in oleo utitur. Alij de musto sibi modicum in manu mittunt, & fricant, si purum est uiscosum est & adhæret, si aquam habet non adhæret. Aqua hoc modo separabitur à uino, albumen humidum mitte in testam uini, deinde spongia uncta oleo obstrue os testæ uel alterius uasis, & incliuans sine effundi, & effluit solum aqua.

**I**n metreta dulcis musti cotilam aceti mitte, & post tres dies erit purum, Cap. xxx.

Qualiter uinum non semper ebulliat, Cap. xxxi.



**C**oronam pulegij uel nepaticæ uel origano collo uasorum circumpone, ut ait Burgundius. Quidam autem interiora doliorum circa labia perungunt lacte uacino, detinebit enim intus bulliens mustum, ut dicunt.

Quo loco debeat stare uinum ut duret, Cap. xxxii.

**C**ellam uinariam septentrioni habere debemus oppositam, frigidam, obscuram, uel obscuro proximam, longe ab alueis, stabulis, furno, sterquilinijs, cisternis, aquis, & cæteris odoribus horrendis. In libro tamē uindemiæ à Burgundio ædito dictum est, quod fortius uinum sub diuo ponendum est, auertat tamen occasum & meridiem parietibus quibusdā appositis, reliqua autem uina sub tecto ponenda sunt, fenestras autem excelsiores oportet facere ad aquilonem & orientem uersus,

De transua-



## De transuafatione uini, &amp; apertione doliorum, Cap. XXXIII.



**O**portet uinum trāsuafare in borealibus uentis, nequam in australi, & imbecilliora quidem in uere, fortiora autem in estate, uina quæ sunt in aridis locis post solstitium brumale. Cum autem transuafatur uinum in luna plena fit acetum. Scire oportet, quod cum uinum separatur subtilius & imbecillius fit. Affirmant expertissimi uiri, quod si circa festum omnium sanctorum, cum uinum ebullire cessa uerit, & sex ad fundum descenderit,

ipsum remoueatur a fece grossa, faciet in hyeme matrem subtilem, cum qua melius conseruabitur, & post hyemem facilius clarificabitur tempore ueris. Item dicunt, quod si uinum diu cum fece moretur, adueniente calore ei adeo incorporabitur, quod eius sapore inficietur, & non poterit aliquibus clarificari modis, nisi coquatur usque ad principium ebullitionis, lento igne & claro, & in uase mundo ponatur cum saluia bona, habente in fundo duos baculos uel unam tegulam mundam inuersam & mantellum de grosso panno, uel ponatur in tina munda, & in idem uas postea reducatur modo predicto. Prouidendum quidem est ut in hyeme quidem calefiat, estate uero infrigidet. Oportet autem transuafare uinum, cum luna minuitur & sub terra est. Oportet etiam cum a dolijs in parua uasa transmittimus uinum obseruare ortus stellarum, & maxime in flore rosarum & florescente uinea mouetur eius sex in occasibus stellarum. Consulant autem sapientes cum aperitur dolium, uinum quod est in principio dolij, & quod est circa fundum consumetur, medium autem uinum seruetur quod fortius est & permanentius & ad ueterationem aptius, uinum enim quod est prope os dolij ac aëri adhærens est imbecille, quia euaporat quod autem est satis profundum seu appropinquans feci, cito uertitur. Oportet autem transmutatum uinum in testis uel alijs uasculis non usque ad labra testarum immitti, sed usque parum deorsum sub collo ut non suffocet, sed respirationem habeat, si de acetositate non timeat, sed si de ea timeatur, quasi nihil respiret, & fiat uetilogus de salice uiridi a cortice mundato. Item bonum est quod iuxta spinam ficariam, sit una parua spinella, per quam subtrahitur parum de uino temporibus calidis & uentosis, nam per ipsam egreditur aliquid de fece cum uino, & ipsum clarificabitur parum melius. Item oportet aperientia dolia seruare ortum astrorum, quia tunc uini fit motus, & non oportet uinum rimare. Et si quidem uinum in die aperies oportet intendere soli, ut non eius claritas incidat uino, si autem in nocte necessitate multotiens



prouocante dolium aperies, superintendere oportet lumen lunæ. Item oportet euacuata dolia confestim abluere aqua falsa, uel cinere, uel argillosa terra sicca-ri, si uinum est debile, sed si ualde potens est solummodo bene claudatur uncti-que, quia odor & potentia eius tuetur uasa.

De tempore & modo gustandi uinum, Cap. xxxiiii.

**Q**uidam borealibus existentibus uentis gustant uinum, mutabilia & fra-cera sunt tunc uina. Alij uero experti cognitiones uini, australi uento flante gustant uinum. Australis enim uentus magis uinum commo-uet, & redarguit quale est. Ieiunum autem existentem non oportet gustare uinum, obtunditur enim gustus, nec post ultimam potationem & cō-mestionem, ut Burgundius scribit. Sed ex consuetudine Bononienses ieiuno sto-macho, semper gustant uina. Item oportet gustantem uinum neque amaram es-cam, nec falsam, neque aliquam quæ gustum corrumpit, comedere, sed pauca comedere & bene digerere. Quidam uolentes circumuenire emptores, testam nouam habent, quàm perfundunt optimo uino ueteri & bene redolenti, & in ea ponunt uinum quod uendere uolunt. Malitiosi autem quidam attribuunt nuces & caseum gustare uolentibus uinum, ut comedant, ut certissimus falsificetur gu-stus. Hæc autem dicimus, non ut faciamus, sed ne decipiamur. Oportet etiam emptorem sæpe gustare uinum nouum & uetus, ne obliuiscatur quid effugere debeat.

De signis cognoscendi uinum durable, Cap. xxxv.

**I**mmisso uino in dolia, per quoddam tempus transuafandum est in aliud uas quiescibiliter, in priori uase relinquenda est ipsa fex, & diligenter uas inclu-datur, demum intuentum est multotiens odorantes, ne aliqua transmutatio fiat circa fecem gignentes cenopes uel fangum album, quem facit subter-butem, uel magis aliquid talium, extimandum est uinum esse corrupendum, si nihil tale generatur, credendum est uinum permanens esse. Quidam autem calamum integrum perforantes immittunt usque ad fundum super feces, & præ-cludentes calami superioris foramen magno digito, postea auferentes digitum per olfactum attrahunt inferioris odorem, demum exuentes attrahunt fecis partem ad qualitatem, & secundum qualitatem fecis futurum uinum reliquum esse credunt. Oportet autem ex medio uase futurum uinum esse opinantes, qui-dam uero partem uini bibentes in frigidant ac gustant, & quaecunque inueni-tur in gustu tale futurum uinum reliquum esse credunt. Oportet autem ex me-dio uase gustum facere. Alij uero ex tegmine uasorum signum accipiunt, disco-operto enim uase, quod est in tegmine gustat, si quidem uinosum est optimū est uinum, si uero aquosum non. Alij autem ex ipso gustu, si à principio austeri fuerit signum certum, si autem molle contrarium.

De nocu-



De nocementis que uino accidunt, Cap. xxxvi.

**A**ccidit uino propter aquositate[m] corruptibile[m] in uite, uel postea sibi admixtum, ut corrumpetur, & uertatur propter uarias causas extraneo calore in ipso agente, quod si sex uel modicum talis uini eodem dolio extracto relinquatur in uase, nec aperiatur uas, conuertitur in mussam que uas inficit, deinde quodlibet uinum in eo positum consequenter corrumpitur. Et si ex uino in sanum dolium uel aliud uinum miscetur aliquid seu imponitur ipsum inficit, & in suam corruptam naturam conuertit. Item uinum forte & potens & precipue dulce, grossum, si tempore calido dimitatur in uase, non plenum, nec desuper clauso, euaporat calidum & humidum uini, remanet frigidum & siccum, quod in acetositatem conuertitur, de quorum omniu[m] cura dicendum est.

Quibus temporibus uinum facilliter uersetur & corrumpitur,  
Caput xxxvii.

**O**mne uinum sepius uertitur circa uergiliarum occasum, & circa solstitium aestiuale, & circa canis aestu[m], quod uulgariter currus uocatur, & generaliter circa omnes uentos annuales, & in estu & in gelu, & in largis imbris, uel propter uiolentum uetum aut terremotum, uel propter duru[m] tonitruu[m], uel quando florescunt rosae uel uineae, ut Burgundius ait.

Qualiter possit prouideri ne uinum uersetur, Cap. xxxviii.

**F**ales usti in uinum immissi id uerti & ultra quam oportet bullire & spumam amplio[m] fieri prohibent. Amygdala dulcia nigris uuis immixta permanens illud seruant. Vua passa ablatis granis & cum arena immixta multo uel uino cocto, pingue & permanens illud facit. Quidam uuam siccam in uinea natam eligunt, & singulariter utuntur. Gypsum immixtum in primordio auferunt uinum facit, tempore uero procedente auferitatem euaporat, utilitas autem gypsi multo tempore permanet, & permanentiam uini facit, & uerti non sinunt uinum. Et eius quidem proportio est, ut si uinum sit lentum & sapore humidum, aut pluuia agitatum, centesima pars gypsi sufficiet, quod si uinum nascitur uirtute solidius, medietas abunde sufficiet. Foenum graecum si teratur cum sale usto & cum uino, misceantur uina que uertuntur a sua mala fece separata, & in fecem boni uini immixta permanentia erunt, quidam autem tedas accendentes in multo extinguunt, & non sinunt uinum uerti, quidam cedri fructum ustu[m] miscent, & gallas uistas miscentes uino permanentes hoc faciunt. Alij cineres ex sarmento uineae combustos, & semen foeniculi terentes & in massam redigentes miscent cum uino. Quidam uasa quibus utuntur in alia uasa & in aliam domu[m] transferunt, si enim ex calore sint laesa in refrigerantia loca ea reducunt, si autem ab humore & frigiditate in calidis locis & siccis transponunt. Alij uero semen lini, uel lignum querci comburentes cinerem immittunt uino. Alij lac & mel miscentes, ut ualde sunt leuia immittunt multo. Argilla post ebullitionem uini immixta



expurgat deorsum secum deferens turbulentum ad fecem, magis autem si uista fuerit, & bene redolēs uinum facit & dulce, reptilia enim hyeme eam comedentia uiuunt, dulcorat enim argilla uinum & permanens facit. Vinum coctum usq; ad tertiam partem immisum multo permans illud facit. Elleborum nigrum & album paucum immisum expurgat uinum & permanens facit. Frumenti farina permanentia uina facit. Resina pini detinet uina. Alumen scissum stiptica uina facit, & acuentia uel acida sedat. Confectio mirabilis ad uinum seruadum quæ uocatur pannacia. Recipe aloës uncias 2. incensi uncias 2. amomi uncias 2. meliloti uncias 4. cassiæ unciam 1. spicenardi uncias 2. folij uncias 2. mirrhæ uncias duas hæc omnia pannoligata mitte in uno quoq; dolio postquam uinum fuerit ibi missum & iam expurgatum, immitte autem in uno quoque uase unum coleariū harum specierum, & postea pāno dissolue, & uino puluerem immitte & postea per tres dies radicem calami moue. Quidam autem aliam confectionem faciūt, recipe croci uncias quatuor hoc bonum colorem reddit, incensi masculi cribrati uncias tres, hoc austerum facit, folij manipulum, hoc bonum odorem dat uino, hæc omnia cribrata misce, & in quamlibet amphoram uini mitte colearia duo, cum non uinum bulliat sed subsistat. In omnino uino hæc propria serua, ut iam subsistentia ea speciebus condias. Alij uero sic uina condiunt: Recipe cardamomi, ireos illyricæ, cassiæ, spicenardi, meliloti, xylobalsami, squinanti, costi, spicæ celticæ omnia consimili pondere, tere & reconde, & in uino immitte. Item accipe semē artemisiæ, & herbā pentaphylon & pulueriza, & cū uinū deferbit pone intus, & non uersabitur. Alij ut non uersetur duobus uel tribus diebus in graphis bullire permittunt & in Februario trāsmutant, & ex eo tertiam uel quartam bulliunt, & simul miscent, deinde ponunt unam communem parapsidem salis in duodecim corbibus uini. Vel aliter in Februario transmutes & quarta pars diminuatur, & iuxta finem ebullitionis, & quarta pars ebulliat ad ignem & dispumetur donec 6. uel 8. pars diminuatur, & iuxta finem ebullitionis ponatur in quolibet caldario in gamula ludeciij sicci, uel linitum tantum, ita quod parapsis bene abluta prius in multo posita clarius erit uinum, & obturetur uas ut inde non respiret, & sit bene circulatum & hoc certum est. Vel aliter, sit delectabile & mirabile ad bibendum hoc modo, quodcunq; uinum sit exprimantur uix, & uinum nihil cum graphis bullitum totum ad ignem bulliat & dispumetur & in uase ponat, deinde accipe uiginti gariophilos pro quolibet corbe, & in filo uel pecia positos in os uasis mitte, & est certum. Alij dicūt quod si mustum expressum & in continenti separatim à graphis ponatur in tina, & coopertum cum aliquo panno mundo uel nouo sextario, sic ad dies quindecim uel uiginti dimitatur, & quolibet die spumetur, deinde in dolium mittatur, erit mirabile in claritate & sapore.

Qualiter



Qualiter uinum uersatum liberetur & clarificetur, Cap. XXXIX.

**A**ccipe cerasa acria in bona quantitate & tota integra in uas ubi est uinū uersatum projice, & sic uinum incipiet bullire, & sic dimittatur per tres dies uel usque cesset bullire, quoniam in ipsa bullitione purgatur uinū à fecibus optimo, & cum clarum uinum uideris in aliud uas transfer, certum est. Si autem cum uino uersato mel in bona quantitate temperaueris, & in uase ubi est uinum uersatum iactaueris per uendonem cum baculo ipsum uinum cū melle agitaueris, & postea dimiseris, clarescit uinum propter mel quod turbidum est in uino usque ad fundum descendere facit, Quidam optime facientes tempore uindemiæ racemos recentes non pressos in magna quantitate in uase uersati uinum ponunt, ubi racemi pro matre sunt ipsi uino, nam racemi uersum reducūt ad debitam bonitatem & saporem, post aliquod tempus, hoc aut sciendū quod antequam fiat aliquid de uino uersato transuasandum est. Quidam autē uersum uinum in graphis de quibus recenter uinum est extractum iactatur, ut in eis clarescat, ibique dimittunt quantum expedit, quod si multum fuerit, non totū subito sed particulariter per uices successiue agendum est, ne calorem grapharum extinguat, & ebullitionem qua clarificatur in totū prohibeat, & quāto minus multum steterit in graphis tanto fortius operatur. Palladius autem dicit, uinum eadie limpidum fieri atque optimum, si grana piperis 10. pistacij 20. adiecto modico uini simul conteras, & sex uini sextarios mittas, diu ante omnibus commotis, tunc quiescere patiaris, coles, usui mox futurum. Item seculentum statim limpidum fieri, si 7. pini nucleos in uinum uini sextarium mittas, diuque cōmoueas, & paululum cessare patiaris, mox sumere puritatem colarique debere & in usum referri. Quidam autem clarificant cum nucleis persicorum. Alij autem cum solo claro ouorum & pauco sale. Vel secundum alios accipe lapides albos fluuij, & eos in clibano coque donec in eis crepaturæ incipiunt apparere, quo facto in puluerem subtilissimum deducantur, Item accipe salem album & contere subtiliter, & in uase decem corbarū pone sex uncias pulueris lapidis, & quatuor salis, & in uas commiscendo immittas, & si pro quolibet corbe duo addideris oua uel tria erit optimum, quod etiam de dictis lapidibus crudis subtilissime puluerizatis & sine sale fieri poterit, & hæc approbatissima sunt, & optimum est quod aliquid de melle addatur, nam mel rubeum albi uini restaurat colorē perditum, & omne mel est uiscosum & graue, atque omnium liquorum conseruantium, quod si nimis fuerit turbidum plus de unoquoque addatur, & hæc retinent fece turbulentiā ad fundum sui pondere, ut non possit sursum facile denuo eleuari, & nullo prorsus sapore uinum inficiunt. Si uero in tātum turbidū est quod efficiatur humidum & fluat ut oleum, calore naturali eius in toto extincto, nulla tanquam mortuo medicina potest ualere, si uero uinum non omnino extinctum rubeum habens colorem ruptum & croceum cum uino albatico uel cum alio multum rubicundo, aut cum lauatura corticū recētium uel siccarum uue albe,



uel cum colatura seminum ebuli restaurabitur, & succus ipsorum seminum saporem uersati uini corrigit, & similiter mel rosatū. Idem etiam fieri poterit cū lauatura dictorum seminum siccatorum. Item optime clarificatur hoc modo in uase 20. corbium accipiatur 40. oua in aliquo uasa fracta cum manibus uel munda grantello plurimum agitetur, deinde una communis parapsis tartari miscetur, & uino addito ponatur in uase, quo facto cum claua per uendonem in uasa posita fortissime agitatur, & pluribus uicibus de subtus per secariam extrahatur, & in uas iterum ponatur, cum uero clarificatum fuerit omnis turbulencia per spinam in costis & de subtus per secariam extrahatur, & in uas iterum ponatur. Sed est sciendum quod in uino albo sola clara ponantur, in rubeo uero uitellum & clara, & in multum turbido plus de rebus apponitur. Item loco tartari optime sal ponitur, & tandem modicum aquæ fluminis in uase ponatur. Alij colligunt in uindemijs uuarum semina, quibus optime siccatis, & ex his facta farina manum plenam in quolibet corbe ponunt, & diligenter permiscant. Clarificari optime atque à sapore uersati liberari ab experto ualde dicitur, si in carario uase libra media aluminis de rosa clari & tantundem sacchari rosati cum libris octo mellis ponatur hoc modo, uel coquatur & optime dispumetur, quo refrigerato albumen ualde puluerizatum & saccharum dissolutum in eo permisceatur, & cratere uini in his commixto, cuncta ponantur in uase optime concissa pertica agitentur, & uas disclusum usque ad diem dimittatur sequentem, & in secunda die uel tertia clarum erit. Quod si ualde turbidum & putridum erit uinum, de unoquoque prædictorum plus aliquid ponatur. Ex acerbo autem maturum efficitur modo prædicto, quæ res etiam uinum facit boni saporis, uel clarificabitur optime, ac sit purum & odoriferum hoc modo: accipe mediam libram de bono alumine rosæ, & mediam aluminis saccharini, & subtiliter pulueriza, & pone mediam unciam de prædictis pro quolibet corbe si est parum turbidum, si est turbidum multum, pone unam, & accipe unam libram casi albi & rubei, secundum quod est uinum uiginti & quatuor corbibus, & accipe plenam manum salis albi, & tria oua recentia pro quolibet corbe, & si uinum est album non ponas uitella ouorum, si est rubeum pone totum, quibus ouis fractis in aliquo uase & fortiter agitentur, & apposita in ipsis ouis una situla aquæ fontis uel putei, & iterum agitatis & supradictis appositis rebus etiam fortiter iterum agitentur, & in dictam uegetem 24. corbium positis & cum pertica scissa cum uino optimo in uegete agitatis & permixtis donec totum fuerit turbidum, & extrahendo de subtus per secariam, in secunda die clarum erit, & usque ad octo dies quolibet die unus ciathus extrahatur, & similiter per spinam inferiorem in costis ter in die tota turbulencia extrahatur, donec consumpta fuerit. Sciendum est tamen quod antequam fiant prædicta, transuolari debet in aliud uas, & à sua mala fece liberari, postea etiam clarificari, si parum fuerit cum colatorijs

pannorum, ubi claretur & coletur.

Qualiter



Qualiter uinum album denigretur, & in alium colorem  
transmutatur. Cap. LX.

**P**ostquam uinum album de sua uindemia in aliquod uas transmutteris,  
& per unum diem residerit, in tinam ex qua uinum nigrum extractū fue-  
rit iacta, & post duos dies extrahas clarissimum & ualde rubeum. Item  
in eius uuis tot albæ, quod parum esset rubeum, uindemientur diuisim & in tina  
cum nigre primo apponantur & albæ de super, & totum nigrum erit. Palladius  
dicit utibus hanc esse naturam, ut alba uel nigra si redigatur in cinerem uinoq;  
imponatur ei unamquamque formam sui coloris imponere. Candidum uero  
reddet ex rubeo ea ratione scilicet, ut combusti sarmenti cinis modij unius men-  
sura mittatur in dolium, quod habebit amphoras decem, & triduo sic relictis co-  
operiatur, eritq; album uel nigrum quadringenta diebus exactis, uel rubificatur  
optime tempore uindemiarum, cum uuis quæ uocantur albatice, & cum labru-  
scis bene maturis cum steterint circa duodecim dies conquassatæ in aliquo uase  
si ponatur earum uinum nigrum in illud quod intendimus denigrare, & ex deni-  
grato uino plures lauentur racemi dicte albatice uel labruscæ, & est optimus  
modus ad nigrandum uinum purum & mixtum in tinis, ut cum graphi eleuati  
sunt super liquorem, quàm melius fieri potest premantur in eodem, & iterum  
bis fiat idem, & sic à corticibus uuarum nigrarum augetur. Rubificatur autem  
siue denigratur & clarificatur, & eius color mortuus reuiuiscit hoc modo, pro  
quolibet corbe accipiatur media libra seminum siccarum ebuli, & in uino calido  
mollificentur, deinde manibus uel cum pistorio pistentur, conterantur, & pluri-  
es cum uino lauentur cum opis, tartaro & bono rubeo & sale mittatur, & agi-  
tatum seruetur.

Qualiter uinum de uno sapore mutetur in alium, Cap. XLII.

**A**d condiendum mustum Græci mustum decoctum ad medietatem uel  
tertiã partem musto adiciunt, suaue de duro fieri dicunt, si hordeacei pol-  
linis ciathos duos simul cum uino subactos mittas in uini uasculo, hora  
una ibi esse patiaris, aliqui uini dulcis fecem admiscunt, uel melius postquã unus  
currus uuarum positus in tina fuerit, mell liquefactum ad ignem in bona quan-  
titate iactant, deinde quoque uue in tina ponantur, quod si puluerẽ piperis mel-  
le miscueris potes fiet, & gariophilos addideris uel aliud odoriferum eorum ac-  
quiret odorem. Idem erit, si in musto sine graphis bulliẽte ponatur uinum ad po-  
tandum suaue, sic dicunt fieri, fœniculi uel satureiæ singulorũ congruum modũ  
uino infundi ac turbari. Vinũ quoq; optimi odoris fieri intra paucos dies, si bac-  
cas myrti agrestis modo tanas siccas & tonsas mittas in cadũ ubi aliquot diebus  
sãtẽ 10. requiescere patiaris & tũc coles & utaris. Flores etiã uitis arbustini col-  
lectas in umbra siccare curabis, tũc diligẽter tonsos & tectos herbis in uasculo  
novo, et cũ uolueris tribus cadis unã florũ mensurã, quam asiriacã uocãt adijce,  
& doliũ super linias & sexto uel septimo die aperies & utaris. Potest etiã recens  
in paruiss.



in paruissimis manipulis ad funiculum ligare habentem in capite lapillum quo mergatur in uino, & tot diebus in uino suspensum teneri, donec ipsum odoriferum reddiderit, & non ultra, quia malo sapore inficeret uinum. Velut uetus efficeret de nouo, si amigdala amara & absinthiū & pini gummi & scenum græcum simul fricas quantum sufficere extimabis, & pariter fundas, etiam ex his unum ciathum in amphoram mittas. Vinum quoque asserunt ex molli forte fieri sic, altheę folia uel radices aut eius caulem teneram decoctam mitte, aut gypsum aut ciceris cochlearia duo, aut cupressi pillulas tres, aut buxi folia quantum manus capit, aut semen appij & cinerem sarmentorum, cuius uis flammæ corpus relinquit exile cum soliditate detracta, & generaliter quocunq; tempore in acerbū uel forte uinum dulcissimum poni potest, & uinum acerbū in dulce. Si dulcedo displiceat & uinum nobile in ignobile & potēs in debili, quod si uis ei addere aliquem saporem extraneū, imponere potes, quod uoles ad filum ligatū cum paruulo lapillo, & tentando gusta, & cum habet de sapore quod sufficiat, extrahere potes filum, & probatum est folium saporem optimum uino conferre.

Qualiter uinum & uasa liberentur à muffa, Caput XLII.

**S**I uinum muffam habeat uel aliam saporem malum, uitem albam cum radicibus suis accipe, & subtus botem infunde radices eius sub terra, ita quod ueniant radices eius recte ad foramen dolij desuper, & immerge ramos in uino palmo uno per foramen dolij desuper, ita quod tribus diebus ibi permaneant, & perdent illum malum odorem. Alij accipiunt uitem albam longam, & procurant quod ab uno capite infigatur, & in uase in loco spinæ fecuriæ, & flectatur ad terram, & super eam mergatur, ita quod stet firma, & aliud caput reuoluat duobus uel tribus digitis supra terram, & uidebis quotidie per poros uitis albæ muffam exire, & sic minorabitur sapor muffæ. Ad idem fac uinum panem panicij inter testas, & calidum pone super mufferos dolij. Item à muffa uinum curare fertur, si diebus pluribus pane candidissimo obturet, quod quidam dicunt totiens faciendum donec appositus panis nullatenus denigretur, uel accipiantur semina lauri, que dicuntur orbata, & bulliāt cum uino, & ponantur in uase, hoc etiam modo dicuntur liberari uasa & uina, si uinum malo sapore inficitur, & ideo melius est, ut rami lauri bulliant in caldario uini, & in uase ponatur & misceatur uinum, rami uero simul uel diuisim ligati per uendonem suspendantur in uino, ibique diebus aliquibus dimittantur, donec uinum fuerit liberatum, deinde auferantur, & hoc modo non inficitur uinum à malo sapore. Item expertus sum, quod multa nespula acerba in quatuor uel pluribus cordulis incisa per coctionem, ut descendant in uinum, & ibi per quindecim diebus uel unum mensem dimissa, optime uas liberatur & uinum. Item curari fertur, si mane & sero manipulus saluix suspendatur in uase ne uinum contingat, extracta aqua lauatur foramine optime obturato. Item à muffa uinum



muffa uinum curari fertur, si sacculus strictus plenus panico calido, in foramine dimittatur per uinum natans & aliquotiens permutetur. Item pro certo liberari dicitur, si accipitur manipulus herbae, quae uocatur morella, & in superiori parte cum corbula ligatum, in mane per uendonem in uase ponatur, taliter quod duobus digitis tantum descendat in uinum, & funiculo supra uas aliquod ligato ipsum uas optime obturatur, & sic per illum diem solummodo dimittatur, deinde de sero tollatur, & tantumdem de recenti herba ponatur, ibique usque in ortum solis diei sequentis dimittatur, & sic per tres uel quatuor uices fiat, & liberabitur uinum. Vel ponatur sacculus mundus lineus plenus sale uel gypso aut calce per uendonem cum funiculo ligatus, ut in medio uini descendat, & sic teneatur semper, & conferet. Vas muffa infectum hoc modo curatur, ponatur calx non extincta, scilicet una quartula in 12. corbium & uase bene stricto ponatur aqua uel uinum seruens in eo, & obturetur ne respiret, quo sic per aliquam horam dimisso, pluries reuoluatur, & aqua frigidata aperiat & lauetur. Vel aliter zarpus in caldario uini decoctus in uase cum feruenti uino ponatur, & fiat ut supra, & melius erit si utrunque scilicet secundum post primum fiat, & optime sine dubio curabitur. Alij dicunt quod curatur sale in uase posito, & tribus mensibus ibidem contrahere moram, idem fiet cum calce uel gypso uel cinere. Velliberabitur hoc modo, radatur optime uas interius cum gratula in rimulis & gemis cum puncta cultelli, & ab omni nigredine & muffa mundetur, & ponatur in uase 10. corbium una quarterula cinerum sarmentorum, cum omnibus prunis suis, & plus si erit nimis infectum, & ducatur cinis cum prunis tunc per singulas partes uasis, deinde claudatur uas per uendonem, in eo ponatur aqua feruens & obturetur, & ad omnes partes reuoluetur, & sic dimittatur donec cinis & aqua infrigidata erunt, & tunc optime lauetur, ultimo rotetur, cum aqua calida bene salita. Eodem modo curatur tinacia, sed quia non possunt ita claudi, cooperiantur sextorijs & pannis, ut parum respirent. Item uinum & uas a perit dicitur liberari a muffa si solum puluerizatum in subtili sacco positum per uendonem in uase ponatur, ut in medio uini pluribus diebus moretur, & non inficitur malo sapore, & una uncia in uase quinque corbium sufficit. Item dicitur uas curari cum aceto fortissimo bullito, si ex eo lauetur & aliquantulum dimittatur. Alij dicunt, si fiat ignis palarum in eo curatur, uel forte melius curabitur cum igne sarmentorum. Conseruentur uasa a muffa si cum euacuata erunt usque ad partem uini quantitatem aperiantur extrahantur & optime siccentur, uel aqua salita uel uino rorentur, uel eo non extracto si fortiter obturentur, ne uini odor fumus exhalet, & quod in multo non obtinet, ut putatur, in uase audeat remanere.

Qualiter



Qualitar prouidetur ne uinum fiat acetum, & qualiter ab acetositate liberetur. Caput XLIII.

**C**inerem de uite alba pone in uino, & non fiet acetum, ut quidam dicunt. Melius tamen precauetur, ne fiat acetum, si teneat in cella frigida, & in nis dolijs, & clausis optime ne respiret, quod si uas non est plenum, & est in loco calido, & de acetositate futura timetur, accipiat frustum lardi grossi optimi, & in alba & subtili pecia lini ligetur, & ab uno capite ligato funiculo per uendonem imittatur, & in medium uentris uini descendat, & cum uinum bibendo minuatur, ipsius lardi fiet descensus, & desuper uas claudatur, & si teneatur donec uinum consumptum fuerit, & quanto plus lardi fuerit, tanto melius preseruabitur. Ut acetum mutetur in uinum in eum semen porri debere immitti oportet. Alij dicunt quod de acetositate iuuatur super uendonem frondibus uirtis positis & saepius permutatis, lapide semper aliquo superius existente. Alij dicunt, quod si oleum oliuae ponatur in uase tantum quod operiat superficiem uini, optime ab acetositate defenditur, & cum ultima parte uini exhibit oleum & potest colligi.

Qualiter fiat acetum, Cap. XLIIII.

**A**cetum fit hoc modo, ponatur bonum uinum ita quod semiplenum sit uas, & praecipue uinum dulce in loco calido, & in uase aceto infecto, & discooperto, & fiet acetum. Item si ponas uinum clarum uel turbidum in graphis unde sit uinum extractum, & paruam quantitatem superaddis aceti, & dimittas per unum mensem uel amplius, optimum fiet acetum. Si uis cito facere, calefacies calibem uel lapidem ponatur ad solem per quatuor dies cum uino addito sale. Vel potes adhuc citius facere hoc modo, accipe quoduis uas & impla uino optimo, & bene oppila, & in caldario pleno aqua facias uas bullire diu, & statim acescit. Ad faciendum acetum fortissimum, accipe corna quando incipiunt rubescere, & centimora quae nascuntur in campis quando similiter incipiunt tumefieri, & de pignolis sepium acerbis & pulueriza omnia subtiliter simul, & tunc accipe de meliori aceto quod inuenies, & distempera & cum puluere illo, ita quod facies panes bene desiccatos, & quando uoles facere acetum fortissimum de aliquo uino, si fuerit forte uinum pone unciam i. & si fuerit debile ponas plus, secundum quod uidebitur tibi de illo pane & statim erit acetum fortissimum, uel infra octo dies. Item dicunt experti ualde si graphis uuarum uindemiarum tempore bene lauentur & a corticibus & omni immundicia purgentur, & modicum ad solem siccentur, & in aliquod uas ponantur, & medium impleatur, tantumdem uini addatur, & desuper uas claudatur fiet fortissimum acetum, cui ut puto multum proderit si grape prius madefiant aceto, & toto tempore poterit inde acetum extrahi & uinum addi. Si radices raphani siccentur & puluerizentur, & in uase ponentur fiet acetum statim. Item accipiat acetosa & siccentur & puluerizetur, & ex eo cum forti aceto fiet panis & siccentur, & in uino ponatur



ponatur, statim fiet acetum, quod etiam in mensa fieri poterit, & idem dicitur de radice raphani.

De uirtutibus aceti, Cap. XLV.

**A**Cetum frigidum & siccum est in secundo gradu, penetratiuam uirtutē habet, & diuisiuam ex sui substantia, & constrictiuā ex suis qualitatibus. Contra uomitū & fluxum sanguinis bulliant in aceto galli uel rosae uel similia. In tali aceto ponatur lana uel spongia, si sit uomitus, supra stomachū: si fluxus uentris supra renes & umbilicum. Sirupus acetosus qui fit de aceto, ualet ad simplicem tertianam & quotidianam de phlegmate salso, & ad omnes acutas febres si mane detur cum aqua calida, diuidit enim naturam cholericam, fiet autem sic: Saccharum debet resolui in aqua & aceto, & coquatur donec adhæreat taciæ. Item ualet contra omnem materiam calidam hic sirupus. Sic similiter fit de aceto quādoq; simplex, quādoq; compositum, simplex fit ex duabus partibus aceti & tertia mellis, compositum fit hoc modo, recipe radices appij, fœniculi & petroselini, & tere aliquantulum & per diem & noctem iaceant in aceto, & coque secundo simul, & postea cola & cum aceto pone mel ad tertiā partem, & coque ut supra. Scilliticum acetum sic fit, recipe scillam, & dimitte per diem & noctem in aceto stare, & coque & cola, & oportet interiora & exteriora abijci, & mediana admisceri, deinde admisce mel, & coque ut supra, si uero non habes scillam loco eius pone radices raphani, & similiter fac de eis. Datur oxymel simplex uel compositū contra frigidam naturam, sicut sirupus acetosus contra calidam, quia diuidit & digerit eam. Salsa ex aceto, saluia, petrosilino & menta & pipere, appetitum confortat. Item si carnes comedantur solummodo cum aceto appetitus confortatur. Idem uero acetum si inuenit stomachum plenum, laxat uentrem, si uero inueniat uacuum, tunc constipat. Idem ualet contra debilitatem ex egritudine, si in eo ponatur panis assus, & ex eo pane mollificato tinguantur os & nares patientis, & uenę pulsatiles in brachio, & super ipsis uenis ligetur panis prædictus. Plus ad hoc ualet, panis intinctus in succo mentæ. Valet etiā acetū contra lethargū & phrenesim, sed fiat fricatio circa uolas manuū, & plantas pedū cum aceto & sale. Auicenna autem dicit, quod acetum etiā confert adustioni ignis, quando miscet cum uino olei aut cū oleo rosato. Et cōquasatur & infunditur in eo lana non abluta, & ponitur super caput confert sodæ calidę, & oris collutio ex eo ad idem ualet. Et proprie cum albumine oui confert medicinæ dentium, & uaporatio aceti calidi, confert difficultati auditus & acuit ipsum, & aperit oppilatōes collaterales fortiter, & resoluit sonitū, & quādoq; bibitur calefactum post medicinas mortales confert ad membra.

De uino & uirtutibus eius, Cap. LXVI.

**V**Inum secundum Isaac, bonum dat corpori sanitatem, & si accipiatur secundum quod oportet quātum ualet natura sufferre, uirtutem digestiuam confortat, tam in stomacho quā in epate, quia impossibile est

M uirtute



uirtute actionem digestiuā confortari absq; calore, qui est naturalis uirtutis confortatiuus & augmentatiuus fortitudinis, nullus autem inuenitur cibus aut potus adeo naturalis uirtutis confortatiuus & augmentatiuus ut uinum propter familiaritatis consortium, quod cum natura habet, & ideo cito cōuertitur in naturalem & mundissimum sanguinem, unde uinum non solum naturalem confortat calorem, uerum etiam clarificat turbidum sanguinem: aditus corporis maxime uenarū aperit & clarificat, epatis oppilationem aufert, & aperit tenebrosam fumositatem, tristitiam generatam à corde repellit, totiusq; corporis membra confortat. Et non solum eius bonitas in corpore ostenditur, sed etiam in anima, facit enim illam obliuisci tristitiam & angustiam, & dat ei leticiam, & confortat eā ad inuestigandam subtilem rem, eiq; tribuit audaciam, neque ab ea sentiri dolorem neque laborem permittit. Est igitur conueniens omnibus ætatibus, temporibus & regionibus, cum sumptum fuerit secundum uim & consuetudinem bibentis, & secundum quod natura ferrè potest. Actio enim uini non eodem modo operatur in senibus, iuuenibus, & adolescentibus, & pueris. In senibus est secundum medicinam, quia calor uini eorum frigiditati repugnat: iuuenibus uero est secundum cibum, quia natura eius est similis nature iuuenis: adolescentibus uero & pueris est cibus & medicina, quia licet calor eorum naturalis sit fortis, substantialiter tamen non dicitur esse in perfectione propter abundantiam humiditatis eorum, proinde uinum naturali calori eorum dat augmentum & nutrimentum, & eorum desiccatur humiditatem, unde est medicina. Præterea sciendum est quod in hyeme & frigida regione conuenit uinum purum, in æstate uero calidâq; regione uinum non uinosum multumq; commixtum necessario congruit, cum corpora refrigat & humectat per aquam quæ ei est mixta, repugnat etiam aëreo calori, ne calida & sicca faciat corpora, & perducatur uelociter cibum cum sui subtilitate ad totius corporis membra. Est igitur contra duas causas contrarias iuuatiuum, calefacit enim corpora frigida, & siccat humida naturaliter, infrigidat calida & humectat sicca accidentaliter, quia cum sui subtilitate & perforatione aquam ad membra portat, quando necesse habent refrigerari & humectari. Diuersitas uini generaliter est triplex, recens scilicet unius anni, uetus quatuor annorum, & ultra, mediocre duorum annorum uel trium. Recens uero calidum est in primo gradu, unde utili frigiditati & humiditati, idcirco est cæteris nutritilius, malosq; generat humores, inopinata somnia, uentositates stomachi & intestinorum. Vnde tale uinum quodcumq; recens fuerit, non habet uim ducendi cibum per corpus, neq; urinam prouocandi, oportet igitur frigiditas & humiditas habentes naturas illud cauere, ideoq; si necessitas fuerit eligatur uinum clarissimum aquosum, diu à torculari expressum. Vetus autem uinum calidum & siccū est in quarto gradu, uinum huiusmodi habet quandam amaritudinē, parum nutrit, caput scito ascendit, & mentem percutit pro sui punctiōnis acumine, maxime si ex eo multum bibatur & ei parum aque miscatur,



ſceatur, propter hoc ergo caueant illud debiles neruos habentes, & qui ſenſus  
 acutos habent magnum eius nocumentum preſtat, niſi multam in ſuis corpo-  
 ribus humiditatem habeant, que ei reſiſtat, unde Gal. multum eſt, inquit, uinū  
 uetus conueniens hiſ, in quorum ualiſ multitudo humorum crudorum eſt ac-  
 cumulata. Vinum mediocre eſt bonum, utpote temperatum, & hoc eſt calidū  
 & ſiccum in ſecundo gradu, proinde huiuſmodi uinum eligatur, & antiquiſ-  
 ſimum ſpernatur, ſimiliter nouam uiterur, quod ab ebullitione non quieuerit,  
 nec terreſtre ad locum ſuum naturalem deſcenderit, nec quod eſt aereum ad  
 locum ſuum, id eſt quod ad ſuperiora aſcendit, nec liquor eius mundificatus &  
 lucidiſſimus apparet. Preterea ſciendum eſt, quod color, ſapor, odor & liquor,  
 debilitas & fortitudo diuerſificant uinum in eius qualitate & actione. Et color  
 quidā generaliter quadruplex eſt, albus & niger, qui ſunt ſimplices, rubeus &  
 amœnus, qui ſunt ex hiſ compoſiti. Sunt & alij colores inter hoſ ſcilicet glau-  
 cus & roſeus, qui ſunt inter rubeum & album, & pallidus & ſubpallidus, qui ſunt  
 inter aureum & citrinum. Qui omnes hoc modo generantur: Vinum quoq; de  
 albis uuis factum primo eſt album pro aquoſitate & cruditate & defectione ſui  
 coloris naturalis, ſed cum aliquantulum inueterauerit, ut unum annum tranſie-  
 rit, color eius confortatur, & ipſius humiditas minuitur, ſitq; coloris ſubalbidus,  
 quod ſi plus inueterauerit, ut duos tranſeat annos multo plus calor eius cōfor-  
 tatur, eiſq; humiditas minuitur, ſitq; color eius pallidus, quod ſi plus fiat ue-  
 tus, ut quatuor annos excedat, ſuamq; digeſtionem compleat, & naturalis cali-  
 ditas in ſtatum uenerit colorem habebit rubedini uicinum. Cumq; uinum tranſie-  
 rit unum annum confortat color & digeſtio eiſ, & ſit roſei coloris, & ſi du-  
 os annos tranſeat, & ſuam digeſtionem compleat & uirtutem, ruſum habebit  
 colorem. Quod ſi uinum fuerit ex uuis nigris in initio eſt nigerrimum & obſcu-  
 rum, propter terreſtrem partem ſibi dominantem, & defectionem ſui caloris  
 & digeſtionis. Quod ſi uinum tranſierit annum, eiſq; calor & digeſtio confor-  
 tatur, & deſcendit terreſtrum ad locum ſuum, & maxime clarificatur, ſit inter ru-  
 beum & nigrum mediocre. Si autem tranſierit annos duos, & eiſ calor com-  
 pletur & digeſtionem, & deſcendat terreſtre ad inferiora, &  
 clarificatum ſit, ſit rubei coloris. Palam ergo intelligimus uinum albū & nigrū  
 minus cæteris apta, ſed album magis quam nigrum humiditatis & aquoſitatis  
 habet, nigrū uero terreſtreitatis & groſſitiei. Diuerſitas uini eſt propter ſapo-  
 rem, quia aliud eſt dulce, aliud ponticum ſiue acerbum, aliud inſpidum, aliud  
 forte. Dulce calidum eſt in ſecundo gradu, ſiccum in primo, aliquantulum hu-  
 miditatis habet, unde eſt groſſum & illaudabile in ſua actione, niſi quia uentrem  
 ſoluit, quia in omni re dulci eſt uis laxatiua & colatiua, quod uinum ſi aliquid in-  
 uenerit, quod ſuæ actioni ſit contrarium, & cohibetur adherendum ſibi, & ca-  
 leſcit & bulit, aſcenditq; ad ſuperiorem partem ſtomachi, & in cholericos humo-  
 res conuertitur, ſitim generat & uentofitatem inflatiuam, oppilationem ſple-  
 nis &



nis & epatis, & lapidem in renibus creat, ac maximè si membra in talibus passio-  
 nibus præparata inuenerit, aut digestiuam uirtutem debilem. Propter hoc caue-  
 ant illud ij quibus grossa & humida natura dominat, sua enim grossitie facile sub-  
 tiles uenas oppilat epatis, sed pulmone non nocet, quia non transit ad eum, nisi  
 quod de ipso est subtilius, quia uenas pulmonis que ualde late sunt oppilare nõ  
 potest. Sed cum uinum dulce ruborem & claritatem habens bibitũ fuerit quan-  
 tum oportet & secundũ quod naturæ sufficit, conueniens est ab ægritudine exe-  
 untibus, & quibus necessaria est multitudo nutrimenti. Ponticũ uero uinũ quod  
 acerbum dicitur, durius, clarius & grauius est tardiusq; digeritur, uenas quoq;  
 difficiliter permeat quàm dulce, quia dulce calidius est, & acceptabiliorem ha-  
 bet saporem, unde difficile est ad perforandas uenas, neque digestionem neq; su-  
 dorem prouocat, non ergo bonum sanguinem generat, uentrem & intestina cõ-  
 fortat. Vinum autem insipidum melius est pontico, quia temperatũ est ad com-  
 parationem pontici, unde congruit calidas complexionibus, maxime  
 stomacho, parum tamen nutrit, citoq; urinam eijcit. Vinum fortissimum est cum  
 etis calidius, & fortioris actionis, citoq; caput ascendit, & bullire & seruere facit  
 corporis humiditatẽ. Vnde fumus ascendens à stomacho nocet cerebro, men-  
 temq; percutit, necesse est ergo ut illud caueant calidas complexionibus habetes,  
 nisi multum fuerit commixtum, & quantũ oportet & decet accipiatur, & secun-  
 dum quod conuenit ætatibus, regionibus & consuetudinibus laudabilius, quia  
 grossos humores dissoluit, & uias uenarum à putredine mundificat, atq; sangui-  
 nem clarificat, senibus autem & qui eorum ætatibus uiciantur propter superflui-  
 tatum coadunationem in eorum corporibus est huiusmodi uinum opportunum,  
 maxime si puritati fuerit uicinum, quia eorum calorem confortat crudorumq;  
 humorum abundantiam dissoluit, conuenit enim his quibus grossi humores &  
 crudi collecti fuerint. Diuersitas uini propter liquorẽ est, quia aut subtile aquo-  
 sum, aut terestre grossum, aut mediocre: uinum autem subtile aquosum semper  
 inuenitur cum albedine & claritate, unde facile in stomacho digeritur & uenas  
 perforat, urinam prouocat, ideoq; est utile febricitantibus quia non fortiter ca-  
 lefacit, neq; mentem percutit, nullum etiam cerebro uel neruo nocentũ in-  
 fert, & si mixtum non fuerit erit melius, maxime ad extenuandam sitim. Vinum  
 terreste & grossum oppositum est subtili aquoso, unde stomachũ grauat, quia  
 durum est ad digestionem faciendam, & difficile ad perforandum uenas, urinam  
 non prouocat & tarde ad caput ascendit propter sui grauedinem & duritiem, &  
 idcirco facit ebrietatem facile. Item uinum quoddam est odoriferum, quod ci-  
 to sensum odorabilem in pellicula cerebri stantem perforat, propter sui lenita-  
 tem. Quoddam est nullius odoris, & propter grossitiem & grauitatem sui, &  
 quoddam est horribilem habens odorem. Vinum odoriferum suum significat  
 liquorem temperatum esse & subtilem ab omni forde mundificatum, penitusq;  
 digestum, unde clarum sanguinem generat, laudabilem & mundũ, cordisq; con-  
 fortatiuum



fortatium est, animamq; lætificat, tristitiam & angustiam expellit, quoniã mundificat sanguinem à putredine in corde existentem, propterea huiusmodi uinũ omnibus ætatibus & complexionibus conueniens est, & sic accipiatur secundũ quod oportet & secundum quod natura sustinet. Præterea mutat uitium anime in uirtutem, quia auertit eam ab impietate in pietatem, ab auaritia in largitatem, à superbia in humilitatem, à pigritia ad alacritatem, de timore ad audaciam, ab ignauiã ad facundiam, astutiã & ingenium: sed hoc fit cum tẽperate pro ut oportet bibitur, sed si usq; ad ebrietatem potetur, generabitur supradictis cõtrarium, quia ebrietas rationalis anime lumẽ extinguuit, unde permanet caput ut nauis in mari sine gubernatione, & militia sine rectore. Vinum uero nullius odoris innuit sue fumositatis grossitiem & grauitatem & indigestibilitatem, idcirco nullius est nutrimenti, & turbidum & grossum sanguinem generat, & fumum turbidum & obscurum, quare fit causa tristitię, sed non cito caput ascendit. Vinum autem grauem & horribilem odorem habens, pessimũ est, nam sui odoris horribilitate & grauitate cerebro nocet, & mentem percutit, & neruis cerebriq; pelliculis læsionem infert, & pessimum sanguinem, & maxime si est ponticum.

## PET. DE CRESCEN

TIIS DE ARBORVM NATVRA ET DE UTILI  
tate fructuum ipsarum, LIB. V.



Vperius in libro secundo multa de arboribus generaliter dixi, cum de natura plantarum & cuiuslibet generis agrorum cultu communi sermone locutus fui. Nunc autem in hoc libro quinto specialiter de singulis arboribus est tractandum, uerum quia quædam sunt ipsis communia, quædam propria, primo generaliter loquar de omni cultu sermone communi, postea uero dicetur de cultu singularum arborum, quę in nostris inueniuntur regionibus, secundum ordinem alphabeti, ut facilius uniuscuiusq; tractatus inueniatur, & primo de fructiferis latius, ultimo uero de infructiferis & earũ utilitatibus breuiter pertrāsire intēdo. Dicam itaque de fructiferis quot sunt, & de diuersitatibus earum, & qualē terram desiderant, qualiter plantantur, & quando, qualiterq; inserantur, & qualiter colantur, & qualiter seruentur seu formentur, & qualiter à nocementis liberentur. Item de fructibus earum qualiter colligantur, & quando & qualiter seruari possint, & quod ex eis fieri potest, & de uirtutibus quas habent in corporibus humanis.

M 3 Dearbori



**D**escriptiones arborum & diuersitates earum narrare in communi non expedit, quia satis unicuique notae sunt in regione propria, & per singulares earum tractatus inuenitur, aërem uero quaedam calidum ualde desiderant, ut piper & palma, quaedam frigidum ut castaneae, plurimae uero temperatum ut fere omnes, quaedam in omni aëre uiuunt, ut malus, pirus, & quaedam aliae, & quaedam desiderant terram ualde pinguem, ut morus & ficus & similes, quaedam macram & sabulosam, ut palma & pinus. In hoc tamen omnes arbores conueniunt, quod desiderant terram in superficie siccam, in uisceribus humectam, ad quam dirigantur radices earum, magna quippe corpora arborum multum desiderant cibum, praecipue corpora domesticarum, quarum fructus ex magnis & pluribus singulis desiderant annis. Qualiter autem plantentur, & quando & qualiter inferantur sufficienter dictum est in libro secundo. Considerandae sunt hoc modo: circa autumnum oportet fodere terram circa eas usque ad denudationem radicum, & aliquid imponi laetaminis, ut hoc ipsum ablaqueatis arboribus per pluuiae fluxum radicibus apportetur. Quod si nimium sabulosa est terra, conuenienter recipiat terram uel cretam pinguedinem. Et si nimis cretosa est, eidem sabulum loco simi ponatur. Haec autem non solum stipiti apponenda, sed tribus quatuor uel quinque pedibus circunquaque secundum magnitudinem arborum & radicum, & cum terra quae ibi primo fuerat congrue misceatur, quod si hoc usque ad extensionem radicū fieret sine dubio plurima arbori iuuamen afferret, ex his enim emendato nutrimento nitidior efficeret arbor, & redit ad ipsam aliquid iuuentutis ex tali cibo, propter quod in loco inter duras aquas sito proueniunt arbores, aut in loco qui est supra riuos, & talium arborum planior & subtilior est cortex, & rami magis confortati & exaltati quam aliarum. In loco etiam decliui ad quem fluit humor de montibus & pinguedo, propter simile humoris abundantiam, nam in uallis uisceribus optime colitur ager conuersus, & nobilitat arbores locus talis. Si autem aliud habere non possit pro canale inducatur riuus, qui quandoque clausus ad radices arborum inundet, & reddat terrae uiscera humecta. Sin autem & haec fieri apte non possint, neque terra sit bona, proueniunt arbores cito spissos & hispidos habentes cortices, quia sua spissitudine incrementum & fructum arborum impediunt. Formandae sunt arbores ut antequam plantentur siquidem parua fuerit planta ab ea omnes circumstantes rescindantur ramusculi, & sola summitate relicta ponatur in scrobem. Si uero magna sit planta ab ea omnibus prorsus amputatis ramis & solo stipite eidem relicto, plantetur. Si uero fuerit insita, quae duos habet stipites debitor auferatur, ut letior relictus solus in arborem erigatur, nisi sit forsitan ficus uel malus punicus uel similis, quae potest unum uel duos uel plures habere comode stipites, pro domini uoluntate. Cum planta uero comprehenderit usque ad triennium non



um non putetur, nisi forsan loco incongruo nascerentur in ea ramusculi adeo  
 leti quod summitati eius optatum augmentū nutrimenta subducant, quo casu  
 tales, relictis ceteris, tanquam totius arboris inimici tollantur: post prenarra-  
 tam ætatem putentur quæcunque in parte stipitis natæ erunt, uel minus secun-  
 dum naturam arboris, & pinguedinem uel macredinem, ut in pingui solo alti-  
 us, in exili depressius erigatur, ibi ramorum diuisio in partes congruas procu-  
 retur. Si stipes sursum directus non perrexerit, pertica cum uinculis corriga-  
 tur, & si diuisus supra truncum in partes non fecerit ramum, cuius summitas sur-  
 sum directa cælum aspiciat, idoneorum sensim leuetur in altum, & directæ perti-  
 cæ alligetur. Quod si commode fieri poterit, nihil utilius erit quàm plantā præ-  
 scindere ubi conueniens ramus nasci speratur, ut cum natus erit & conualuerit  
 leuibus uinculis alligetur, ut quod sponte noluit faciat iusticia uiolenta coactus,  
 deinde per tempora ubi rami nimium spissi aut scabri aut non conuenientibus na-  
 scantur locis, duris & acutis ferramentis ab arbore rescindantur, & si aliquā cœ-  
 li plagam deserentes ad quasdam se conspirantes contulerint, à prauo proposi-  
 to reuocati desertum locum inhabitare cogantur. Si uero superbiēs humor per  
 latera non diffundēs ramos in altum extulerit, in eo rescindatur loco ubi fragra  
 sint conuenientius processura. Sic ergo ab adolescentia eius usque ad debitum  
 complementum procurretur sollicitè ut stipes in ramos, & rami in uirgas & uir-  
 ge in fragra fructifera diuidantur. Deinde cum minorata uirtute aut succeden-  
 te senescentis arboris impotentia pondere fructuum rami rumpuntur, aut humo-  
 re deficiente areseunt, & alternis tantum proferantur annis, amputet ab ea om-  
 ne ramorū superfluū & importabile pondus, ut non totus humor necessario sed  
 pars potius in substantiā conuertat ramorum, & alia nutrimento fructuū ne pe-  
 reant tribuatur. Considerare tamen oportet quantitatem nutrimenti sufficiens  
 quod potest prestare locus generationis arborū, in ea enim proportione oportet  
 defalcari de uirgis & ramis ut non relinquatur nisi tot quot nutrimentū suffi-  
 ciens possit ex loco. Si autem ita non fiat, erunt arbores intermissis annis ferētes  
 fructus, & non satis facient cultori ad uotum. Dictæ aut putationes & formatio-  
 nes fieri possunt à principio Nouembris usque ad finē Martij, ut naturalis & ma-  
 gis proprie loquar, à tempore casus foliorū, (excepto tēpore frigoris maioris)  
 usque quo incipiūt pullulare. Accidit quādoque nouellis plantis ut quasi arescāt,  
 propter uehementē intemperantiā est solis, quibus subuenire oportet fossione  
 atque irrigatione frequenti, obiectis etiam defendantur umbraculis, & stramini-  
 bus ligatis ad plantam, uel luxuriosis frōdibus & herbis, uel uiscosa emplastren-  
 tur argilla, uel seuo aut oleo, uel unguento frigido cortices limiantur australes.  
 Formicæ præterea plantam insitam teneram conualescētē inuadere cōsueue-  
 runt, & in frondibus quibusdā ab eis generatis uermiculis folia contrahere, ra-  
 musculorū etiam impedire augmentū, cui subuēiendum est inter cisis folijs, que  
 læsa & contracta perspicis, à uermiculis diligenter manuum, seu digitorum



constrictione purgentur: quo facto, ab eis importunis hostibus plantula libera-  
 ta in altum tuta conscendit. Et ut plantis paruis uel magnis, aut etiam fructuū le-  
 ctioribus ascendentes formicę præfatam aut aliam non inferant læsionem eisdē,  
 ne rursus repetere possint, tale obstaculum faciamus, succum portulacę cum  
 aceti media parte permixtum præcepit Palladius debere infundi, uel uini feci-  
 bus truncum arboris illiniri, aut rubrica cum pice liquida, sed moderate pro  
 arboris robore, ne idem quod pro remedio exhibitum est fiat uenenum. Vel  
 quod puto melius, uellus lanę aut lini uel fœni aut paleę quantitas circa stipitē  
 in altiori dictarum parte ligetur, in inferiori sparsim, & quasi pectinata penden-  
 te. Vel fiat uas figuli rotundum & latum, in cuius medio sit amplum foramen  
 per quod planta figatur, sitq; ut aquā undique possit sine effusione tenere, ut  
 ad plantam formicę accedere non possint, sic enim earum nocius exercitus à  
 solito impeditus ascensu inuitus ab arbore deuiabit. Alij dicunt, quod si arbor  
 cordula siriaca oleo uncta cingatur, prohibetur formicarum ascensus. Prę om-  
 nibus autem cauendum est ab animalium ingressu, quia illa plurimumq; plantas  
 rodunt, ex quo planta plurimum contristatur & quandoq; arefcit, aut nimis no-  
 dosa efficitur, ita quod substantiam eius crescere impedit, & fructificare nō per-  
 mittit. Quod si est in tali loco quod ab ingressu animalium defendi non possit,  
 affixo eodem congruo palo spinis pungentibus muniatur. Contra impulsus &  
 rabiem uentorum, quibus nouellę insitiones & maxime in locis eminentibus sa-  
 ctę facile dissipantur, unicuique uirgę insitę conueniens adminiculum spissis  
 uinculis alligetur, & si facta fuerit insitio scisso trunco, duplici uinculo cum ad-  
 miniculis relinquatur æstate. Surculum uero inter corticem lignumq; depor-  
 situm oportet triennio sub adminiculorum custodia remanere. Oportet au-  
 tem in omni arbore attendere, ne spuria in arbore nata, aut ex radicibus iuxta  
 stipitem erumpentia permittantur, quoniam illorum nutrimentum subtrahitur  
 arbori, & cum conualuerit & multiplicata fuerint arefcit arbor, primum qui-  
 dem in ramis, postea uero in stipite, oportet igitur talia in principijs amputare,  
 amputanda etiam sunt in ramis quęcunque in uirgis aruerint. Accidit eti-  
 am plurimum arboribus, quod humor superfluous indigestus expellitur ad cor-  
 ticem, ut ad cutem in hominibus & animalibus, idq; plurimum uidemus, cuius  
 putrefactio uermes generat, qui arboris salutem nequiter prosequuntur, ideo-  
 que cum in aliqua parte stipitis corticem tumefieri uides, illico locum scinde, ut  
 inde uirus noxium elabatur. Quod si iam uermes creauerit, unco ferreo curabis  
 auferre, si uero perpenderit in plurimis locis humores indigestos, & uides cor-  
 ticem uitiari, præstat in quibusdam scindi locis ab alto stipitis usque ad iridium, ut  
 putrescentia in ipsa durefcant. Si languida est arbor, ut fructus uermiculosos aut  
 lapidosi generis ferat, uitio forsan humoris, à malitia qualitatis terrę prodeūtis,  
 sublata terra circa partem radicum, alia melioris addatur saporis, & perforato  
 circa terram stipite, cuneus ex quercu foramini imprimatur seu insigatur,  
 quod



quod etiam agendum puto, cum in arbore adeò nutrimentum abundat, quod calor naturalis eiusdem quasi extinctus diminuta digestionem succum inspirare ad debitam fructuum generationem nō potest, ideoq; luxuriare cogitur in multitudine foliorum. Sed nascuntur super arbores aliæ plantæ capillares, uirides, studium autē est radere aliquid de hispiditate corticis, & deponere uiridia de super nata, & sæpius stercorare radices maiores, & inscindere eas bene apte & imponere lapidem in scissuram, ut melius attrahendo possint restaurare tempore humido sitim quàm ex ariditate agri patiuntur. Si autem terra nimis conculcata est, aut magnas habeat herbas, & profundas radices habentes plurimū generat impedimentum, consolidata enim terra non permittit ad radices descendere humorem, & sua compressione implet & obturat poros radicum & extrahere nutrimentum non potest, impedit etiam euaporationem, quæ ab inferioribus sit ad radices pertingere, eo quod uaporis debilis calor tantam uirtutem spissitudinis loci penetrare non ualeat. Huic autem impedimento fossione succurritur, non aratione, quoniam aratri continnus sulcus multam infert radicibus lesionem. Herbe autem magnæ quæ radicibus usque ad ima pertingunt, præripiunt nutrimenta arboribus, eo quod habent radices molliores & rariore quàm arbores, & ideo citius attrahunt nutrimentum. Oportet igitur eradicare illas, & radicitus euelli, sed forte quia loco denudato penitus ab herbis indelectabilis nimis efficitur, dimitti possunt gramina subtilia, sicut fila illa quæ non nisi de suprema superficie nutrimentum trahunt. Horum igitur graminum nocuum, aut omnino nullum est, aut non tantum de quo sit curandū. Plurimum autem nocet erucarum genus, folia & quicquid uiriditatis in eis est corrodens, & flores dissipans, ut omnino fructus pereat. Igitur in Decembri Ianuario & Februario ipsorum oua quæ super ramusculis sunt quibusdā telis inuoluta, priusquàm nascant optime colligantur, & igne cumentur, quia concussione aut concussione uix omnia deleri possunt, sed ignis cuncta cōsumit. Accidit etiam plerunq; pirus in decrepita etate, ut duritie corticis radicum attrahere nutrimentum non possunt sufficiens ad nutrimentum ramorum arborum & fructuum, quare sequitur ut alternis aut rarioribus annis serant fructum, scindantur ergo per medium grossiores radices arboris, & inscissura ne claudi possint fluuiales immittant lapilli, ut humor sufficienter digestus, qui per compactum corticem subintrare non poterat, per scissuram aperti ingrediatur meatus. Ramorū etiā superfluous adeò minuat numerus, quod succus attractus sufficere possit nutrimento fructuū & ramorū. Arboribus ergo prædictis modis excultis, si ager est nimis humidus, proferent arbores fructus uermiculosos, eo quod humidum cōceptū indigestū putrescit interius, à qua putredine cum subtile humidū uapore incipit, animal de genere uermiū procreat, quod postea arboris fructum corrodit, & inutilem reddit, cuius signum est, quod semper in loco seminis ubi subtilior est humor uermis generatur, oportet igitur (si possibile est) ut pro-

portiona-



proportionabiliter exiccetur locus, ut plantę non ultra modum cibentur. Si autem forte faciliter fieri non poterit, perforentur stipites arboris iuxta terrā, ubi ad stipitem uniuntur radices maiores, ut per foramen illud stillentur humor superfluus, & tunc curabuntur fructus. Si autem e contrario aridus est locus & exilis, ita quod cultu curari uix potest, arbores efficiuntur spinosę, & fructus afferent paruos & acidos, & ideo a talibus locis plantę excidendę sunt. Fructus colligentur sine ramorum fractura, & colligentis euitatio casu precipiti in arboribus, quorum fructus periculis non excutiuntur, si rami altiōres debiles sint congruis funibus cum fortioribus alligentur, inferiores uero longis secundū quod sufficiat, scalionibus ligentur cum uncino ferreo bene firmante ab utroque capite, cuius unum caput ad ramum inferiorem debilem colligendum ponatur, aliud uero ad superiorem ramum fortem ubi melius aptabitur & confirmetur. Leguntur autem fructus & pręcipue pira diuersis temporibus secundum diuersitatem maturationis eorum, hac consideratione adhibita, ut hi qui tempore maturantur æstiuo, tunc legantur cum odore, sapore & colore sibi attributis maturitatem fatentur, qui si aliquantulum ante legantur uidelicet cum prima indicia maturitatis apparuerint diebus pluribus seruabuntur ad usum, quam hi qui fuerunt ultima maturatione collecti, qui uero in fine maturantur autumni ad usum ueris uel saltem hyemis seruaturi Octobri mense legantur, sereno & sicco tempore existente, cum luna sui fulgoris minuta potitur ætate. Et hæc de arboribus in commune dixisse sufficiat.

#### De Amygdalo.

**A**mygdalus est arbor satis nota, & eius quidem diuersitates in fructu diguntur, quoniam quędam faciunt fructus dulces, quędam amaros; dulces usui hominum in cibo competunt, amari quia sunt calidiores magis competunt usui medicinę. Item quędam sunt grossum & durū ualde habentes corticem, & quędam subtilem amant aërem calidissimū, licet in temperato prouenient, in terris calidis multū fructū ferunt, propter abundantiam sui humoris, ut ait Albertus. In terris autem frigidis inspissatus est succus eius, ita quod fructui non est habilis. Et ideo in terris multum frigidis natus, aut omnino perit, aut parum uel nihil fructificat, & fructus eius non diu durat. Sed in hoc genere nil utilius est quam seminarium facere, formemus seu fodiemus ergo altam secundum Palladium sesquipede aream, uel secundum Albertum duobus pedibus, mihi autem unius pedis fossio satis sufficiens esse uidetur, deinde in ipsa area seu seminario obruemus amygdala non amplius quatuor digitorum, ita quod cacumina figamus in terrā, spacio inter se binorū pedū, uel unius solūmodo separata. Sed ipsa amygdala ad ponendū grandia legamus, & noua nō nimis grossam testā habentia, quę antequā ponamus in mulla maceremus multū aqua ta, ne germē extinguat ex multo melle mordacitas. Alij eas nuces prius liquido fimo per



fimo per triduum macerant, demum die ac nocte eas stare patiuntur in mulla, sed que suspicionem tantum possit habere dulcedinis. Terra autem seminarij debet habere letamen admixtum, cui etiam multum proderit si sabulū admisceatur, ut terra sit soluta & mollis. Cum uero in seminario disposita erunt, si siccitas interuenerit, ter in mense conuenienti aqua rigemus, herbis circumstantibus sepe purgantes. Est autem diligentis cultoris unicuique nuci eius positæ signū paruum infigere, ut seminarium sine lesione germinum antequam supra terram emittat uel emineat fodi possit. Proderit etiā multo seminario si antequam in eo ponatur amygdala terra noua quæ subtus fuerat desuper eleuet, & optime pulverizata semina recipiat. Cum in seminario adoleuerit duobus annis elapsis prædictis mensibus transferantur ad locum ubi perpetuo stare debent. Statuendæ autem sunt ut ad meridiem spectent uiginti aut quindecim pedibus ab inuicem separate. Inseritur mense Decembri & Ianuario & locis frigidis Febuario. Si surculos colligis & condas antequam germinent, utiles autem sunt qui de summitate sumuntur, sub cortice inseruntur & in trunco, in se, in persico & in pruno. Sed eius insitio non est ita utilis, ut satio, ut ait Albertus. Primo anno quo plantatur ut optime conualescat à mense Febuario usque ad Octobrem singulis circumfodiatur mensibus, & herbis iam nascentibus liberentur, uel quater ad minus dicto tempore cum terra non nimis mollis est, ut in puluerē aliquid humoris habentem conuertatur, & imbres accipere possit, quia conculcata nimium terra denegat humorem. Tempore autem florum non fodiantur, quia flos eius facile fossura excutitur, ut idem dicit, si terra eius macra fuerit in autumno effosa letamen accipiat, si nimium sabulosa, lapides uel letamen & creatam accipiat. Formari autem debet, ut supra dixi, cum in communi de formatione arborum locutus fui. Sit autem uno solo stipite contenta, qui primos ramos à sex pedibus usque ad octo uel decem erigatur à terra usque ad primos ramos. Eidem multa nocumenta emergunt, quæ alijs arboribus pluribus eueniunt & earum cura superius est sufficienter inserta. Præterea accidit eis si rodantur quod fiunt fructus earum amari, ideo plurimum sunt à pecore seruandæ. Item cum timetur ne pluuia seu pruina lædantur, nudentur radices earum antequam floreat, ut Martialis asseruit. Albertus uero addit, quod lapidibus albis paruis cum arena grossa operiant. Et si de pruina non timeat submoueat arena & reponatur humus. Teneras nuces creare dicit Palladius Martiale asseruisse, si ante florem radicibus ablaqueatis aqua calida per dies aliquot inferatur. Ex amaris dulces fiunt, si circumfosso stipite tribus digitis fiat à radice cæterna, per quā noxius humor exudet, uel medius terebret truncus, & melle ligni cuneus oblinitus imprimat, uel si etiā circa radices ouis sterqus aut parui suis infundas, ut Palladius ait. Infixos clauos plurimū iuuat fructus, & maxime si aurei sunt, ut ait Albertus. Si nō feraces uero sunt tede cuneum terebrata radice immergamus seu iungamus, uel si silicē inseramus, ut cortice tegēte claudat. Hęc arbor hoc



arbor hoc habet proprium quod in senectute plus fructificat, eo quod humor eius tunc a calore non exiccetur, sicut in iuuentute. Fructus eius colliguntur per ticcis excussi cum maturi sint, licet acerbi & adhuc teneri appetentur a mulieribus & maxime pregnantibus cum multa auiditate. Matura autem sunt amygdala cum cortex extra testam existens apertus separatur ab ea, decoriata autem si aqua salsa lauentur candida fiunt & duratura, sed & sine aliqua industria uel cura seruantur in longum, si fuerint exiccata. Si difficulter corium amittant, paleis obruta, continuo relaxabunt. Ex uirgis amygdalis fiunt optimæ uirge clauorum quibus utuntur milites. Item ex stipite earum iuxta radices fiunt fortissimi mallei ad scindēda ligna. Amygdala dulcia calida sunt, in medio primi gradus, uiridia teneriora & laudabiliora sunt quàm sicca, propter earum humiditatem, idcirco si sicca in aqua calida una nocte excorticata iacent, fiunt in actione uiridibus uicina. Et si uiridia priusquam habeant aperturam edantur gingiuas confortant, & stomachi dolorem uel calorem refrigerant. Dioscorides confirmat, & addit quod caput grauant, caliginem nutriunt, uenerem accendunt, somnum faciunt, & ebrietati resistunt. Amygdala amara calida est & sicca in secūdo gradu, ualet contra asthma & tussim ex frigiditate cum saccharo ad reprimendū earum amaritudinem. Oleum ipsarum ualet contra surditatem & saniem in auribus immissum. Item ualet contra lumbricos cum farina lupinorum super umbilicum posita. Idem ualet ad menstrua prouocanda cum triphora magna suppositorium factum. Auicenna dicit, quod amygdala amara sua proprietate interficiunt uulpem, si cum aliquo cibo comedantur ab eo. Item conferunt posita super panum, contra lentigines, cicatrices & percussiones, & applanant cōtritio nem faciei, & cum radix coquitur & linitur super panum est medicina fortis. Et cortex & folia sunt mundificatiua & extenuatiua & sanatiua, ut dicit Diosc. & comedere amygdala dulcia, impinguat. Galenus uero dicit, quod aperiunt opilationes epatis mirabili apertione amara amigdala.

## De Auellana.

**A**Vellanæ notæ sunt, ex his quædam sunt syluestres, quæ nascuntur in nemoribus, quædam domesticæ. Syluestres sunt paruæ saporosæ, grossam testam habentes: domesticæ quædam sunt rotundæ grossæ, & quædam longæ, ex quibus longæ saporosiores sunt, & citius maturantur. Omnes tamen maturitatem fatentur cum suis folliculis spoliantur, & cum fuerint ad solem siccatae possunt diu seruari. In omni serè aère proueniunt, loco gaudent macro, frigido, humido, sabuloso, licet in omni genere terræ serè nascantur & conualescant. Ponendæ sunt autem nucibus suis, nec amplius duobus digitis terra super eas ducenda est, melius autem plantis & sabulo proueniunt. Mense Februario plantandæ sunt, licet mense Martio & Octobri & Nouembri plantari possunt & conualescant. Ex ligno huiusmodi arboris fiunt optimi circuli uasorum uini, & arcus



arcus ad sagittandum satis boni. Auellanæ sunt calidæ & parum siccæ, & nucibus frigidiores & potentiores, earū enim corpora sunt solidiora & spissiora, uentositate carentia, ideoq; plus ad descendendum ex uentre nucibus sunt nutritiæ, tamen tardiores ad digerendum & ad descendendum ex uentre, inflationem in corpore generant, maxime si cum interiori corticula comedantur, ablata ea sunt utiliores, digestibiliores, et utiles antiquam habentibus tussim, præcipue si pistatæ cum melle esuident. Itē eius cortex est stipticus & stringit uentrē.

## De Berberis.

**B**erberi est fructus cuiusdam arboris paruæ ualdæ spinosæ, similis arbori mali granati, & sunt rotundi, rubei quasi nigri, ut fructus spinæ albe, aliquantulum oblongi quasi subnigri, plantantur ut mala punica. Frigidi sunt & sicci in secundo gradu, ualent contra febrilem dispositionem: Siccus ex eis & saccharo factus, contra calefactionem epatis. Puluis eorū cum succo solatri conficiatur, & supponatur epati. Auicenna dicit, quod sint frigidi & sicci in tertio gradu. Dicit etiam & sunt uincentes choleram & extinguunt sitim ualde huiusmodi fructus. Arbustula optima est pro clausuris & sepibus si haberetur plantarum copia, quæ quidem per sationem fructus uel seminis eius facile haberi potest.

## De Ceraso.



**C**erasus est arbor nota, & desiderat aërem frigidum & temperatum, calidum uero sustinere non potest, in tepidis tamen regionibus parua proueniunt, cerasi montana uel in collibus uel prope montes cōstituta regione lætantur, solum autem desiderant positionis humectæ. Quædam sunt dulcia, quædam pontica, & hæc magnam faciunt arborē, & sua sponte directe sursum ascendunt, & hæc proprie dicuntur cerasa. Alia uero sunt ualde acria, & hæc minorem faciunt arborem, & sursum non diriguntur, sed solummodo per latera diffundunt, & hæc uocant uulgo ma-

rene siue marcesche, quæ multas plantas in circuitu faciūt super radices, ad plantandum habiles, plantantur semine eius posito tēpore Octobris uel Nouembris, uirgultis eitam ipsius paruulis positis, affirmat a Palladio facile in arborem proficere, quæ autem seminibus plantatæ fuerint prædictis mensibus transplantantur. Inferitur mense Nouembri, uel si necesse fuerit extremo Ianuario. Ego autem inueni eius insitionem factam tempore Februarii & Martio optime prouenire, licet sit melius, & omnium arborum germina habentium insitio, quando humor uel his nondum est uel fluere desinit. Varro scribit, quod inferitur temporibus brumalibus, hoc est à die duodecima Decembris usque ad calendas Februarij



bruarij. Inferitur autem optime sub cortice & trunco fisso & in summitatibus eius, sed qui in trunco inferuntur omnem lanuginem auferre debebunt. Inferitur in se, in pruno uel in platano, & ut quidam dicunt, in populo, amant scrobes altas, & spacia largiora uidelicet triginta uel quadraginta pedum, & assiduas fossiones, putari in eis putrida & sicca debebunt, & que pressius arctata protulit, ut areseant. Fimum non amat, atque inde degenerat, formantur ut stipites dulcium ab octo pedibus usque ad duodecim erigatur à terra, plus etiam uel minus, secundum quod in læto solo fuerit uel exili. Stipes uero marinarum acrius, sex pedibus uel circa eleuentur à terra. Si cerasus humore excepto putrescat in trunco foramen accipiat. Si formicas patitur uel alio modo lædatur ei subueniendum est ut supra dixi cum locutus fui de arboribus in communi. Cerasa non aliter quam in sole siccata seruantur. Ut sine ossibus nascantur sic fieri debere asserit Martialis, arborum teneram ad duos pedes rescindens, & eam usque ad radicem findens, medullam partis utriusque abraderet ferro curabis, & statim utrasque partes uinculo stringes & oblines, fimo summam partem uel creta, & laterum diuisuras, post annum solidatur cortex uel cicatrix. Hanc plantam surculis qui adhuc fructum non attulerint inferis, & ex his absque ossibus poma nascuntur. Cerasa dulcia cito de stomacho descendunt, & earum iuuamento stomacho est paruum, & pontica faciunt contrarium harum, acetosa uero desiccant plus quam pontica, & cum hoc incidunt & conferunt stomacho phlegmatico pleno superfluitate. Dioscorides autem dicit, quod humida molliunt uentrem, & sicca retinet eum, gummi eius cum uino & aqua mixtum curat tussim antiquam, & meliorem reddit colorem faciei, & acuit uisum, prouocat appetitum, & cum uino solo confert lapidi.

## De Castanea.



**C**astanea est arbor nota. Ex his quedam sunt domestice, quedam syluestres, & domestice sunt mediocres fructus facientes qui castaneæ dicuntur, & quedam faciunt fructus ualde grossos, quos Mediolanenses marronas uocant. Diligunt cœli statum frigidum, & tepidum non recusant, si humor assenserit delectantur diuis & opacis regionibus, ac maxime ad septentrionalem uersis, amant solum molle & solutum non tamen arenosum, & in sabulone proueniunt sed humecto, terra nigra illis est apta & diligenter communita in agro spisso & rubrica uix proueniunt. In argilla & glarea non possunt nasci. Seruntur plantæ & que sponte nascuntur ex femine, sed que plantæ seruntur ita ægre sunt, ut biennio de earum uita sæpius dubitetur. Serende sunt igitur castaneæ mense Nouembri & Decembri, Item Ianuario & Februario, Eligende sunt



sunt castaneæ ad serendum recentes, grandes maturæ, sed ita faciendum est, ut durent usque ad Februariũ, castaneæ in umbra siccentur expansæ, tunc in angustum & siccum translatae cumulatæq; diligenter fluuiali operiant arena post dies 30. eas arena remota in aquam frigidam mittas, quæ sanæ sunt mergunt, quæ superenatant non ualent. Item quas probasti similiter obrues, post 30. dies iterũ probabis, & hoc cum tertio feceris ad ueris initium serere debebis, quæ manserint illibatae, aliqui in uasculis seruant, arena pariter immissa. Pastinari ergo locus debet, qui huic deputat arbusculo, altitudinis pedis unius & semis, uel duorum, sulcis in ordine detestinat. Aut terra aratris resolui debet glebis redactis in puluerem, castanearum semen accipiat non amplius pedes dodrante demersum. Vnicuiq; semen propter notã surculis debet affligi, & ipsa scientia simul tria uel quina ponantur, & inter se quatuor uel trium pedum spacio separata. Quas cum transferre placuerit binas plantas transferre debet, ita tamẽ quod in nemoribus spissiores, in agris uero seminalibus rariore putetur, scilicet quadraginta pedes distantes, ut possint per latera conuenienter diffundi. Locus tamen deductorium liquorem accipiat, ita ne insedens humor limo germen extinguat. Inseritur mense Aprili, Martio & Maio in se & in salice, tardius prouenit & maturatur, in cortice inseritur & inoculatur, & melius inseritur ad buccellum hoc modo, præscindatur arbor nobilis generis, & ad modũ populi colligantur surculi antequam germinent, & in frigido & umbroso loco seruentur obruti, ut postmodum mense Aprili & Maio habeantur, & tunc ex eis cõmode fiet insitio ad buccellũ uel more emplastri. Et si multas insitiones fieri oportet ex surculis inserendis multi fient buccelli cum germine lōgi, secũdum latitudinem unius digiti grossi & plurimi, deinde insitio surculi inserendo in loco congruo, & cortice in tres uel quatuor partes scisso eligatur surculus equalis stipiti, qui tantum deprimatur inferius quod æquetur, & cortex eleuatur, minus buccello formetur, & quod excorticatum est super buccellũ totaliter incidatur. Nouum castaneũ circũfodi debet assidue mense Martio & Septembri, incrementum maius accipit, si putationibus adiuuetur, in nemoribus latis depressius, in agris uero qui seminantur altius in eis rami formetur. Castaneæ colligunt cum propter maturitatem suam de ericijs suis deciderint in terram, uel cum in eis apparere incipiunt excutiuntur perticis, & collectis ericijs in aceruũ intra septem mōre porcorum coaceruantur, & cum sic in gazara aliquibus diebus manserint aperiantur, & hæ meliores quam prædictæ sunt ad seruadum uirides, quia per totum Martium possunt uirides seruari. Sed aliæ quæ maturæ ab arbore cadũt usque ad quindecim dies solum seruantur. Virides si ad fumum positæ, ut siccentur diu seruari possunt, & saporosiores cæteris esse dicuntur, seruantur uirides in fabulone, ut dixi, uel in cratibus ad fumum duobus sæpe mensibus positæ, ut postmodum siccatæ mundentur & diu seruatur. Lignũ castaneæ optimum est in domibus, & mirabilis durabilitatis sub terra, & ad pluias extra tecta, & ideo



ex eis fiunt optimi pali pro uineis & pergularijs, & ex eis fiunt optimæ uegetes tinæ & uasa in quibus castaneæ siccae seruantur. Castaneæ secundum Isaac calidæ sunt in primo gradu, & sicci in secundo. Significatio caloris earum est dulcedo earum, quoniam saporositas & ponticitas innuit siccitatem. Et ad digerendum satis sunt faciles & nutribiles, non multum stipticæ & diuretice sunt, si assantur earum corpus rarificatur, & si aqua elixentur, quia earum complexio temperatur ex aqua mollitie, & humiditate, sunt boni chimi in corpore generatiui, & siccitatis in corpore & in pectore temperamentum, & urinæ difficultatem dissolunt. Cholericieas cum saccharo comedant, phlegmatici uero cum melle. Item hæ secundum medicinam uirtutem habent laudabilem, quia abominatio nis & uomitus constipatiuæ sunt, ieiunijq; intestini confortatiuæ. Cataplasma quoq; ex eis cum hordei farina & aceto siue uino factum super mamillarum tumorem positum, eis potenter auxiliabitur. Castanearum uero corticibus uel puluerizatis cum sapa temperatis capitijq; adolescentis in modum cataplas matis positus eorum capillos confortat & augmentat, & contra alopeciam ualet. Auicenna dicit, quod castanea est absterisio & inflatio in uentre inferiore & stipticitas, & confortat membra, & est tarde digestionis, sed est boni nutrimenti, si ergo cum saccharo misceatur eius nutrimentum est bonum. Galenus dicit, quod est nutribilior omnibus granis, aded quod est proxima granis panis.

## De Citonio.



**C**itonia est arbor nota, & ex his quedam sunt que faciunt pira citonia, & hæ arbores maiores sunt, & minora habent folia, & quedam sunt arbores minores & latiores habentes frondes, quorum fructus proprie uocantur citonia, amant locum frigidum & humidum, si in tepido statuatur opus est illis irrigatione. Ferunt tamen statum mediocris situs inter naturam frigoris & caloris, & in planis & decliuibus proueniunt, magis tamen inclinata & conuexa desiderat, terram desiderat satis pinguem, & in soluta magis quam in creta letant, plantantur

plantis iuxta ipsas arbores cum radicibus inuentis: Item taleis & cacuminibus. Item locis calidis mense Octobri & Nouembri, frigidis uero mense Februario & Martio, in temperatis in utroque tempore possunt serri. Item longe ponendæ sunt secundum Palladium, ne altera quatiante uento stillicidium tangat alterius. Mense Februario inseruntur in trunco & cortice, in seipsas inserantur autem nouellæ arbores quibus succus in cortice est, si maior est circa radicem melius inseritur, ubi cortex & lignum beneficio soli adherentis humescat. Item recipiunt in se surculos pene omnis generis, scilicet punici, sorbi, omniumque malorum meliora pro-



liora producant. Dum minor est iuuetur stercore, maior uero cinere uel cretæ puluere, semel toto anno missoradicibus. Poma in his cito matura & maioris prouentus assiduus humor cito efficiet. Rigandę sunt quotiens cœlestis negatur infusio, & circumfodiendo locis calidis Octobri & Nouembri, locis frigidis Februario & Martio. Et nisi circumfodiatur assidue, aut sterilis efficitur aut eius poma degenerant. Formantur ut unum solum stipitem habeant, quatuor uel quinque pedibus eleuatis à terra, putandæ sunt & à nocumentis seu uitiosis omnibus liberandæ. Si ægra est arbor amurca equaliter mixta aqua radicibus debet infundi, quod annis singulis factum à uitijs custodiet, sed arbores longæ derogabit ætati. Colliguntur citonia mense Octobri cum adueniente pruinam maturitatem aureo colore fatentur, & quæ magis odorifera sunt, debent eligi, sed si per cotiliones suspendantur in frigida regione forte durabunt per annum & amplius, uel seruant inter binas tegulas posita si luto ex omni parte claudantur, uel si defruto incoquantur aut passo. Alij autem quę meliora sunt sici foliis inuoluta custodiunt, alij siccis locis tantum reponunt, à quibus uentus excludatur, alij in melle dimittunt, quo genere condiendi satis matura eliguntur, alij milio obruunt, uel in paleis separata demergunt, alij uasculis optimo uino plenis dimittunt, alij dolijs multi immergunt, quod odoratum uinū reddit. Ex citonijs sunt bonæ & spissæ sepes, spinas tamen non habent, sed ingressus animalium inhibent, & quandoq; fructum reddunt, & incisæ satis igni respondent. Citonia, ut ait Isaac generaliter in duo diuiduntur, uidelicet in crudum & ligneum, & perfecte maturatum, crudum itaque ligneum pessimum est & durissimum ad digerendum & nihil nutrit, idcirco ea uitare omnino oportet, maturatum naturaliter frigidum est in sine primi gradus, & siccum in medio secundi, præterea ponticitas eius maior est quam in alijs malis, ideo ualet ad sanguinis fluxum & egestionem & uomitum. Confortatiuum est stomachi si moretur in eo, & si comedatur sub uacuo constringit uentrem, si post cibum accipiatur laxat comprimendo & constringendo os stomachi. Sed ex his quædam sunt pontica, quædam acetosa, & quædam dulcia pontica stiptica, & frigidiora sunt, ad digerendum duriora, & ideo non sunt cum carne sua edenda, sed liquor eius tantum naturam stomachi confortat, & urinam prouocat, egestionem uomitumq; constringit, & si cum carne edatur, ingeniari, ut sic loquar, oportet ut carnis durities auferatur, uel elixando uel supra aquam calidam apponendo, uel quod melius est scindantur, & abiectis granis in eius concauitate ponatur mel, & excorticentur, & in lino uel stuppa uel quod melius est in pasta inuoluta in cineres calidos mittantur, sic enim erunt stiptica ualde confortatiua. Acetosa subtiliora & penetrabiliora sunt, ideo sitim extinguunt, & acumen cholæræ rubeæ, & uomitui cholærico & egestionem conferunt, urinam prouocant, & uim appetitus augent, odor earum uomitum prohibet, & succus post uinum bibitum deponit sumum salientem ad caput. Vnde dicit Auicēna, quod citonia conferunt uomitui & ebrietati,

N 3 & sedant



& sedant sitim, & confortant stomachum recipientem superfluitates, & conferunt dissenteriae, & quando sumuntur post cibum solunt ad eum quod quando plurimum ex eis sumitur extrahunt cibum ante digestionem, dulcia uero sunt magis temperata quiddam caloris habentia, unde uis eis manifesta non est ad si-  
tim extinguendam uel calorem.

## De Citro.

**A**Rbor citri nota est, desiderat aërem calidum, sed irriguis & maritimis locis gaudet & quibus humor exundat, solum desiderat rarioris naturae. Si quis hoc genus arboris in regione frigida nutrire desiderat, loco parietibus munito uel in partem meridionalem uerso disponat hanc arborem, hybernis mensibus tectum stramine uel atrestrati, & ubi estas redierit arbor aëri nuda & secuta reddatur, terram rarioris naturae desiderat. Mense Martio fertur multis modis, scilicet semine, ramo, talea & claba. Si granis uelis ferere ita facias, terram in duos pedes fodies, & eidem cinerem misceris, breues areas facias, & utrinque per canales aqua decurrat. In his arboribus palmarem scrobem manibus aperias, & tria grana deorsum uerso cacumine iunctam constitues, & obruta quotidie rigabis, citius procedent si beneficio aquae tepidae utaris, natis germinibus semper proxima herba truncetur, potest trina planta transferri. Si ramum uelis ponere non amplius semipede seu sexquipedem debetis immergere ne putrescat, clabam seri commodius est quae sit manubrij grossitudine, longitudine cubitali ex utraque parte longa nodis & aculeis recisis, sed integra summitate gemmarum, per quas spes futuri germinis intumescat. Diligentiores tamen simum bubalum adhibent utrinque quod summum est, uel marina alga uel sint, uel argilla subacta partis utriusque extrema cooperiunt, atque ita in pastinato solo deponunt taleam, & gracilior & breuior esse potest, quae similiter ut glabam mergetur, sed talea palmis duabus super sit, claba omnis obruitur, alijs arboribus non debent aduerti seu annecti. Talea siue claba calidissimis regionibus per autumnum ponitur, frigidissimis Iulio uel Augusto positas, & quotidianis irrigationibus animatas, Palladius usque ad poma & magna incrementa produxisse affirmat. Inseritur mense Aprili calidis locis, Maio frigidis, non sub cortice, sed scisso trunco, circa ipsas radices, & in piro & in moro secundum quosdam. Gaudent assidua fossione, & hinc proueniunt poma maiora, nisi quae arida sunt rarissime debemus abscindere, haec arbor pomis non caret cum humoris abundantia maturis se acerba substituunt, arborum uero etatem florentia consequatur orbem quendam continuæ fecunditatis administrante sibi natura. Feruntur acres medullas mutare dulcibus si per triduum mulsam aquam semina ponenda macerentur uel lacte ouili. Aliqui in mense Februarii truncum obliquo foramine ab imo terebrant, ita ut altera parte non exeat ex hoc humore permittunt fluere, donec poma formentur, tunc foramen luto replent, sicque quod est medium dulce fieri affirmant, poma eius in arbore toto ferè anno seruari possunt, uel in paleis uel melius si in



lius si in uasculis quibusdam claudant. Poma citrina secundū Isaac ex quatuor rebus sunt composita, prima est cortex, secūdo caro, tertia medulla, quarta semē. Cortex est calidus in primo gradu, siccus in secundo, quod acumen eiusq; odor ostendunt, eius tamen substantia dura est & solida, idcirco non est pro cibo accipienda, sed si exigua pars eius pro medicina sumatur, stomachum confortabit, & digestiuam uim adiuuabit, bonumq; odorem præstabit, atq; erit contra uenum mortiferū potatū cum uino datus, qui succus inter pannos missus eos à tineis conseruat in columes. Item prægnantibus esui datus escarum irrationabilē appetitū curat. Caro autē frigida est & humida in primo gradu, unde est stomachi refrigeratiua, & ad digerendum difficilis propter eius duritiē, quapropter necesse est stomacho exinanito cum melle & saccharo accipi ante omnē cibum, & si in medio aut fine cibi edatur fit causa ac materiæ duræ & grossæ febris. Medulla uero subtilis & aquosa, omniq; caret nutrimento, & hæc est duplex, quia quædam est insipida, quædam acetosa, insipida est & humida in secundo gradu, unde calorē refrigerat & sitim mitigat. Acetosa uero frigida est & sicca in secundo gradu, uirtutē habet incidentē, extenuantem & refrigerantem, idcirco sit calorē epatis mitigatiua, & stomachi confortatiua, uirtutem appetitiuam excitat, & acumen cholæræ rubæ mitigationem præbet, sitientibus perfecte subuenit, suspicionem ac tristitiam de cholericâ cardiacâ generatâ remouet, egestionem uomitumq; cholericum sedat, impetigines & lentigines cum ea fricatas destruit, quod testatur quia pannus in causto madefactus, cum ea purificatus ad colorem pristinum redit. Semen calidum est & siccum in secundo gradu, quod amaritudo ostendit, ideoq; secundum cibum conueniens, secundum medicinam est salubre, apostematū quoq; dissolutiuum, & contra uenenum propitiatū cum uino. Frondes quoq; ipsius arboris sunt corticibus pomorum propinquæ in iuuenamini actione, quia sunt odoriferæ, & quiddam acuminis habent.

## De Corno.

**C**ornus est arbor parua, quæ licet nascat in nemoribus, & sit communiter arbor syluestris, tamē quia domestica per culturam facit fructū ad quædam utilem, ideo de ipsa dicam. Hæc arbor serè omnem aërem sustinet, & in omni terra maxime in pingui & in humida conualescit. Plantat semine suo & plātulis, quæ cum radicibus iuxta ipsas inueniuntur. Fructus eius maturitatem fatetur cum ex rubedine colorem nigrum assumpsit, & facile ab arbore cadit. Ex li



gno huius arboris quia durissimū & tenax est, sunt optimi dētes molendinorū & manubria malleorum, & uirgæ ad tritrandum frumenta & carminandū lanam, & generaliter omnia quæ ligni duritiem & tenacitatem requirūt, ideo uti



le est ex eis facere sepes, ubi non est necessaria clausura spinarū, nam hæc arbor spinas non habet. Et quia non habetur ipsarum plantarum copia fiat seminariū, de semine eius tarde collecto, & ad solem siccato, seminentur autem mense Octobri & Nouembri. Corna ualde pontica & stiptica sunt, & quanto minus sunt nigra, tanto magis pontica. Ad usum cibi non competunt, sed propter medicinam ualent ad fluxum uentris & uomitum constringendum, qui fit ex acumine cholerae, propter ipsarum frigiditatem & stipticitatem. Item ex eis fit optimum acetū si pistentur, & cum fortissimo aceto misceantur, & in pane formata & siccata seruentur, & uino cum opus fuerit misceantur.

## De Ficu.



**F**icus est arbor nota, & eius quidem diuersitates sunt multæ, ideo unusquisq; illa genera eligit, quæ in loco in quo plantare desiderat, uel in simili uideat melius prouenire: hoc tamen prouideat, ut in locis aridis, macris, non plantet eas. Item in locis non tutis, non plantet ea genera, quæ cum folijs uel ante folia ficus producant. Hæc arbor aërem calidum & temperatum desiderat, & in oriente & in medio cetero frigido cum hominis auxilio sustentatur, uidelicet si est ab oriente & meridie cooperta, & ab alijs duabus partibus aliquibus obstaculis munita. Item non impingetur terra eius ne eam nimis teneram hyems inue-

niat, & tunc stipes eius paleis muniatur usq; ad ramos circumquaq; ligatis, & supra terram circa pedes simus animalium recens ponatur, & maxime colubinus, qui recedente frigore post hyemem auferatur, nisi fuerit terra macra nimis, frigidum ualde aërem recusat, terrā pinguem uel mediocrem desiderat, & in macra etiam & in sicca quedam eius species defenduntur, in qua sicciores & dulciores fructus proueniunt, in pingui uero & humida aquosiores & minus dulces magisq; insipidi & grossiores. Plantantur plantulis aliunde acceptis, locis siccis mense Octobri & Nouembri, temperatis mense Februario, frigidis uero mense Martio uel in mense Aprili, si taleam uel cacumen ponas ultimo Martij uel in mense Aprili cum eis se uiridis succus infuderit, si acumen ponas ramum binū uel trinū ab australi parte decides, & sic obrues, ut diuisa cacumina terra interiacente uelut tres surculos reddant, taleam sic ponemus ut ei leuiter ab una parte diuisæ lapide infisso mergemus. Legendæ sunt plantæ in quibus frequens nodus exuberet, quæ uero nitidæ sunt & oculos suos per longa internodia distulerunt steriles esse creduntur. Si plantam fici nutries seminario, & maturationem in scrobem transferas, poma generosiora producet, scrobes amat altas, & magna interualla propter longitudinem radicum eius. In locis frigidis ficum seramus



feramus, quæ cito ueniant, ut ante imbres genus hoc possit occurrere, calidis uero & æstuosis, eam quæ serius maturat. Ficus inseritur mense Aprili inter corticem, uel si nouelle sint arbores, scisso ligno, statimque cooperiendum est & ligandum ne uentus introeat. Melius comprehendunt si circa terram rescisa inserantur arbuta, aliqui & Iunio mense inserunt. Varro scribit, quod ea quæ uerno tempore inseruntur, possunt etiam circa solstitium inferi, ut ficus, quod densa materia non est, & ideo sequitur calidior, à quo fit, ut in locis frigidis ficeta fieri non possunt, aqua recens inimica est, tenellum cito facit putrefacere, ita quod caniculæ signo commodissime existimetur ea inferi. Quæ autem natura minus sunt mollia, uas aliquod supra ligatur unde stillet lente aqua, ne prius arescat surculus quam coalescat. Cuius surculi corticem integrum seruandum & ita exacuendum, ut non diuidetur medulla, ne extrinsecus imbres noceant, aut nimius calor, argilla obliniendum & libro ligandum. Cato scribit quod etiam per uindemiam ficus inferi potest. Surculus est legendus anniculus, inutilis enim creditur maioris uel minoris ætatis. Item inoculari siue emplastrari & ad buccellum inferi potest mense Maio & Aprili, Iunio & Iulio. Inferitur autem in caprifico, in moro, & in platano, & oculis & surculis. Gaudetur assidua fossione, cui multum proderit si per autumnum sterco apponas maxime de armentis. Formatur ficus in locis frigidis ut unum solum habeat stipitem à terra modicum eleuatum, sic enim melius à frigore defendetur, in locis uero calidis unum uel plures dummodo non ultra tres uel quatuor stipites habeat pro domini uoluntate, rescindenda sunt in ea quæcunque aut putrida aut male nata reperies, & ea ratione putanda est ut inclinata per latera possit expandi. Truncus arboris scarificandus, quo loco tumet ut humor possit fluere, ne uermes creent, qui si creati fuerint uncis ferreis trahantur seu tollantur à fico. Alij solam calcem uiuam latebris uermium apponunt. Si formicæ mollesse fiunt, rubrica, butiro & pice liquida mixta, circa truncum induci debet. Si fructus suos uelut egra proijcit, aliqui radici terebratæ cuneum insigunt, uel securi arboris corium sepe proscindunt cum folia incipit producere. Fici ut multum & pinguem faciant fructum in principio germinis cacumina summa decidamus, uel hoc tantum cacumine quod ex arboris medietate procedit. Ut ficus cito maturet, succum cepæ longioris cum oleo & pipere mixto unge poma quando grossa incipiunt subrubere. Ficus uirides seruari possunt uel in melle ordinate ne se contingant, uel singulæ intra uiridem cucurbitam clausæ locis unicuique cauatis. Siccantur autem & seruantur hoc modo, quo Campania tota custodit. In cratibus ficus expanditur usque ad meridiem, & adhuc mollis in qualum refunditur, tunc calefacto furno ubi bis cocta ficus fuerit sicut est calida interpositis folijs suis in fas fictile clauditur bene picatum densius pressa, & operculo diligenter obducitur. Si pluujs abundantibus crates non potes expandere sub tecto eas ita compones, ut semipede erigatur à terra, & eas ad lucem solis cui subiectus uaporet, subinde ficus sicut est diuisa uer-

tatur.



tatur, ut ficorum coria & pulpe siccentur, tunc duplicata in cistellis seruiatur, aut loculis. Alij maturas mediocriter ficus & diuisas in cratibus expandunt, coctas sole siccendas, & recipiunt nocte sub tecto. Ficus sicce cum pinguedine sua seruantur. Secundum Hispanorum morem hoc modo, siccentur mediocriter & optime refrigeratae in uase aliquo componantur, & ponderate bene seruentur. Ficus sicce quas Cefenates optimas habent, procuratur hoc modo ab eis, colliguntur ficus grassulae mature, & ad solem per biduum integrae dimittuntur, deinde pinguiore scinduntur per medium ex transuerso, & iterum parte inferiori seu interiori conuersa ad solem duobus uel tribus diebus siccentur, uel duabus simul iunctis, ac iterum duobus uel tribus diebus ad solem relictis, tandem in tella ponantur & iterum ad solem triduo dimittunt, deinde in scrinio per quindecim dies tenentur, & postea iterum ad solem si necessarium uidebitur reponuntur, quibus postea refrigeratis in aliquo uase stricte fortiter ponderantur, & caue cum siccantur ut imbrem & pluuium unquam tangant. Ficus caeteris fructibus laudabilior est & nutritibilior, sed grossos creat humores, uirides uero sunt cruda, non perfecte matura parum est calida magis grossa propter dominium terrestris partis in ea. Vnde Hippocrates ficus quando longinquiora maturitate tanto minus calida est & grossa, perfecta matura est calida in primo gradu, & temperata inter humiditatem & siccitatem. Ficus ex trium rerum compositione consistit, scilicet semine, pulpa & cortice, seminis nutrimentum nullum, ut arenae uel lapidis, cortex siccus est ut cutis, propterea durissimus ad digerendum, caro nutritibilior salubriorque existit. Sicca uero ficus calida est in principio secundi gradus, sicca in medio primi, quamobrem calefacit, & sitim creat & in cholericos mutatur humores, caeteris tamen fructibus nutritibilior est, minusque inflationis habet, sed si superfluos in stomacho humores inuenit, dura fit ad digerendum, ad corruptionemque mutatur, & inflationem & uentositatem generat, ac pessimum sanguinem, in superficie etiam corporum pediculos creat, si autem humoribus mundificatos inueniat, bene digeritur, ac sanguinem laudabilem facit, corpusque, pulmonem, renes & intestina ab humoribus grossis mundificat. Qui uult eius uentositates uitare, ieiunus accipiat, & post ipsas piper & zinziberim, & ut laudabilem sanguinem generat, nuces simul siccas aut amygdala manducet. Item secundum medicinam ualet si cum hyssopo coquetur, pectus pulmonemque mundificat, tussim diuturnam emendat, gargarissata in hunc modum in cannalibus pulmonis apostemata dissoluit. Cocta in uino si clystere fiat, ualet ad dolorem uentris, qui ex grossis procedit humoribus. Auicenna dicit, quod alba est melior, deinde rubea, postea nigra, & succus foliorum eius uehementis est calefactionis & abstersionis, & in ipsa quidem est lenificatio ultima, & lac quidem eius coagulat liquefactionem sanguinis & lactis, & liquefacit congelatum, & illa quidem quae humida est uelocis est nutrimenti, & in ramis quidem fici inest tantum subtiliationis, quod quando caro coquitur



coquitur cum eis, dissoluitur, & ficuum decoctio confert apostematibus gutturis, & apostematibus radicum aurium gargarissata. Lac eius confert puncturæ scorpionis in uentre, & similiter rutellæ, & similiter illa quæ est immatura, aut folia recentia apponuntur super morsum canis rabidi & conferunt.

## De Lauro.

**L**Aurus est arbor satis magna, cuius frondes latæ & longæ & solidæ, semper uirides & odoriferæ ualde sunt, cuius arboris est fructus quem orbam uocant niger & paruus. In omni ferè aëre prouenit, maxime in tēpe rato & calido delectatur, terram solutam & maritimam diligit. Plātatur ramis & surculis aut semine eius mēse Martio proprie cum humor ad corticem ramorum peruenit. Eius folia & rami sunt optima ut in eis ficus sicce seruentur, & in galadia ponuntur, ut eam odoriferam reddant, circa diacitoniten parua ipsius frustra ponuntur, in quacunque autem re ad coquendum ponantur plurimum eius odorem augent, & stomachum ac cerebrum odore ac sua ponticitate confortant. Fructus eius qui orbata dicitur, in uino muffa infecto positus sanat, sed ipsum suo sapore satis incongruo inficit. Auicēna dicit, quod grana corticis & folia eius sicca & calida sunt, sed grana sunt calidiora & sicciora, nam sunt in secundo gradu, & eius oleum est calidius oleo nucum, & confert doloribus neruorum omnibus, & resoluit laxitudinem, & quando de cortice eius aut granis bibitur aureus frangit lapidem, & interficit foetum propter suam amaritudinem additam super amaritudinem aliorum, & cōfert morsui scorpionum cum uino, & est bona uestpæ & api quando pungunt, & omnino est theriaca uenenis omnibus bibita. Dioscor. dicit, quod frondes lauri libros & uestes cum quibus ponuntur à tineis defendunt, & à uermibus & corrosione tutos reddunt.

## De Malo.

**M**alus est arbor notissima, & eius quidem diuersitates sunt multe, nam quædam mala mense Iulio & Iunio maturantur, quæ si usq; ad completam maturationem in arbore dimittuntur fiunt dulcicia & odorifera ualde, quædam parua, quædam mediocria, quædam rubea, quædam crocea, quædam uiridia, quædam dulcicia, & quædam acetosa, & quædam pontica & acra, & quædam longa, & quædam lata, & quædam rotunda, & quædam diu seruibilia, quædam parua, quædam dura solida, quædam mollia & facile frangibilia, quædam in arbore durabilia, & quædam facile cadentia. Sunt aut malorum multe species, quorum meliores aut deteriores quilibet poterit per experientiam in qualibet regione eligere uel refutare, hæc arbor & in omni aëre prouenit, & pingue ac latum solum diligit, cui humorem non tam rigatio quam natura supeditet, & si arena uel argilla sit irrigationibus adiuuetur, motanis locis debet ad meridiem uersa cōstitui. Macer & aridus locus poma uermiculosa, & caduca facit. Seritur ramis & semine, sed tardius est in utroq; prouentus, melius igitur in locis calidis Octobri & Nouēbri, in frigidis uero Februario & Martio.

Plantas




Plantas syluestres malorum ponamus, & cum conualuerint inferantur, spacia uero inter ipsas arbores 20. pedum esse debent. Malus inferi potest in se, piro, spina, sorbo, ficu, platano, populo, & salice, mense Februario & Martio per solstitium quinquaginta dies, ut ait Cato, & alijs, quibus pirus, in cortice & trunca, emplastro & ad buccellam, & in amidam uel salicis pertica perforata, ut in generalibus est traditum plene, libro secundo. Hæ arbores primo plantationis suæ anno circumfodiuntur, & ab herbis omnibus liberentur, quolibet mense statis, deinde quibusdam annis bis uel ter qualibet circumfodiuntur æstate, sed postquam conualuerint & suas radices fundauerint, neque exarari neque effodi desiderant: idcirco magis eis prata conuenient, sterco nō exigunt quidem, sed libenter assumunt, & maxime si eiscineres misceantur. Amant moderatas irrigationes, putatio his apta est, & maxime arida, & male nata tollatur, formatus existat, cureturque ut stipes in multos diuidat ramos, & rami in uirgas & fragra, quæ fructum ferant, & quod æqualiter per omnia latera expandatur, rater quod rami quandoque nimium onerati ligamine appposito sustententur, & hæc in capitulo cōmuni de arboribus plenius sunt tractata. Accidit facile huic plantæ quod poma eius sint caduca, quod si uenerit scisse radici lapis iniectus poma tenebit. Si spissa poma ramos onerauerint, mense Iunio & Iulio interlegenda sunt, quæque uitiosa, ut succus ad meliora uertatur, generosis abundantiam ministrat, quam numerosa uilitate perdebant, & si hoc commode fieri non possit, palis, perticis & funibus defendantur à ruptura ramorum, ne copiosa ipsarum liberalitas uertatur eis in interitum & perniciem. Colligenda sunt, cum colore, odore & sapore dulci maturitatem fatentur, seruabilia uero colligenda sunt circa finem Septembris, & usque ad medium mensis Octobris, quando casu plurimum sanorum, & nigredine seminum maturitatem prætendunt, cum longis scabulis, usque ad ramos quos attingere possunt, ab inde supra cum manibus debilibus ramis cum funibus uel uncinis ad fortes bene firmatis. Legenda sunt diligenter quæ uolumus mala seruare, & ea ponenda sunt in obscuro loco ubi uentus nō sit uel paruus, ut ait Var. Nam si forte sint fenestræ claudantur fenestræ stramentis, prius in crate suppositis uel paleis aut loco aut in cumulos secreta disponimus, aliqui omnia simul ponunt. Vinum & acetum fit de malis sicut de piris infra dicitur. Poma diuiduntur in duo, scilicet in cruda, non matura, ac in completa, & perfecte in sua arbore maturata, cruda dura sunt & lignea, male nutriunt, stomacho nocent, dolorem generant, & uenas non penetrant, & eorum assuetudo causa est febris diurnæ, quæ dure dissoluitur, quod & de cæteris fructibus intelligendum est, & qui nō sunt perfecte in arboribus maturati. Perfekte in sua arbore maturata diuersa sunt pro sui diuersitate saporis, quædam enim sunt pontica, quædam acetosa, quædam dulcia, quædam sunt terrestria frigida & sicca, & ad digerendum dura seu tarda, multum aut stomachū confortatiua, propterea quod



quod stomachum comprimunt & humiditatem superfluam ibi inuentā descen-  
dere faciunt, sunt etiam egestionis constrictiua, maxime si ante cibū sumantur,  
& conuenientia his sunt quorum stomacho calor & humiditas dominatur, sed  
sunt grossa digeri & dura, tarde penetrantia uenas, inflationem faciunt, neruis  
nocent, liquor uero eorum laudabilior & subtilior est & leuior, idcirco stoma-  
chum confortat & intestina, & ualet ad sanguinis fluxum & ad dyssenteriam ex  
cholericā digestionē & uomitum, propterea pomorū huiusmodi succus debet  
madendo exprimi, caro uero eijci. Mutatur autem eorū asperitas & duritia tri-  
bus modis, aut illa elixando in aqua, ut ex aqua humiditatem attrahat & molli-  
tiem, aut super fumum aquæ calidæ suspendenda ut humectentur & maturen-  
tur, aut secta per medium granis interioribus duris reiectis eorum locis mel &  
saccharum apponendo, secundum naturam accipientium, & pasta inuoluendo,  
& in cineribus calidis & prunis dimittendo donec pasta exterius decoquat. Hu-  
iusmodi enim ars molliem præstat, & maturitatem, saporositatem, & ad dige-  
rendum uelocitatem, & noxiam eorum in neruos aufert. Acetosis autē do-  
minatur aquosa substantia, cum terrestri exiguo, quare frigiditate eorum & sic-  
citate temperantiores sunt ponticis propter uicinitatē liquoris aëreæ naturæ,  
unde actio eius composita cum sua stipticitate confortat & constringit stoma-  
chum, & uentrem & egestionem cholericam & uomitum inhibet, cum frigidi-  
tate & tenuitate liquoris sitim extinguit, & acumen cholerae rubeæ & cardia-  
cæ cholericæ uires aufert, & humores grossos qui calidi sunt in stomacho destru-  
it, dulces uero chimos tenuat, ut totum corpus ualeant penetrare. Huiusmodi  
poma ante cibum & post cibum sunt bona edi, sed pira ante cibum sunt nociua,  
dulcia uero quia tēperata sunt inter quatuor qualitates stomacho minime no-  
cent, & ad constrictionem uel laxationem uentris uim manifestam non habent.  
Frōdes, rami, cortices quia stiptici sunt & acidi confortatiui sunt stomachi, uul-  
nera sanant, & humores malos ad ea concurrentes prohibent. Auicenna dicit,  
quod in eorum substantia dominat̄ humiditas superflua & frigida sunt. illa que  
sunt uehementis dulcedinis, in caliditate sunt temperata, aut declinant ad eam,  
& in pomis quidem est inflatio, & proprie in eis quæ non sunt dulcia, & insipida  
sunt aquea ualde ad partem humidam superflue declina. Et acetosa & immatu-  
ra generant phlegma, putredines, & febres proprietate sui humoris & suæ cru-  
ditatis, quia facile recipiunt putrefactiones. Et uinum pomorum & reliquorum  
antiquum est melius quam recens, propter resolutionem uaporum malorū ab  
eo. Et assiduitas comestionis pomorum facit euenire dolores neruorum. Et pro-  
prie uernalia & odorifera confortant cor, & si sit ibi angustia ex caliditate, sunt  
magni iuuamenti, & confortant debilitatem stomachi, que stiptica sunt aut pon-  
tica uel acetosa, & conferunt dyssenteria, maximè pōtica, & tam poma quā suc-  
cus, & folia conferunt uenenis.



## De Malis punicis.



**M** Alapunica sunt malagranata, quæ nota sunt, ex quibus quædam sunt dulcia, quædam acria siue acetosa, quædam autem me-

diocris saporis inter dulcia & acria. Regio illis apta est calida aut quæ temperata existit, frigidam uero sustinere non potest. Solum cretosum amat hæc arbor, & in soluto etiam cõualescit, item macilentũ, licet etiã in pingui proueniat. Albertus tamẽ dicit, quod uult solum arenosum & pingue. Seritur plantis de matrum radice euulsis, melius si ramus eius cubicularis incisus manubrij grossitudine, ac de utroq; capite falce leuigatus acuta uelut obliquus immergitur, prius tamen porcino stercore & in capite & in parte quæ ima est liniatur, uel in crudo solo malleo cogatur ad inferiora desigi. Melius tamen proueniet, si ponendus ramus gemmata iam matre sumatur, curã dumq; est ne uirgulta ponas in uersa siue corticibus spoliata. Si in scrobem depones tres lapillos in ipsa radice constitutos, prouidetur ut Palladius ait, ne poma scindantur. Fiunt autem prædictæ plantationes locis temperatis Martio uel Aprili, calidis autem & siccis Nouembri inseri posse dicunt. Et inseruntur ramorum cõnexionem, ut medulla utriusq; diuisa se iungat. In se tantum inseri potest circa finem Martij, Kalend. Aprilis, in trunco seritur in quo surculus recentissimus statim inseri debet, ne mora exiguum qui est exicet humorem. Circumfodi debent autumno & uere, & formari ut duos uel tres habeant stipites, à terra modico eleuatos, & singulis annis rescindi omnia quæ in stipite nascentur, aut etiam circa radices. Plantæ illi accidunt nocumenta, quare si aride fiunt rigentur assidue, nam humiditas moderata suauitatem præstat & copiam, cuius tamen radicibus cuneus seu clauus debet infigi. Alij algam marinã obruunt ad radices, cui nonnulli sterces asininum atq; porcinum miscent. Siflorem non continet cum aqua pari mensura temperabis, & ter per annum radicibus infundes, uel amurcam mittes infusam, uel radicibus algam iunges, bisq; rigabis in mense, uel arboris florentis truncum, ut Palladius ait, plumbeo circulo debebis includere, uel corio anguis inuoluere. Si crepant poma lapidem in media arboris radice suppones, uel squillam circa arborem seras. Si uermibus laborant, & tangas radices felle bubulo, continuo morietur, aut si clauo gneo uermes eiusdem purges, difficile nascentur, uel asini urina stercore admixta porcino uermibus obuiabis. Lixiuio circa punici truncum frequenter infuso leta & fructuosa punica reddit arbusta. Asserit Martialis candida in his grana fieri, si argille & cretæ partẽ quartam gypsi misceas, toto triennio hoc genus terræ radicibus



cibus eius adiungas. Item dicit miræ magnitudinis poma fieri, si olla fictilis circa punici arborem obruatur, & in ea ramus cum flore claudatur, ne resiliat ligatus ad palum, tunc cooperta olla contra aquę muniatur incurfus, autumno patefacta suæ magnitudinis poma uidebit. Multa in punico ait poma procedere si thimali & portulacę succus æqualiter mixtus antequam germinet illiniatur arbor in trunco. Colliguntur autem cum suorum granorum rubedine completa maturitatem preterdunt. Seruantur si picatis appendiculis ordinate suspendas; uel aliter, lecta integra in aquam marinam uel salsam mittantur ut combibant, post triduum sole siccentur, ut sub diuo nocte permaneant, postea in loco frigido suspendantur, & cum eis uti uolueris, dulci aqua pridie macerabis. Item si induantur argilla, & ea siccata frigido loco pendeant. Item si olla sub diuo obruta quæ habeat arenas usq; ad medium, & mala cum tenacibus lecta imprimantur cannis singulis, uel sambuci uirgultis, & ita separata in arenis figantur, ut quatuor digitis emineant ab arena, & hoc sub tecto in scrobe fieri potest, & utilius est ad seruandum si non ramo longiori tollantur. Aliter in seriola cui ad mediũ aquæ mittatur suspenduntur mala ne humorẽ tangant, & seria clauditur ne uentus irrumpat. Item in dolio sic ordinantur inter hordeum, ne se inuicem tangant & dolium desuper operitur. Ex malis granatis hoc modo fit uinũ, grana matura diligenter purgata in palmẽa fiscellam mittas, & in corbea exprimis, & leniter coquis usq; ad medietatẽ, & cũ refrigerescerit picatis & gypsatis uasculis claudis. Alij succum non excoquunt, sed singulis sextorijs libras singulas mellis miscunt & in prædicto uase custodiunt. Ex malis punicis fiunt optimæ sepes spissæ & spinosæ, fortes & multum ferentes fructum. Malapunica utiliora sunt medicinæ quam esui, nutrimentum quippe eorum & si laudabile est & bonum, tamen parum propter subtilitatem eorũ faciliq; digestionem. Hęc autẽ quatuor partibus composita sunt, quæ omnes stipticæ sunt, prima est cortex, secunda caro, tertia liquor, quarta grana. Liquor frigidus est, sed diuersis modis, secũdũ suos sapes & liquiditates. Sunt nam põtica, acida, muza, dulcia & insipida. Pontica impossibile est accipi secũdũ cibũ, quia propter asperitatẽ & duritiẽ abhorret ab eis natura, nec recipit nisi secundum medicinã, proinde huiusmodi malagranata si parum in superficie excorticentur & ipsorũ succus aut cum uino aut cũ sirupo laxatiuo potetur, superiora stomachi exprimunt, & expellunt humiditatem putrefactam de inferioribus, & post mundificationes stomachum confortant absq; læsione neruorum eius, idcirco ualet ad febres diurnas, quæ ex putrefactis humoribus procreantur, & ad pruriginem & scabiem de putredine salis phlegmatis ortam. Acida in multis rebus propter paruitatem terrestris substantiæ, melioris sunt actionis quam cetera, calores epatis extinguunt, membra confortant, & præsertim os stomachi, epar & cor, unde ualent ad cardiacã cholericã, & ad dolorẽ qui nascitur in ore stomachi, ex cholera rubea, habet etiam hoc propriũ, quod in oculis ictericorũ stillatum citrinum ab eis abijcit colorẽ,



propterea si ablato cortice malagranata acetosa omnia pistentur, & succus extractus cum melle coquatur, ut unguenti similitudinem habeat, ualet ad expulsionem unguium, purificatq; oculorum aciem à grossis & uiscosis humoribus. Maligranati liquor dulcis grossior est & calidior & digestibilior, & propterea caloris aliquantulum stomacho ingerit, citoq; in choleram rubeam mutatur, & ideo febricitantibus est incōueniens, sed humectat uentrē, pectoris lenit asperitatem, & tussi mitigationem tribuit. Muzum uero quod est inter dulce & acetosum medium ad epatis calorem nō minus ualet & stomachi quā acetosum, sed uim uomitum compescendi ac uentrem constringendi nō habet. Inspidum quoque quod quasi aquę saporem refert, propter sui liquoris & aquositatis copiam ad frigiditatem pertinet, unde est inconueniens & secundum medicinam & secundum potum, secundum cibum quia saporem non habet, ut membris attrahat, secundum medicinam, quia propter aquositatem nec stomachum confortat, nec uomitum, nec solutionem prohibet, idcirco fastidium facit stomacho, debilem & exilem mollemq; ipsum reddit, & cibum in stomacho digerere non permittit, unde fit causa rugitus. Malorum granatorum nuclei à succo expressi sunt utiles ad uomitum cholericum constringendum, & egestionē, precipue si assantur, eorumq; puluis si bibatur, calorē etiam stomachi atque cholerae rubeae acumen extinguūt, eorum uero cortices frigide ac sicce & terrestres sunt, quod si in aqua coquantur, aut fiat clystere, ualet contra dyssenteriam & diarrœham. Item decoctio ex eis facta gingiuas confortat, & constringit fluxum sanguinis hæmorrhoidarum & mulierum. Item idem cortex in uino coctus & potatus lumbricos, ascarides & cucurbitinos ex uentre mortuos abijcit. Flos aliquantulum siccare, & uitreo uase recondi, est enim frigidū & siccum in secundo gradu, & seruatur in multa efficacia per duos annos. Valet etiam contra uomitum cholericum & fluxum uentris ex debilitate uirtutis contentiuę, nam cōtra uomitum cholericum terantur balaustræ, & coquantur in aceto, & spongia in tincta ponatur super surcula pectoris, & contra fluxum coquatur in aqua pluuiali & fiat fomentum. Auicenna dicit, quod cortex maligranati & balaustræ utrunq; retinet omnem fluxum sanguinis, & cōsolidat plagas & ulcera antiqua, & fortes efficit dentes motos;

## De Moro.

**M**orus est arbor nota, plurimum uitis amica, quæ calidū desiderat aërem aut temperatum, frigidum uero recusat. Loca autem querit fabulosa & plerunq; maritima, & in mediocriter soluta prouenit, sed in topa uel argilla uix comprehendit, stercore uel terra pingui ualde lætatur, ideoq; inter domos in ciuitatibus ubi est multa pinguedo plurimū lætatur, & magis uiridisq; efficitur. Seri potest locis temperatis mense Martio & circa finem Februarij, calidis uero mense Octobri & Nouembri. Seri autem potest



potest semine, sed poma & uirgulta degenerant, melius autē seritur taleis & ca-  
 cuminibus, & melius taleis sexquipedalibus ex utraq; leuigatis & fimo oblitis,  
 cum scrobem ante fecerimus, immergamus, & cinere terre admixto tegamus,  
 nec amplius quā quatuor digitis supra terram relinquamus. Plātam robustā  
 transferas mense Octobri & Nouembri, teneram Februarij & Martij. Scrobes  
 desiderant altas & interualla magna 30. pedū uel circa, ne una umbris prema-  
 tur alterius, & in radicibus se impediāt. Inseritur autem in se, & in persico, se-  
 cundum quosdam & in ficu, ulmo etiam insita, ut ait Palladius, comprehendit.  
 Morus ablaqueandus est, & radicibus eius uini feces ueteris recētissimæ insun-  
 dendæ. Formanda est autem, ut uno stipite sit contēta, & rami principales cir-  
 ca octo pedes eleuentur à terra uel plus aut minus, secundum quod in læto fue-  
 rit solo uel exili: ut in læto altiores, in exili depressiores formentur. Feracē latio-  
 remq; mori arborem aliqui fieri tradiderunt, si perforato hincinde trūco, singu-  
 los cuneos inseramus terebinthi, accidit præterea nocumentum magnum mo-  
 ro, ut eius impediatur augmētū & fructibus eius, ut omnino inutiles fiant, si suis  
 folijs spoliētur, & maxime si non fuerint quæ in summitatibus sunt ramusculo-  
 rum in eis relicta, uel quod peius est, si sint ipsæ summitates cum frondibus col-  
 læ, ut sæpe importunæ nimium faciunt mulieres, cum eas propter escas uermi-  
 um colligunt, quæ uermibus sunt optimus cibus. Colliguntur statim cum uer-  
 mes nati fuerint, usq; quo à cibo desistunt, & incipiunt opus facere. Fructus autē  
 cum sua nigredine & teneritudine maturitatem fatētur. Mora duobus sunt mo-  
 dis, acria non perfecte matura, aut perfecte dulcia maturata. Acria frigida sunt  
 & sicca, uim habent stipticam, stomacho & intestinorum confortatiuam, & uen-  
 trem constipant, quare humore siccata ualent ad diarrœam & dissentiā, ma-  
 xime siccata si cholericæ sint. Item eorum succus plurimum ualet ad gutturis &  
 faucium & urinæ dolorē, & maxime cum sapa & modico saccharo coctus, matu-  
 ra autem & dulcia modicum ad calorem pertinēt, ad humiditatem uero multū,  
 quare cito de stomacho eijciuntur, uentrem humectant, & urinam prouocant.  
 Si tamen cibum in stomacho ante se acceptum inuenerint, commorata cibo re-  
 sistente, in corruptionem conuertuntur, & stomacho ac epati & capiti nocent.  
 Si uero stomachum uacuum inuenerint, bene digeruntur, modicum tamen nu-  
 triunt. Ieiunis accepta in aqua uel uino refrigeratiua sunt. Refrigerantia ualde si-  
 tim auferunt & incensionem caloris extinguunt. Radix mori cum aqua cocta &  
 potata uentrē humectat, & lumbricos & cucurbitinos expellit. Si uero frondes  
 simul cum radice coquantur, & aqua eorum retineatur in ore, ualet ad dolorē  
 dentium, si autem cum uino coquatur, & gargarismus fiat, ualet cōtra humores  
 ad uā descendētē & guttur. Si pistata mori radix in aceto ponatur ad solē, &  
 diebus 12. dimittatur, & desiccata redigat in puluerē, hic dentes perforatos &  
 putridos euellit appositus. Auicenna dicit, quod morum est malum stomacho,  
 nam corrumpitur in eo, & quando corrumpitur, stomacho uelociter nocet. Et



oportet quod comedantur omnes species ante cibum, & recipiantur in stomacho in quo non sit corruptio, et morum quod salitum est & siccatum, retinet uentrem uehementer & prodest dyssenterie, & in cortice eius est mudificatio, & solutio eius est plurima, & in omnibus speciebus mori est prouocatio urinae, & cortex mori est theriaca hyoscyami.

## De Muniaco.

**M**uniacus est arbor quaedam, quae est quasi similis pruno, sed est magis nodosa, & eius fructus est magnitudinis communium prunorum, similis fructuum persicorum in forma, tamen est ualde odoriferum, & in colore aureum eius pomum, aërem & terram desiderat ut prunus, solutum tamen solum desiderat non argillam, uel cretam. Seritur semine, mense Februario, & Martio transplantantur, in se uero, pruno & persico, & forsan amygdalo potest inseri. Circumfodi debet assidue, & siccis temporibus irrigari, atque putrida & arida in ea recidi, atque ut prunus formari. Minus sunt humida poma eius quam persica, aut pruna, magis tamen stomacho & cerebro confortatiua, cum optime maturata existunt, quod eorum color, sapor, & odor aperte demonstrat.

## De Mespilo.



**M**espilus arbor nota. Et ex pomis eius quaedam sunt grossa, domestica, media, pontica: & quaedam sunt syluestria parua, ualde pontica. Aërem calidum, temperatum & frigidum sustinent, & terram desiderant sabulosam, & pinguem, uel glareosam, cui arena permixta est, uel argilla cum saxis. Seritur mense Martio uel Nouembrialeis, sed solo stercoreato, ita quod utrumque caput stercore obruat. Seritur & semine, sed in longam speratur etate. Inseritur in se, in piro, & pomo, in spina alba, & citronio. Surculus autem eius ex arbore media debet assumi, nam de summitatibus uitiosus est. In trunco fisso inserenda est, nam corticis materies ieiuna non potest nutrire, & amat putari & circumfodi, simus & uitium cinis, si radicibus infundatur, eam fertilem reddunt, format ut modicum supra terram, scilicet circa quatuor pedes habeat stipites siue ramos, & exteriora eleuati tendantur, ut altitudinem bonam excedant. Albertus autem dicit, quod quando insitio fit de eis in truncum alterius generis, scilicet mali, uel piri, uel etiam alicuius spine magnae, quae est similis fago, in ligno ac cortice, & uocatur spina sagina uulgariter, crescunt mespila maiora, & meliora quam sint alia, si autem defecerunt mespila in aliqua regione, expertum est, ut dicit Albertus, quod seritur fagrum persici in truncum spine magnae quae est similis fago, crescunt mespila maiora & meliora, quae non producant ossa. Ego autem saepe inserui mespila in pirum, & malum in coctanum, & spinam albam & non inueni ossibus carere, nec in quantitate augeri



augeri. Si uermibus occupatur stilo aëneo secundum Palladium sunt purgandi, & amurca uel humana ueteri urina uel calce perfundēdi, sed parcius propter arboris noxam, uel aqua decocta cum lupinis. Sed putatur hæc arbor sterilis fieri, si formicæ infestæ sunt, rubrica cum aceto & cinere temperata necabunt. Si poma labuntur frustum de eius radice abscisum uel præcisum in media trunci parte figamus. Mespila ad seruandum legantur nondum mitia, quæ & in arbore diu durabunt, uel in uasculis picatis, uel in ordinem suspensa, uel cum pendiculis semimatura & aqua salsa per quinque dies macerata, ita tamē ne innatēt. Die serena legantur ac media, & paleis obruātur discreta, ne ea uicissim tactus officiat. Seruantur & in melle, si nimis matura collegeris. Ex mespilis fieri bonæ sepes possunt, si spissæ plantentur, uel uirgis propagentur, uel spinis albis sæpius inferantur. Mespila siue frigida sunt & sicca in primo gradu, proprietates habent stomachum confortandi, & cholericam egestionem ac uomitū auferunt, urinam prouocant, magisq; ad medicinam pertinent quam ad cibum, parum enim nutriunt & grossum faciunt cibum. Meliora sunt si ante cibū sumant quā post, quia stomachi sunt confortatiua, & neruositati eius nō nociua.

## De Myrto.

**M**Yrtus est frutex in littore maris, super quo mare sæpe exūdāt præcipue abundans. Aërem querit calidum aut temperatum aut frigidū, secundum Albertum. Terram autem desiderat sabulosam, solutam, macram, & heremi proprietates habentem. Seritur plantis ab ipsa matre euulsis. Myrtuli qui sunt fructus eius frigidi sunt in primo gradu, & sicci in secūdo, principaliter cōpetunt medicinæ, secundario folia & flores, & quāto recētiore sunt fructus & flores, tātō meliores. Fructus post maturitatem collectus in magna efficacia per bienniū seruant, ad solē debent siccari, flores autem nō possunt diu seruari, sed sola folia diutius, uirtutē habēt constringendi ex ponticitate, & confortandi ex aromaticitate. Cōtra uomitū & fluxum uētris & profluuiū mulierū ex debilitate uirtutis cotentiūq; uel ex humiditate, dētur ipsi fructus ad comedendū uel succus expressus det, etiam sirupus ex succo eorū & saccharo addito, quod optimū est contra prædicta, & potest per annum seruari, si bene coquatur succus. Si uero non habes saccharū adde mel ex puluere uel fructibus decoctis, & albumine oui, fiat emplastrū circa os stomachi, contra uomitum, & contra dysenteriam, circa renes, & pectinem, & umbilicum. Fiat etiā fomentum ex aqua pluuiali decoctionis foliorū eius circa inferiora propter fluxum & dissenteriam, & profluuiorū mulierum. Itē fomentum ex hac aqua circa frontē, & tempora & pedes, somnū prouocat in febre acuta, & soluit dolorē capitis ex caliditate. Et fasciculi summitatis eius in aceto uel aqua pluuiali cocti & super os stomachi positi refrenāt uomitum, & super renes, pectus & umbilicū, ualent contra fluxum uentris, & in acuta febre soluūt dolorē, qui fit ex acumine doloris dissoluentis. Sirupus ex frondibus factus miro modo ualet contra præ-



dicta, puluis etiam florum ipsius datus in cibis ad eadem ualet, & ulceribus superpositus consolidat. Item puluis myrtulorum & florum eius mane ante cibum datus, confert laboribus fetore oris qui stomachi uitio factus est. Auicenna dicit, quod retinet solutionem, & sudorem, & omnem fluxum sanguinis, & omnem fluxum ad membra, & quando cum eo fit fricatio in balneo, confortatur corpus, desiccantur humiditates que sunt sub cute. Item oleum & succus & decoctio ipsius confortant radices capillorum, & prohibent calum & perlongant eos & denigrant. Et proprie eius fructus semina & folia eius sicca prohibent fetorem axillarum & inguinum. Item sedant apostemata calida, & adustionem ignis cum oleo, & similiter emplastrum ex ipso fructu & prohibet a morbis uesicæ. Item emplastrum factum ex fructibus eiusdem coctum cum uino, est conueniens mollificationi iunctorum. Et eius folia cum uino decoquantur, & fit inde emplastrum, sedant scordam uehementem. Item sedat ophthalmiam, & cum decoquitur cum hordeo seu oleo, sanat eorum apostemata. Item confortat cor & aufert tremorem cordis. Item confortat stomachum, & proprie robur eius, & eius semina prohibent cursum superfluitatum ad stomachum. Item est bonus in prohibendo menstruum. Item eius succus confert puncturam scorpionis.



## De Nuce.

**N**ux dicitur a nocendo, eo quod umbra eius nocet alijs arboribus. Hæc arbor nullum recusat aerem, neque genus terræ, licet in pingui solutior & maior efficiatur. Seritur extremo Ianuario nucibus suis, eo modo quo seruntur amygdala & eisdem mensibus. Sed quas Nouembri disponis aliquatenus sole siccabis, & exiccetur noxiu uirus humoris. Quas uero mense Ianuario uel Februario positurus es, aqua simplici pridie macerabis. Ponentur autem transuerse ut latus eiecti cacumine, id est, ipsa tarma figatur in terram.

Cacumen ipsum cum in seminario uel alibi nucem componimus ad partem dirigimus aquilonis, lapis subtus uel testa, ut ait Palladius, ponenda est, ut radicem non simplicet, sed repercussa respargat. Transplantatur in locis calidis & siccis mense Octobri, cum casum foliorum passa est, & melius mense Nouembri, in frigidis uero mense Februario & Martio, sed in temperatis satis commode utroque tempore transplantatur, biennalis in frigidis, & triennalis in calidis regionibus transferat. Radices autem plantarum in hoc resecare non debes, lætior fiet si sæpius transferatur, fumo bubulo planta est obducenda. Sed melius cinis in locis frigidis, & sabulum in calidis spargetur in scrobibus, ne calore stercoris aduratur. Nam & cinis creditur



creditur corticem & teneritudinem procurare & fructuū densitatem, altis delectatur scrobibus pro arboris magnitudine, & interualla maiora desiderat, scilicet quadraginta uel quinquaginta pedum ad minus, quia stillicidijs foliorum suorum proximis uel sui generis nocebit arboribus. Inseritur autē in se in trunco Februario mense, & in pruno, ait Albertus. Debet aliquando circumfodi, ne cana fiat uitio senectutis, & cānalis longus à summo trunco usq; ad imum tēpore ueris debet extendi, ut beneficio solis & uenti durefcant quæ in putredinem transibant. Formatur autem ut sex uel octo aut decem pedibus stipes earū eleuetur in altū ibiq; diuidatur in ramos, qui primo sursum deinde procedente tempore flectentur inferius, & per magna latera se diffundent. Si dura nux erit, uel nodosa, stricta, ut inde nucleum facile auferrinon possit, cortex circuncidendus est, ut uitium mali deducat humoris. Alij radicum summa præscindūt. Alij terebratę radici palum de buxo imprimunt, uel cuprinum clauum, aut ferreū figunt, sed ea inutilia puto, & omni ratione carere. Colligunt autem eas perticis excutiendo, cum inter nucleum & testam aliqua rubedo apparet, aut cū exterioribus corticibus incipiunt posse expoliari, ut in aceruum congregātur, ut quibusdam diebus elapsis possint cum lapidibus aut modico ligno ductis corticibus facile remoueri. Deinde duobus tribus uel quatuor diebus in aëra secundū quod sol magis uel minus calidus fuerit ponantur, ut siccentur & seruabiles fiant. Et si antequā ad solem ponantur aqua lauentur, pulchriores & magis uenales efficientur, & cum siccate fuerint utile erit omnes perforatas & à uermibus occupatas eligere, & ab alijs segregare, ut statim rumpantur, & nucleis siccatis seruentur propter oleum faciendum, qui propter diurnitatem temporis remanentes in testis à uermibus consumpti fuissent. Reliquas autem electas seruare, quas in arena seruādas obrues uel folijs suis aridis, uel in arca ex ligno suo facta includes, uel cepis miscebis quod etiam eis acredinem tollitur. Martialis autē expertū se ait, ut uirides nuces putaminibus suis liberatas in melle demergit, & post annum uirides esse, & ipsum mel medicabile fieri, ut ex eo facto & potio arterias curet & fauces. Ex ligno eius fiunt optima scrinia, & ualde pulchra, & diu durabilia, & cætera uasa ad res gubernandas, & fortes rotæ pro curribus, & tenaces diuq; perdurabiles, & in his operibus excedunt omnia ligna que in nostris inueniuntur partibus. Ex fructu eius fit oleum cum instrumentis ad hoc paratis, quod est ualde pulchrū & delectabile, crudum in cibis sumptum. Ex uno autē corbe nucum fit tertia pars nucleorum, ex quibus fiunt 24. libræ olei, si bonę fuerint nuces. Quædam sunt uirides, quædam siccæ, uirides minus sunt calidæ siccis, aliquantulum enim humorem habent, & parū stomacho sunt nociuæ, que manducate cum ruta faciunt contra uenenum. Siccæ uero nuces calidæ sunt secundum Auicennā in tertio gradu, & siccæ in principio secundi. Et sunt tripliciter, nam quedā sunt uicinę tēpori, quo fuerūt uirides, quedam remotæ, & quedā mediocres, uicinæ sunt humidę, modicū uetositatis habentes,



bentes, & quanto magis ab eodem remouentur tempore, tanto magis eorum humiditas consumitur, eisq; uentofitas dominatur. Ideoq; tunc comestæ cito in humores cholericos conuertuntur. Quibus itaq; uetustioribus existentibus, & uentofitate eis multo magis dominante, sit earum sapor quasi uetustissimum oleum, & cibi naturam amittunt. Noces stomacho sunt contrariæ, nisi cum inueniant stomachum temperatum, aut tantam habentem frigiditatem qui calore nucum ualet repugnare. Idcirco tali stomacho sunt boni nutrimenti, bonæq; digestionis. Sed calidum habentibus stomachum, putrescunt seu præstant uisionem, & in cholericos mutantur humores, & furiosos, capitiq; dolorem faciunt, & oculorum uertiginem, sed ut ab eis omne auferatur nocuumentum mundari eas est necesse & per noctem unam in calida aqua poni, ut partem humiditatis aque acquirant, fiantq; quasi uirides noces. Si ante cibum cum ficibus edantur contra rem uenenosam corpus defendunt. Quod si ex eis cataplasma fecerimus cum cepis, melle, & sale proficiet morsui canis rabidi. Rursum cataplasma factum ex eis cum ruta & melle supra apostemata ex cholera nigra ea mire dissoluit, quæ etiã cum suis tritæ corticibus & super umbilicum positæ destruant apostema intrinsecus corpori manens. Corticis quoque uel frondiũ siue arboris unũ exagiũ esui datus cum uino stranguriæ optimæ subuenit. Et si cum aceto potetur, repugnat febris rigorem habentibus. Auicenna dicit quod folia & cortex nucis sunt constringentia fluxum sanguinis, & eius cortex adustus, est desiccatiuus sine moderatione, & eius medulla masticata, id est, nucleus uiridis ponitur super apostemata melancholicũ ulcerosum & confert. Item cum melle & ruta confert tortioni neruorum, & facit sodam. Et oleum antiquum facit euenire dolorem gutturis. Et emplastrũ nucis confert mamillæ apostemosæ, & mixta cum melle confert stomacho frigido, & cum ficibus & ruta est medicamen omnibus uenenis. Dios. præterea dicit, quod umbra nucis est ualde mala dormientibus sub ea, & diuersorum ægritudinũ generatiua, & succus corticis eius & radicum eius potatus subuenit difficultati urinæ, ad quantitatem unius exagij, & cum aceto potatus repugnat febribus uenientibus cum rigore & frigore, crines tingit & mundat & prohibet casum capillorum.



## De Olea.

**O**lea est arbor nota, & eius quidem multa sunt genera, quæ propter similitudinem earum uirtutis numerare non expectat, aërem calidũ & temperatũ requirit, & in modice frigido uiuit, sed ualde frigidũ sustinere non potest. Terram desiderat cui glareæ sit mixta, aut creta sabulonis admixtiõe resoluta, aut pingue sabulum, aut terrã naturæ depressionis uiuidę. Cre tam figuli



tam figuli omnino repudiat, & uliginosam, & in qua semper humor existit, & macrum sabulonem, & nudam glaream, quamuis enim cōprehendat in eis non conualescit. Et situs quidem terrarum oleæ aptus est hoc modo: Quod locis g-  
 stuosis, septentrionali colle, frigidis meridiana gaudet, medijs cliuis delecta-  
 tur, neq; innum neq; arduum patitur locum. In his enim continue propter defle-  
 xum stillat ad eam humor, quem multū requirit & satis retinetur circa radices  
 eius, eo quod locus non est præceps, sed latæ deuexitatis, neq; innum neq; ardu-  
 um patitur locum, quia in imo nimia est aquositas, in arduo pauca. Locis calidis  
 & siccis Octobri & Nouembri, frigidis uero Februario & mense Martio plant-  
 antur, quæ uel pastino constituenda sunt, uel suum locum scrobibus tenere de-  
 bebunt. Seruntur autem ex radicatis plantis aut à stipitibus euulsis, & ad infe-  
 rius laceratis, aut ex ramis pullulat, & ex nucleo suæ amurcæ, sed à plātis euul-  
 sis & ramis in terram infixis melius cōualescit. Propter quod miratus fuit Vir-  
 gilius, rimum oliuæ qui serè siccus uidebatur pullulasse cum in terram fuisset  
 infixus. Quæ cum ponunt in pastino aut scrobibus decisis capitibus & brachijs,  
 & in truncū redactæ usq; ad mensuram cubiti unius, & palmi in sermento terræ  
 fosse defigantur, locum palo ante deprimente. Hordei grana secundum Palla-  
 diam subtus iaceantur, & deputetur, & amputetur, quicquid putridi uel arētis  
 inuentum fuerit, & tunc capita eorum luto uelantur & musco, uinculis quibus-  
 cunq; constricta, sed maximum beneficium est, ut proueniat incremento, si par-  
 tes rubrica uel aliter notent, quibus oppositæ steterint, & contra eas simili ratio  
 ne ponantur. Cum plantantur in scrobibus, fiant quatuor uel tribus pedibus la-  
 te, cum duobus profundæ, in quibus ubi lapides sunt glaream misceatur, & ster-  
 cus si clausus est locus, modiceq; ponantur supra terram, ut emineant. Si uero  
 pecora formidantur, altioris trunci esse debent. Si oliuetum constituas sint à  
 se distincte uiginti quinque pedibus subinde, circa eas herba uellatur, & quotiēs se-  
 imber infunderit, frequentissimis fossionibus sollicitent, & subinde ducta à trun-  
 co terra atque permixta in aliquanto altiores cumulos congregatur seu conge-  
 rantur. Si autem frumentarius est ager & pinguis quem cōserimus, oliueta inter  
 se quadragenis pedibus distent, si macer uicenis quinque. Cui proderit si or-  
 dines in satione dirigamus. Si prouincia in qua plantare desideras indiget  
 oliueto, & non est unde plantæ sumantur, seminarium faciendum est, ut & i-  
 bi rami ferro incisi in modum sexquipedalem disponantur, inde in quinquen-  
 nium poterit ualida planta transferri. Pleriq; autem quod facilius & utilius est  
 radices oliuarum quæ in syluis plerunque sunt aut in locis desertis, in cubita-  
 lem mensuram diuisas in seminario, & postmodum in oliueta instituunt & di-  
 ponunt & admixtione stercoreis adiuuant. Quare prouenit & ex arboris  
 unius radicibus numerosa planta nascatur. Inseritur autem in se, & rami qui-  
 dem in trunco subtili insiti illico conualescunt, hæc insitio fit optime per uinde-  
 mias, ut ait Cato, Colūtur autem ut in singulis mensibus, quæ sunt in seminario  
 uel scro-



uel scrobibus nouellæ pastinentur. Cum uero adoleuerint, ter in æstate uel bis  
 ad minus fodi eas oportet, & omnibus herbis circum nascentibus liberari, in lo-  
 cis aridis aut tepidis mense Octobri ablaqueandæ sunt oleæ, ita ut ab eis supe-  
 riore parte possit humor induci. Omnem sobolem Columella præcipit cõuelli,  
 Palladio autem uidetur dimitti paucas semper, aut solidas, ex quibus in uetu-  
 state matris loco noua succedat, uel melius nutrita & aggestæ terræ beneficio  
 etiam suas habens radices ad oliuetum faciendum sine seminarij cura transfera-  
 tur arbustula. Eodem Octobri mense locis frigidis, & exilibus sunt stercorenda  
 oliueta. Columella dicit octo annorum ætate transacta, Palladio autem uidetur  
 unoquoque anno sicca infructuosa cum aliqua debilitate nascentia refecare de-  
 bere. Cui magis assentio. Ait etiã Palladius egregie quod hæc arbor amat me-  
 diocriter ab humore suspendi, scalpî, assidue lætaminis ubertate pinguescere,  
 uentis clementer feracibus agitari, formatur ut paucos habeat stipites, & parũ  
 eleuatos à terra, ut per latera quantum poterit diffundatur. Accidit oleis ex ui-  
 cinitate aliarum plantarum plurimum nocumentum, eo quod ipsa olea plurimo  
 humido indiget, & ideo quicquid iuxta eam plantatur ei nutrimentum surripit,  
 & ipsam macilentam facit: quare oportet plantas propinquas euellere, nec ibi  
 aliquas dimittere. Item uult diligenter custodiri à bestiarum accessu, quoniam  
 corrosio eam plurimum lædit, nec radatur cortex eius, quia tunc exudaret &  
 efficeretur sterilis & arida. Similiter nocet ei plurimum transitus quorumcũq;  
 ea conculcata terra & indurata in transitu non permittit ad eam descendere suf-  
 ficienter humorem, quare fodienda & stercorenda est. Non uult autem hæc  
 arbor irrigari fontibus uel riuis, eo quod talis aqua grauis est & cito fluit à radi-  
 ce deorsum. Sed potius pluuijs gaudet quæ aqua uaporosa est, & statim fumat  
 ad radices ipsius. Si steriles est olea, gallica terebra perforabis, tunc duos frugi-  
 feræ arboris ab australi parte ramos eiusdẽ magnitudinis tolles, & stricte in fo-  
 ramine utrunque concuties, uel lapide uel pini uel querci palo, & abscisso eo  
 quod superabit, luto paleato curabis oculere. Si sine fruge luxuriant oleastri,  
 palum radicibus eius insige, quod si fructus arbor læta non fert, terebratur gal-  
 lica terebra usq; ad medullam, impresso foramine cui oleastri in formis talea im-  
 mittitur & ablaqueatæ arbori amurca infunditur, uel uetus infundatur urina.  
 Hoc modo steriles arbores uberantur, quas tamẽ durante malicia inserere oportet.  
 Mense Nouembri oliua tollitur, cum uaria esse cœperit uel manibus uel  
 excutiendo perticis suauiter ne ramusculi lædantur. Iphis enim læsis sequenti an-  
 no fructui plurimum derogabitur. Ex qua primum fiet oleum, sed cum tota ni-  
 grescit melior est, & illud quod spei merito derogauit fecunditate compensat.  
 Aristot. autem dicit, quod nunquam perfecte in arbore maturescunt, etiam si  
 per multos annos ibi essent, sed ut ueram & perfectam consequantur matura-  
 tionem oportet ut collectæ de arbore per plures dies in una congerie coacer-  
 uantur, ut sic per pressionem mutuã confortato calore & retento ad interiora  
 ad plenam



ad plenam maturationem producantur. Plinius uero dicit, quod quandiu in arbore dimittuntur eo meliores fiunt, semper enim nouas uires sumunt, & difficilius cadunt. Varro scribit, quod olea de qua fit oleum debet congeri & mundari seu aceruari per dies singulos in tabulato, ut ibi mediocriter fracescat, ac prius quisq; aceruus dimittitur in sex partibus seu uicibus ad uasa olearia, & tra petas, & submittitur mole oleariae, quae est de duro & aspero lapide. Olea lecta si diu nimium fuerit in aceruis, calore fracescit. Itaq; si nequeas mature conficere in aceruis iactando uentilare oportet. Item scribit Cato, quod oleum quanto ab amurca steterit tanto deterius erit. Item dicit quod olea purganda est a frondibus, & omni immundicia antequam oleum fiat. Item scribit Varro, quod amurca est huius uirtutis quod si de ipsa nimis ponatur in agro terram denigrat, & sterilem facit. Si modicum ad agri culturam uehementer pertinet, & circa radices arborum infundi solet, & maxime ad taleam & ubicunq; in agro herba nocet. Amplius scribit Cato uestimenta ne tineae tangant, amurca decoquito ad dimidiam eo ungitur fundum arce, & extrinsecus pedes, & angulos ubi ea aruerit, si hoc feceris tineae non nocebunt. Item ligneam omnem suppellectilem si unges non putrescit, & cum ea terferis splendidior fiet. Item aenea omnia ungitur, sed prius extergito bene, postea cum uti uolueris extergito, splendor erit, & erugo non erit molesta. Oleum si in uas nouum tarditurus es, amurca ita utenda est, calida uel cruda prius collinito, oppilato agitatoq; diu, ut bene combibat, id si feceris uas oleum non bibet, & oleum melius & ipsum uas firmitus erit. Oliuae quaedam sunt domesticae, quaedam syluestres, & domesticae quaedam sunt acerbae uirides, quaedam mediocres, scilicet uariae, & rubrae, quaedam nigrae & maturae. Aerbae & uirides nihil habent adhuc unctuositatis, sed aquositate tantum, & haec sunt terrestres, ponticae & frigidae & siccae. Vnde sunt stomachi confortatiuae, & uentris constipatiuae, & ad digerendum tarda, & corpus nihil ferre nutriunt, sed has oliuas quidam praeparant cum sale & aceto, alij cum aceto tantum, & haec sunt frigidiores & tenuiores, quare cholerae acumen extinguunt, & uirtutem appetitiuam excitant, maxime si in medio prandij accipiantur, quae uirtuti digessiuae obediens ualde stomachum confortant, & uentrem stringunt. Cato scribit eas optime usui conditas, si sale sint confricatae diebus quinque, & tunc sale excusso si biduo in sole fuerint posita, & manere idoneas. Et solere easdem sine sale in defrutum condere. Nigrae quidem maturae calidae sunt & temperatae humidae, quare cibus earum est multum nutritibilis, & grossus, mollificans stomachum, tardus ad digerendum, & faciles ad egerendum. Et tardioris quidem digestionis propter unctuositatem, facientem cibum uacare in stomacho uel in ore stomachi. Facilitas uero egestionis propter unctuositatem accidit, quae facit stomachum lubricum unde priusquam digeratur de stomacho descendit, & nonnunquam in cholera rubeam conuertuntur. Mediocres uero minus nigrae sunt nutritiuae, propter uentositatem suaeq; ponticitatis priuationem & pau-



citatem. Oleum quidem quod de oliuis fit, aliud est recens, nouiter de olearum fructibus expressum. Aliud uetus quod diu de fructibus manauerit. Cognoscitur autem laudabile oleum in odore, si est odoriferum, in sapore si est optimi saporis, cuius scilicet ponticitas in lingua sentitur, acuminis indigens qualitate, quia ponticitatis quātum habet tantū frigiditati & siccitati pertinet, & ob hoc stomachum confortat, proinde antiqui assimulauerunt ipsum oleo rosato, illudq; in multis passionibus olei rosati uice dederunt. Oleum quidem recens ex oliuis nigris & maturis calidum & humidū est, mediocriter stomachi & uentris mollificatiuum, citoq; in cholera mubeam conuertitur, quod uero longe ab oliuis maturis fluit omni carebit malitia, quo ad aliquid retinebit ponticitaris. Sed ablata penitus ponticitate fit nocibile, citoq; in malos humores cōuertibile. Quod si multo magis inueterauerit, ut saporis fiat asperioris & horribilioris inconueniens erit esui, tamen utile medicinæ.

## De Piro.



**P**irus est arbor nota, & eius quidē diuersitates infinite sunt & in quolibet ciuitate diuersa inueniuntur pira. Ideoq; infinita & inutilia omitta, hoc solum hic dicere sufficiat, quod quedam maturatur in mense Iunio, quedam in mense Iulio, quedam Augusto, quedam Septembri, & quedam Octobri, & quedam si sunt collecta & seruata in sequenti tantum maturantur æstate, ut pira regina, hæc arbor omni cæli statum patitur, nam in calido, frigido & temperato aëre satis congrue conualescit, & fructum profert. In macra & pingui potest terra plantari, uerum in macro, arido & cretoso solo pira minora & duriora erunt, & ipsæ arbores parua & quasi uetustate consumptæ, & maxime ubi salsedo est, uel amaritudo terræ ad ipsarum radices. In loco autem dulci & pingui solo ualidas arbores & fructus nobiles & plurimos consequimur. Et maxime si tale solum in lateribus montium uel in planis prope montes fuerit, in quo pirorum arbores sunt plantatæ, non enim in talibus locis degenerabit hæc arbor, nec in se aut in fructibus defacili patientur defectum. In locis autem multum à montibus remotis, nimium humidis & aquosis, erunt arbores magnæ & frondosæ, fructusq; ipsarum turgentes & uirides, ac uiuo calore carentes, & eorum odor & sapor quodammodo insipidus & obtusus. Plantari possunt rami pirorum, ut de oliuis dictum est, & eodē modo, sed quandoq; tardus est euentus, & non perfecte fructificant. Item plantantur pira & nasci quidem necesse est originem suam repetentia, sed quādoq; hoc est huiusmodi homini



homini expectare longinquum, & non domestica sed syluestria nascentur. Melius ergo est ut pirorum plantas radicatae seruemus agrestium, & cum comprehenderit inserantur. Spacia uero inter ipsas arbores ut melius conualescant pedum esse debent. In aridis & siccis locis mense Octobri & Nouembri, frigidis Februario & Martio, temperatis utroque tempore congrue pirus plantatur, aut etiam transplantatur. Inseritur conuenienter in piro agresti uel domestico & in malo, in quibus optime prouenit. Item in spina, sed in hac ad debitum augmentum peruenire non potest. Item in quibusdam alijs arboribus insita comprehendit, sed inutiliter, & ideo hoc omitto. Potest autem inseri haec arbor sub terra, & supra eam iuxta terram & in altum secundum distinctionem traditam in libro secundo, cum in communi de insitionibus locutus fui. Fit eius insitionibus sub cortice, & in trunco scisso. Item in salice pertica perforata & sub terra sepulta. Item per illum modum qui emplastratio nominatur. Item per illum qui dicitur ad bucellum. Horum autem nodorum doctrinam in libro secundo sufficienter ostendimus. Assidue gaudet fossione, ac laetaminis ubertate pinguescere. Formatur autem ut unum solum habeat stipitem, qui usque ad octo uel decem pedes aut plures eleuetur a terra, ubique ramorum diuisio procuretur. Accidunt piris multa nocumenta, quae cum eorum cura nominata sunt in principio huius libri, cum sermonem feci de arboribus in communi, & colliguntur sine periculo, si rami debiles altiores congruis funibus cum fortioribus alligentur. Haec enim arbor ualde fragiles habet ramos & casui colligentium expositos, & maxime cum ad aetatem decrepitam incipit declinare. Pira colliguntur diuersis temporibus, secundum diuersitates maturationis ipsorum, ut cum aestiua, tunc legantur cum odore & colore sibi proprio maturitate pretendant, quae si duobus aut tribus diebus ante legantur, uidelicet appareribus primis maturitatis indicijs, pluribus seruabuntur diebus ad usum quam si sint ultima maturatione collecta. Quae uero in fine autumnii maturant per hyemem seruanda Octobri mensi legantur, sicco tempore & in lunae decremento. Seruantur pira si a caducis diligenter electa, integra & prope dura & aliquantulum uiridia obruta inter paleas uel frumenta ponantur, in loco tamen obscuro & sicco. Alij cum tenacibus suis statim lecta picatis urceis condiderunt, & oribus uasculorum gipso clausis aut pice ipsa sub diuo obruta sabulone texerunt. Alij pira diuisa & granis purgata in sole siccant, & in frigida aqua salsa manere permittunt. Postea in aqua puro biduo macerentur, deinde in fine in uino dulci mersa custodiuntur, uel in sapa uel passo usui reseruantur. Vinum fit de piris si concussa & sacco rarissimo condita ponderibus comprimantur uel praelo, hoc in hyemem durat, sed prima accessit aestate. Acetum de piris sic fit pira syluestria uel asperi generis in cumulo seruantur matura per triduum, deinde mittantur in uasculum. Cui fontana uel pluuialis aqua miscetur, & opertum uas per triginta relinquatur dies, ut subinde quantum sublatum fuerit ad usum aceti, tantum aquae ad reparationem



reddatur. Liguamen de piris sic fit, pira maturissima cum sale calcantur, ubi carnes eorum fuerint resolute, uel in capsellis, uel in uasis fictilibus paratis clauduntur, post mensem tertium suspensæ hæc carnes liquorem dimittunt, saporis iucundi, & coloris albiduli. Ex ligno piri pulchræ assides & tabulæ fiunt, quæ optime leuigantur, ex quibus multa opera congrue fiunt. Pira quædam domestica, quædam syluestria sunt. Syluestria, frigidiora, duriora & sicciora & magis pontica sunt domesticis. Rursus pira quædam sunt acerba pontica, & quædam matura dulcia, acerba pontica omnia sunt de natura syluestrium, & stomachum confortant, uentremque constipant, & sunt frigidæ & siccæ medicinæ, non nutrimento conuenientia. Ideoque oportet operam dare ut mollescant & asperitatem amittant, ut uidelicet elixentur, aut super calidam aquæ fumum suspendantur, aut aperta pasta assentur, aut cum melle condantur. Pira siue cocta siue cruda sint, uentrem constipant, & si cocta sunt in aqua pluuiali posita super os stomachi compescunt uomitum ex cholera, & super pectinem posita fluxum uentris constringunt. Pira dulcia matura temperatæ complexionis sunt, quia minus ceteris frigida sunt, qua propter calefaciunt & augent digestionem, ualentque in his quoque quorum stomachi frigidi sunt & sicci, habent autem pira proprietatem, quod si cum fungis coquantur omnem auferunt læsionem, præcipue si syluestria sunt, propter ponticitatem suam. Cinis arboris piri agresti bibitus in his qui fungorum sunt comestione suffocati multum ualet. Frondes pirorum & rami stiptici sunt, sed pirorum stipticitas cum aquosa dulcedine mixta est. Auicenna dicit, quod pira syluestria exiccata consolidant uulnera.

## De prunis.

**P**runus est arbor nota, & eius quidem diuersitates sunt, quia quædam est domestica, & quædam syluestris, domesticæ quædam faciunt pruna alba, quædam nigra, quædam rubea, & rursus quædam mollia, quædam callosa & dura, & iterum quædam grossa, quædam parua. Aërem desiderant tepidum principaliter, & frigidum satis commode sustinere possunt: loco gaudent læto & humido, & similiter lapidoso & glareoso iuuantur loco, lætamen recusant, quia ex hoc fructus uermiculosos & caducos faciunt. Seruntur ossibus suis autumno mense Nouembri, putri solo, & subacto duobus palmis uel minus obruantur ossa: eadem ponuntur & Februario, sed tunc sunt per triduum lixiuo maceranda, ut cito germinare cogantur. Cui rei proderit, si in seminario nutriant, ut postmodum elapso biennio transferantur, ponantur etiam eisdem mensibus & plantis quas sumemus de radicibus & cortice matris, radicibus cum ponuntur fimo oblitis. Hæc arbor non multum profundas querit scrobes, quia non multipediunt. Inseritur in se & in persico & amygdalo, sed eam degenerem reddit & paruam, & in se recipit amygdalum & malum, secundum quosdam, & optime persicum. Extremo Martij fit eius insitio, uel mense Ianuario antequam guttami eius in-



eius incipiat lachrymare. Sed ego etiam mense Februario expertus sum sæpe optime prouenire, iuuatur frequenti humore, & assidua fossione. Extirpandæ sunt soboles circa radices, exceptis rectoribus, quæ seruabuntur ad plantas, formantur autem ut unum solum habeant stipitem, non multum eleuatum à terra, si languida est arbor pruni, amurca cum aqua equaliter temperata radicibus debet affundi, uel cineres ex furno & maxime sarmentorum, si poma decidunt oleastri cuneum terebratæ infige radici. Si uermes aut formicas patitur, curetur ut supra in tractatu cõmuni de arboribus dixi. Pruna siccatur etiam in sole, scissa in tribus uel quatuor partibus circa ossa, alij in aqua marina, uel aqua feruente recenter lecta pruna demergunt, & inde sublata in furno faciunt uel in sole siccari. Ex prunis fiunt optime sepes & utiles, quia sua spissa pullulatione eas spissas & fortes faciunt, & fructum abundanter præbent, & cū duobus uel tribus uel quatuor annis elapsis inciduntur, quibusdam rarioribus relictis multos præparant uinearum palos, & igni satisfaciunt abundanter. Sed ut diuersorum prunorum plantæ pro sepibus faciendis habeatur copia, nihil erit utilius quàm tempore maturitatis earum pueros ad forum plateasq; mittere ubi uenduntur, & à personis uilibus comeduntur, quia omnia ossa cuiuslibet generis inuenta colligat, & hæc sicca supradiçtis temporibus plantanda seruentur, ex quibus quatuor usq; ad sex simul in seminario poni possunt, & postea in seminario nutriuntur, & cum conualuerint ad loca sepium transferantur & sulcos. Pruna parum nutriunt, & alba quædam dura sunt ad digerendum, stomacho nociua, sed exiguum solutiu. Ideoq; cum sint grossa non debent comedi nisi grandia & perfecte in arbore maturata. Et pruna nigra quædam sunt domestica, quædam agrestia, rursus domestica, quædam sunt nigra, perfecte in arbore maturata, & dulcia nimis, sunt frigida & magis humida in secundo gradu, ut Auicenna dicit. Nam eius frigiditas est in initio primi gradus, humiditas uero in fine. Platearius tamẽ dicit, quod sunt frigida & humida in secundo gradu. Auicenna dicit, quod sunt frigida in principio secundi, & humida in fine tertij, stomachum humectant, uentrem molliunt, & choleram rubeam soluant & proijciunt, tamen si nimium utamur stomacho nocent. Cruda uero dura, uiridia & pontica pessima sunt in medicina & cibo, durum enim stomacho ualde nociuum est, & minime nutrit atq; fatigat. Rufa uero magis sunt frigida & humida. Nimis agrestia nimis stiptica sunt, ideoq; ualent ad diarrhoeam & dysenteriam, & quidam ea matura colligunt, & scindunt per medium & ad solem siccant, aceto aspergunt, & in uase reponunt, & hæc magis sicca, habent uirtutem in frigidandi, & intestina leniendi, unde ualent in acutis egritudinibus, & ad uentris constipationem ex humore cholerico. Et si sunt uiridia, dentur ad edendum, si sicca coquantur in aqua, & pruna comedantur & aqua bibatur. Auicenna dicit, quod gummi eius est subtiliatiuum & incisuum & conglutinatum & consolidat ulcera. Et cum ex folijs prunorum colluitur os, prohibet fluxum in uiam.



## De Persico.



**P**ersicus est arbor nota, quæ parua est, cito tamen crescit, & paruo tempore uiuit, in locis quibuscunq; proueniunt, sed pomis & frondibus & durabilitate præcipua sunt, si cœlum calidum, solum arenosum, & humidum sortiuntur. Frigidis uero & maxime uentosis intereunt, nisi aliquo defendantur obiectu. Mense Nouembri in locis calidis, cæteris uero Ianuarij persicossa in pastinatis arenis sunt ponēda, binis uel uno à se pedibus separata, & cum ibi plantæ excreuerint transferantur, & non amplius quàm duobus palmis uel tribus secundum Palladium obruatur, dum tenera sunt germina, herbis persepe circumfossa liberentur, plantā bimam recte transferimus breui scrobe, nec à se longe statuendę sunt, ut inuicem à se calorem solis excutiant. Ianuarij & Februarij in locis frigidis, Nouembri calidis persicus inseritur, maxime circa terram surculis plenioribus & prope arborē seu stipitem natis. Nam cacumina uel non tenebunt uel diu durare non poterūt. Inseritur in se, & in amygdalo, & pruno, Aprili mense uel Maij locis calidis. In Italia uero Maio existente & in Iunio persicus inoculari potest, quod emplastrari dicit, præciso desuper trunco & emplastratis plurimis gemmis, eo modo quo dictum est. Ego aut̄ inueni eius insitionem in pruno factam mense Februarij optime cōualere, ablaqueandę sunt per autumnum, & suis folijs stercorandę. Item putandi sunt, putrida & arida tantum uirgulta tollantur, nam si aliquod uiride auferatur arefcunt, ut Palladius ait. Apud nos experientia contradicit, imò si rami uirides loco incongruo nati tolluntur pulchrior & melior efficit arbor, sed forsā in sua regione loca erant arida nimis, hæc arbor ardore solis arefcit. Et ideo cum uel ægestione frequenti, uespertino iuuetur humore, & obiectis defendatur umbraculis, ut idem Palladius dicit, quod intelligo in locis nimiū calidis & siccis, quia in nostris partibus tēperatis nō eget. Vnum solum stipitē habere debet à terra modicū eleuatum. Languenti arbori ueteris uini feces aqua mixtas oportet infundere. Contra pruinas stercus ingeratur persico, uel, ut modo dixi, uini feces cū aqua mixta, uel quod magis prodest faba in qua aqua decocta est, ut idem Palladius ait. Si uermes patitur, cinis amurcæ mixtus eos extinguit, uel bouis urina, cum aceti tertia parte confusa. Si poma caduca fiant, radices eius nudatę uel trūco lentisci uel terebinthi cuneus infigatur, ut ait Palladius. Vel terebrate in medio palus salicis imprimatur. Si poma rugosa creabit aut putrida, circa unum truncum cortex rescindatur, & cum inde modicus humor effluerit, argilla uel palleano luto tegatur. Contra uitia persici fertur proficere sparte ad ramos suspensa. Persica seruantur si detractis ossibus in sole siccant. Item detractis ossibus melle con-



melle condiuntur, & sic saporis iucundi fiunt. Item seruari dicuntur si umbilicum eius gutta picis calentis opleueris, & in uase clauso reponas. Persica diuiduntur in duo, quædam enim sunt grossia mollia, hæc sunt magis aquosa, scilicet frigida & humida, & quædam sunt parua, solida, dura, & hæc sunt magis terrestria, scilicet frigida, & quodammodo sicca, & maxime si non fuerint perfecte in arbore maturata, aut fuerint omnino acerba & cruda. Frōdium eius succus potatus lumbricos & cucurbitiuos eijcit. Persica frigida & humida sunt in secundo gradu. Phlegma generant, ieiuno stomacho sunt edenda, & post uinum uetus odoriferum est potandum, idem facit si ex eo cataplasma feceris umbilico, secundum Auicennam. Et succus foliorum eius in aurem missus uermes interficit. Matura sunt bona stomacho, & in eis est uirtus faciendi appetitum cibi, & oportet quidem ut non comedantur post alium cibum, quoniam corrumpuntur post ipsum, & corrumpunt eum qui præcessit, & sicca sunt tardæ digestionis, & non boni nutrimenti, quamuis sint multi nutrimenti, & matura leniunt uentrem, & immatura constringunt.

## De Palma.

**P**alma est arbor ferens dactylos, ærem desiderans calidum aut temperatum, nam in climate calido ante hyemem maturat fructum, sed in frigido, quod est quintum uel sextum clima, non maturat, nisi post hyemem ad principium ueris aut æstatis anni sequentis. Sed circa septimum uel quartum clima pullulat, sed propter frigus non conualescit, sed est uerius dicere quod nec in sexto climate uiuat, uel in quinto difficile. Terram solutam & sabulosam requirit, nam constat locum prope nullis fructibus esse utilem, in quo palmæ sponte nascuntur. Seritur plantis Aprili mense uel Maio, tamen quando planta ponitur circa eam uel sub ea pinguis terra fundatur. Item seritur mense Octobri semine siue ossibus dactylorum non ueterum, sed recentium & pinguium, in cuius seminario terræ cinis miscendus est, uel notandum est tamē quod ex uno nucleo uix unquam plāta crescens conualescit, sed potius ex multis simul positis, & hoc ideo est quia plātula quæ ex uno oritur adeo debilis est, quod truncum qui arborem portare possit facere non potest. Sed multæ plantæ simul exortę, propter compressionem sibi inuicem cōtinuatę perficiunt illius arboris truncum. Porro cum semina & nuclei aliarum plantarum habent uirtutem pullulatiuam, quædam in summo, quædam in imo, quædam in circuitu, quædam in medio, nucleus palmæ qui est os dactyli habet quasi in dorso suo, & ibi est foramen strictum aliquantulum longum, per quod germen suum egreditur. Quare optima plantatio eius est, quod hæc ossa in sacculo lineo in sabulo ponantur, & quanto fieri potest foramen unius foramini alterius applicetur, ut plantule unius coniunctę perfectiorem faciant arbore, palma enim unius uirtutis non proficit, tam propter sexum qui in ea districtior, quam in alijs plantis, tum etiam propter ligni debilitatem. Item palma masculus nunquā facit aliquē fructū, sed



plātatus masculus iuxta fœminam inclinat se ad eam, ita quod tangūt se rami ma-  
ris & fœminæ, & comprimit bifurcatio ramorum fœminæ ramos maris, & tunc  
recte palmæ decedunt à se inuicem, tunc fœmina concipit non substantiam ali-  
quam emissam à masculo, sed uirtute ipsius. Similiter autem hæc ostendunt ope-  
ra rusticorum, quoniam cum longæ sunt ab inuicem plantatæ masculus & fœmi-  
na abstrahunt masculi ramos, & ponunt super fœminam, & illa in furcis suis uel  
cōprimit eos, & cōcipit ex eis. Cum autē stat fœmina fructu onusta, per uetum  
qui spiritum & humorem masculi ducit super fructus fœminæ, & eius maturan-  
tur fructus. Non autem est arbitrandum quod ista in pregnatione & maturatio-  
ne fœmina indigeat, quando ex pluribus seminibus planta cōualefcit, quia tūc  
plures masculos in uirtute & substantia in se habet. Annuæ uel bima debet trās-  
ferri mense Iunio, & Iulio inchoante, circumfodiatur assidue, ut irrigatio conti-  
nua estatis uincat ardores. Aquis aliquatenus falsis palmæ iuuatur. Si græ est ar-  
bor, feces uini ueteris ablaqueatæ oportet affundi, uel radicum superuacua ca-  
pillationem decidere, uel cuneum salicis inter fossis radicibus imprimere. Hæc  
arbor difficillime crescit, & longissimo tempore uiuit, ante cētum annos fructū  
non facit ut dicit Plinius. Et est sciendum quod fructus dactylorum non percuti-  
liones depēdent à ramis eius, sed potius habent sedes quasdam in quibus imme-  
diate super ramos existunt. Et quod mirabile est in una, si aliqua profert fructus  
suos & ramulos in quibus fructus sui consistunt, quæ si aliqua in superiori parte  
aperitur, sicut fit in siliqua rosæ & lilijs, & aliorum multorum florum, sed aperi-  
untur inferius ex parte rami super quos sunt, eo modo quo aperitur siliqua pa-  
paueris & porri. In summo autem cacumine habet hæc arbor cassam, in qua est  
substantia mellis, quæ multum accedit ad substantiam dactyli, hæc cōq; cum absin-  
ditur palma arefcit. Dactyli calidi sunt & humidi in secundo gradu, grossi san-  
guinis generatiui, & difficilis digestionis, sicibus tamen siccis sunt digestibiles,  
res, & magis urinam prouocantes, sed illis assuescentes epatis & splenis consti-  
pationem, duritiem atq; grossitiem & tumorem patiuntur. Gingiuis, & dētibus  
sunt nociui, & dolorem in ore stomachi faciunt.



De Pino.

**P**inus est arbor nota, quæ creditur prodes-  
se omnibus quæ sub ea sunt, amat locū gra-  
cilem, sæpe maritimum, inter montes &  
laxa uastior & procerior inuenit, uentosis & hu-  
midis locis arborū fiunt incremēta lætiora. Sed  
huic generi deputabis ea spacia uel mōtes, quæ  
alteri utilia esse non possunt. Exarabis ergo ea  
loca dili-



loca diligenter atq; purgabis, & frumenti more semen aspergas, ac leni sarcu-  
lo curabis operire, nec plusquam palmo debet abscondi, & nata non trāseran-  
tur, quia non facile comprehendunt, & uix crescunt, nec aliquo tempore inci-  
dantur, quia moriuntur, & loco rami siue radicis incisæ aliæ non nascuntur. Se-  
ritur igitur nucleis suis, aqua per triduum maceratis, calidis & siccis regioni-  
bus mense Octobri & Nouembri: frigidis uero & humidis Februario & Mar-  
tio. Alij dicunt, fructum pineum translatione in multa semina duci, in colliculis  
terra & fumo repletis obruunt, quæ ubi creuerint relicto eo quod solidius est,  
auferunt alia. Vbi iustum ceperit nutrimentum, trinam plantam cum ipsis col-  
liculis transferunt, in scrobe indulgent radicibus largitatem terræ, tamen equi  
stercus admiscunt. Seruandum est autem ut radix eius quæ una & directa est usq;  
ad summitatem eius possit integra, & illæsa transferri, defendenda est arbor te-  
nera à pecore, solumq; ne calcetur inualida. Putatio nouellas pini arbores tantum  
promouet, ut paucis annis in iustam magnitudinē crescat. Item fert quod  
sub eius cortice nascuntur facile uermes, qui lignum corroduunt & destruunt, &  
ideo longiori tempore durat, si sæpe corticibus spoliatur, nuces pinei usq; ad  
mensē Nouembris in arbore esse possunt. Maturiores pineæ legentur prius  
tamen quam putrescant nuclei, qui nisi purgati durare non possunt. Tamen ali-  
qui in uasis fictilibus nouis & terra repletis cum testis suis asserunt custodiri. Pi-  
nea calida est & humida in secundo gradu, secundum Auicennam in tertio, uir-  
tutem habet leniendi, humectandi, & aliquantulum aperiendi. Optimus cibus  
est laborantibus in instrumentis spiritualibus, & apostemate ex frigido humo-  
re, asthmaticis, id est, sicce, tussietibus, hectica febre laborantibus & cōsumptis.  
Sanguinem augmentat, libidinem incitat, per se potest dari, uel cum sirupo uel  
electuario, uel in cibus. Contra tussim ualet cortex exterior, cum primo pinea  
ab arbore sumitur, si decoquatur bene in aqua, & postea super carbones ponatur,  
ut patiens fumum recipiat.

## De Pipere.

**P**iper est arbor parua, & nascitur optime, & fructificat sub cancro, & cli-  
mate ubi est multa adustio solis, & precipue in monte Caucaso, ut dicit  
Isidorus, dicit etiam quod eius syluas serpentes custodiunt, sed incolæ il-  
lius regionis tempore maturitatis syluas incendunt, & serpentes fugiunt, & ex  
incēdio grana piperis quæ naturaliter erant alba, efficiunt nigra & rugosa. Dia-  
scor. dicit quod Saraceni collectam ponunt in clibano, ut uirtus generatiua aufe-  
ratur, & non possit in alijs partibus mundi feri, in locis etiam temperatis nascit,  
sed in eis fructum non facit. Ideo apud nos ipsius plātatio & industria nullius uti-  
litatis est. Piper calidus est & siccus in tertio gradu, uirtutē habet dissoluendi &  
confortandi, puluis eius naribus appositus sternutationē prouocat, & cerebrū  
à superfluitate phlegmatum mundificat, uinū decoctionis eius & ficuū siccarū,  
spiritualia



Spiritualia mundificat a glutinoso humore, & miro modo ualet contra frigidū aschma. Puluis etiā eius cum sicibus datus ad idem ualet, puluis etiam in cibis datus digerit, & confortat, sanguineis & cholericis non est utilis usus piperis, dissoluit enim & quandoque inducit lepram. Item puluis eius super carnē positus eam corrodit. Auicenna dicit, quod cum melle positus in palato est conueniens ad anginam, & pulmonem mundificat cum aceto bibitum, & linitum est bonum apostematibus Splenis. Item prouocat urinam, & eijcit fetum cum fortitudine.

De quercu, rouere, & cerro.



**Q**uercus, rouer & cerrus sunt arbores magnæ, quæ sunt ferè eiuldē naturæ, multamq; similitudinem habēt in soliditate, & duritie lignorū, & foliorū forma & fructus, nam omnes producunt glandes, omnesq; profundas multas & magnas radices faciunt, sed in arborum forma differunt, nam quercus breuem facit stipitem, & ramos magnos, ab omni parte diffusos. Cerrus est quæ stipitem facit longissimum, & ualde rectum, & paucos ramos. Rouer uero facit stipitem directam & altum, cum paucioribus ramis. Hæ arbores terram solidam & durā ac mediocrem quærunt, & montuosam uel montibus propinquam, resolutam uero & aquosam & præcipue sabulosam refugiunt. Seruntur glandibus suis in seminario, uel in agro, uel ad ripas fossatorū positis. Mense Ianuario uel Februario & etiam mense Nouembri colliguntur glandes, tempore quo maturæ uel ab arbore cadunt, & ad solem siccate seruantur pro cibo porcorum, quibus est cōueniens & bonus. Omnes prædictæ arbores in aquosis sub terra diu durabiles sunt. Supra terrā uero rouer melior cerro est. Glandes frigidae sunt in primo gradu, siccae in secundo, non utimur eis in cibo hominum, sed porcorum, quia sunt digestionibus inobedientes, & uentrium constipatione, & ideo ualent dysenterie, & ulceribus intestinorum, & fluxui sanguinis. Sed tamen urinam prouocant, & corporis sunt nutritiuae, quasi quædam grana, tardæq; de stomacho descendunt, & capitis dolorem faciunt propter fumum earum ex stomacho ascendentem, sed eius superficies multum est stiptica, & similiter ipsarum arborum galle, unde ualet ad sanguinis fluxum mulierum. Item decoctio earum conuenit intestinorum uulneribus, puluis etiam eorum combustorum in loco uulnerum immisissis humores putridos desiccant. Auicenna dicit, quod earum folia sunt uehementis stipticitatis, & fructus quidem glandis confert apostematibus calidis in principio. Folia præterea glandis faciunt coërcere plagas



plagas cum teruntur & puluerizantur desuper. Et gallæ ipsarum liniantur cum aceto super impetiginem & auferunt eam. Et puluis earum spargitur super aquam & bibitur ad uulnera intestinorum & ad fluxum antiquum, & similiter quando ponitur in medicinis conueniens est ad hanc operationem.

## De Sorbo.

**S**Orbus est arbor nota, cuius fructus duplex est, scilicet paruus, rotundus, & hic ex femina producitur, uel maior parum longus & acutus qui ex mascula proceratur, amat loca humida, & proxima frigida, & in montibus uel montibus proximis locis magis quam in uallibus & remotis à montibus delectatur, solum pinguius desiderat, cuius indicium certissimū facit, quod in huiusmodi locis frequentes uidentur nasci. Mense Ianuario, Febuario & Martio locis frigidis, calidis uero Octobri & Nouembri, sorba feruntur egregie, ita ut maturata in seminario ipso poma pangantur. Plantas etiā si quis ponere uoluerit, habebit arbitrium, dummodo calidis locis mense Nouembri, temperatis Ianuario & Febuario, frigidis Martio disponat, planta est transferenda robustior, scrobem desiderat altiore, & spacia longiora, ut quod illi maxime prodest à uētis frequentibus agitata grandescat. Mense Aprili uel ultimo Martij sorbæ inseruntur in citonia, spinam albā, licet in ea parua proueniat, sub cortice & in trunco, uel, ut puto, etiam in piro, & in malis competenter inferi potest. Gaudet irrigatione tēporibus siccis, & assidua fossione. Formanda est, ut unū sorbum habeat stipitē circa 10. uel 12. eleuatū à terra. Si uermes patiatur infestos, qui in ea rufi aut pilosi solent internā medullam secare, aliquos ex his ab arborē detractos, incēdio uicino cremare debere Palladius ait. Quo genere alij creduntur fugere uel perire. Sorba seruātur hoc modo, lecta duriora & posita ubi mitescere cœperint, siccilibus usq; ad plenū clauduntur urceolis, gypso desuper tectis, & in bipedanea scrobe loco sicco sub sole mergentur, ore peruerso, & desuper spissius terra calcat. Itē lecta per tres partes siccant in sole, & seruant, uel per medium diuisa siccant. Cum uero uoles uti aqua feruenti macerata reuiscunt sapore iucundo, aliqui tamē pendiculis suis uiridia lecta supponunt locis opacis & siccis. Ex sorbis maturis fit uinū sicut ex piris. Lignum sorbi est solidū non corrigenum, sed facile frangibile, quare optime leuigatur. Ideo ualde est cōueniens operibus uasorum scrineorum, & idoneum ijs quæ superficiem tersam & politam requirunt. Rubeum tamen habet lignū. Sorba frigida sunt & sicca, uentrisq; constipatiua, etiam si sint perfecte matura.

## De Zezulus.

**Z**ezulus est arbor quædam parua, multum scabiosa. Cuius folia multa, quasi in uno ramunculo sunt coniuncta, simulq; tempore hyemis ab arbore cadūt. Eius fructus similis est baccis rosarum, uel fructui oliuarū, unam tantū habēs os, aërem desiderat tēperatū, nec frigidū formidat.

Et in terra



Et in terra pingui & soluta lætatur, seritur nucleis suis in seminario mense No-  
uembri aut Februario, satis & diligenter nutrire oportet, quæ cum conualue-  
rint biennio uel triennio transferantur. Seritur etiam plâtis super radicibus ma-  
tris natis. Ineri eam posse putato in spina alba, & forsan in pruno mense Februa-  
rio & Martio scisso trūco, & formatur ut unum solum habeat stipitem, per sex  
pedes eleuatus à terra. Colliguntur autem zezula uindemiariū tempore, quan-  
do rubedinem uel uarietatem ostendunt, & quia satis sunt delectabilia, ad eden-  
dum tamen modicum nutriunt.

## De Zanipro.

**Z**Aniprus est arbutula satis nota, quæ aërem calidum aut temperatū  
desiderat, & terram arenosam, solutam & serè sterilem, & maxime o-  
ratur & fructificat in littore maris, & in mōtibus serè sterilibus, in quib-  
us est soluta terra, quæ lima uocatur. In locis uero aquosis & ualli-  
bus non uiuit, quia nimia humiditate corrumpitur, & nutrimento sicco & mo-  
dico sustentatur. Huius arbutulæ sunt duæ species, sed species mascula quæ  
in altum porrigitur, & ualde modicum fructum facit, & foemina quæ iuxta ter-  
ram ramos quasi serpendo expandit, quæ miro modo toto serè tempore anni  
fructificat, & fructum maturat. Item est tertia species pulchrior & melior. Fru-  
ctus superioris speciei est paruus, rubeus, & grossus, ut parua cerasa, sed fructus  
alterius speciei est paruus & niger. Hæc arbutula syluestris est, & in dictis  
sponte nascitur locis. Tamen si quis eam plantare desiderat nucleis suis serat,  
uel plantulas eradicatas de loco matris quo uoluerit transferat. Item eius radi-  
ces multum sub terra demergat, quæ nec fossione lætatur. ubi locus nimis fue-  
rit adustus, uel nimis siccus & durus, mense Februario & Martio est serenda,  
putari aut formari non eget nisi forte quis masculum uelit propter uoluptatem  
aliquam in altum extollere. Colligitur autem fructus, cum successiue eius nigre-  
dine uel rubedine maturitatem fatetur. Eius lignum rubrum, pulchrū & quod-  
dammodo uarium est, odoriferum, competitq; ueribus, quæ suum saporem car-  
nibus ex ipsis allatis conferre dicuntur, fiunt etiā ex ea coclearia satis pulchra.  
Fructus eius calidus & siccus est, & multum ualet contra frigidum tussim si co-  
mestus ædatur. Rami eius cum fructu & frondibus in aqua uel uino cocti, & in  
uasa ex muffa infecta, cum ipso uino uel aqua calidissima positi & obdurato uen-  
done in eadem agitati, uasa mirabiliter liberant, ipsisq; saporem & odore lau-  
dabilem præstant.

## De arboribus non fructiferis &amp; omni utilitate ipsarum.

**S**ufficienter dictum est supra de arboribus fructiferis, & de cultu & uti-  
litate ipsarum. Nunc autem dicendum breuiter de omnibus arboribus  
& fructibus infructiferis quæ reperiuntur in partibus nostris, & de utili-  
tate ipsarum, secundum ordinem Alphabeti.

De abiete



## De Abiete.

**A**Bies & quæ uulgo uocatur piella & aresæ ferè eadem sunt arbores, non enim coluntur, & in alpibus & locis niuosis magnæ ualde proueniunt, & omnes miro modo directe in altum extolluntur, frondes uirides omni tempore habent. Ex ipsis fiunt arbores, & antennæ nauium magnarum, quibus nullæ alię arbores sufficere possunt, optimæ sunt in omnibus operibus siccis ædificiorum, quia lenes & rigidæ sunt & durabiles, & assides ex eis factę ubiq; plurimum domos exornant, fiunt etiam ex eis uasa uinaria, tam magna quàm parua, sed in eis facile uinum in acetum mutatur. Sed aresę præcipue competit ficulis in quibus aqua defertur. Nam species per aquam facile uitiatur.

## De Amedano.

**A**Medanus quæ alnus uocatur, arbor est quę non colitur, sed in locis palustribus & aquosis præcipue delectatur, & fabricis inutilis est, sed necessaria si locus humidus fundamentis planandus est. Nam sub terra ilico radices infixæ uirides emittit, & in grossata ex pluribus palis prope positis & in unum corpus redactus fortissimum & diu durabile fundamentum facit. Item ex ea conuenienter incisoria fiunt, & passides, quibus rarissime accidunt crepaturę.

## De Azero.

**A**Zerus est arbor satis magna, quæ in alpibus inuenitur, quę optime conuenit cyphis, & parapsidibus & incisorijs faciendis & uasculis, & omnibus delicatis operibus, quia eius lignum est magnum, albū & solidum, & ualde politum efficitur, sed eius parapsides facile per calorem scinduntur, nisi factę sint de quaterno, id est, de ligno in quatuor partes scisso aut de nodosa siue neruosa radice.

## De Anoruo.

**A**Noruo est arbor parua, quę similiter circa alpes oritur. Cuius medianus cortex datus in cibis aut potibus, mirabiliter uentrem laxat.

## De Agnuscasto.

**A**gnuscastus est frutex, id est arbustula parua, quę omni tempore uiridis reperitur in aquosis locis magis, & in siccis minus, & eius lignum est durum, & folia eius sunt sicut folia oliuæ, sed sunt leuiora. Calidus est & siccus in tertio gradu, secundum Auicennam est calidus in primo & siccus in secundo. Flores, folia competunt usui medicine, & magis flores quàm folia, & flores quidem agnuscastus uocantur, qui in uere colliguntur, & per annum tantum seruantur, & uirides sunt maiores efficacitę, quàm siccati. Dicitur autem agnuscastus, quia libidinem reprimendo castum facit, lectus enim ex eo factus libidinem stringit, prohibendo pollutionem, & uirgę erectionem, ut Auicenna dicit. Fomententur genitalia, etiam ex aqua decoctionis eius, & succus potest. Contra gonorrhæam decoquatur modicum castorij in succo eius, & detur in

Q potu.



potu. Item folia & flores eius decoquantur in aceto, addito castoreo, & genitalia cataplasmentur. Et nota quod quidem extingunt libidinem inspissando sperma, ut semen lactucae, citrulli, melones, cucumeres, cucurbitae, portulaca, acetum, agresta, camphora, & similia, quaedam muniendo spiritus & consumendo sperma, ut ruta, maiorana, agnuscastus, cyminum, calamentum, & anethum. Haec sunt calida aperitiua, & uentositatem exterminant & soluunt. Item fomētum factum ex aqua decoctionis agnuscasti matricis exiccat superfluitates, & ipsius angustat orificium. Contra Lethargiam ualet decoctio agnuscasti, apij, & salviae in aqua salsa, si ex ea fortiter capitis pars posterior fricetur. Auicenna dicit, quod suffumigantur mulieres, cum uehemens desiderium coitus adest, & liberentur, & eius folia fugant uenenosa.

## De Buxo.



**B**vxus est arbor parua, quae solidissimum, croceum & pulcherrimum habet lignum, pulchrisque frondibus & uiridibus semper uestita est, ex quibus domicellae serua faciunt. Plantari potest non solum si plantulae radicatae de stipite matris euulsae ponantur, sed etiam si rami eius denudatis frondibus infiguntur in terram. Rasura huius ligni quia frigida est & sicca, decocta in aqua putrei constringit fluxum, ut dicit Dioscoridus. Tingit etiam crines si eius decoctione saepius abluatur. Ex ipsius ligno fiunt optimi pectines, & cochlearia, & manubria cullorum, & calculi, & tabulae cereae, & omne opus paruum quod pulcherrimum lignum sculpendum requirit, recipit enim & retinet commode omnem formam.

## De Grillo.

**G**rillus est arbutula parua, quae in arenis fluuiorum oritur, quae pulchras ualde uirgulas & multas emittit. Quae colliguntur mense Aprili, cum succus in eis mouetur, & excoriantur. Deinde fiunt ex eis corbes, cauegiauium, & casei siccandi & conseruandi, & canistra, in quibus panes portantur & fructus. Item ex radicibus eius ligantur manubria falcium, & falcellinorum, & quae ad incidendum ligna & putandas uineas sunt necessariae.

## De Cypressso.

**C**ypressus est arbor nota, & pulchra, quae uiridis semper existit, & ideo in claustris monachorum frequenter plantatur. Eius lignum est ualde odoriferum & pulchrum, & ex eo fiunt pulcherrimae assides, quas homines libenter ponunt in fundis instrumentorum musicorum, ut cithararum, & aliorum, & in omni-



& in omnibus operibus delicatis. Hæc arbor, ut ait Auicenna, calida est in primo gradu, & sicca in secundo. Et quidam dicunt quod est frigida, folia & nux eius stiptica sunt, & folia eius delent morpheam, & consolidat uulnera, & nux eius confortat neruos, & roborant mollificationem, & stringunt etiam, & decoctio nucis cum aceto sedat dolorem dentium.

## De Cannâ siue arundine.

**C**anna siue arundo nota est, terram desiderat mediocriter humidam & pinguem. Canneta fiunt hoc modo, uidelicet quod pastinata æqualiter terra mense Februario & breuissimis scrobibus uno pede distantibus cannarum oculi per scrobes singulas obruuntur. Si calida & sicca prouincia est, ualles humidæ irriguæ opus est deputare canetis. Si est humida regio, locis medijs instituuntur, sed succo uillarum subditis. Ligonizantur ut uinæ, & ligonibus in æqualitatem terræ æquabimus mense Octobri & Nouembri. Sed siqua sunt antiqua canneta, mense Februario sarcientur, recisis quæ sunt in radice purganda, & putribus male porrectis, & siqua gignendi non habent oculos. Ex cannis fiunt pali, & perticæ uinearum, & scorea quibus intra se domus pauperum distinguuntur, & secundum Auicennam sunt uehementis in frigidationis. Et folia cannæ, radix & cortex conferunt allopeciam, & abstergunt sordes, & radix cum capræ syluestri extrahit carni infixam. Et lanugo quæ est flos eius quando cadit in aurem, facit euenire surditatem, qui inuisatur in ea & non egreditur.

## De Genesta.

**G**enesta est quædam arbustula, admodum parua, quæ plurimum ad herbæ naturam accedit, quæ in montibus & locis maritimis oritur, & flores facit ualde pulchros, quibus profertis domicellæ utuntur ramusculis eius. Deficientibus iuncis possunt palmites uinearum ligari. Item ex genestis potest fieri stuppa, quæ loco canapi uel lini succedere potest.

## De Fago.

**F**agus est arbor magna, nascens in alpibus, ex qua optime fiunt lanceæ, & fellarum assides & librorum. Item fabricis utilis est in sicco, sed humore corrumpitur. Isidorus autem dicit, quod glans siue fructus fagi est multum dulcis. Et eius medulla est muribus amica, & glires impinguat, turdis & columbis conuenit, & eos nutrit, & eius carnes concoctu faciles facit. Eius ligni substantia multum operibus est apta, sed non multum durat, quia à uermibus corroditur. Item est necessaria uitriariæ arti, si nondum à uermibus corrosa est, quia ex eius cinere uitrum cum aliorum quorundam appositione per ignis conflagrationem artificialiter præparatur.

Q 2 De Fraxino.



## De Fraxino.

**F**Raxinus est arbor satis magna, quæ in pinguibus & humidis nemoribus delectatur, eius lignum satis igni competit, & est optimum pro circulis uegetum & cadorum & scalis turrium. Item ædificijs idonea est hæc arbor exiccata, non uiridis, dum tamen terram non contingat, quia statim humore corrumpitur. Eius etiam sylua de tertio in tertium uel quartum annum incisa optimas pro uineis profert perticas. Plinius autem dicit, quod folia fraxini sunt utilia contra uenenum. Nam succo expresso potui dato contra serpentes, & eius umbra summe auxiliatur, tantaq; ei est uis contra serpentes, ut eius umbram uespertinam uel matutinam non attingant. Et si inter ignem & fraxini folia ponit serpens, in ignem potius quam in folia fraxini fugit. Et eius cortices & folia uentrem stringunt, & uomitum ex defectu uirtutis contentiue factum, si cum aqua pluuiali & aceto coquatur, & super stomachum ponatur, sedat. Et est arbor calida & sicca in secundo gradu.

## De Fraxinagulo.

**F**Raxinagulus est arbor fraxino in frondibus & in ligno similis, quæ in locis domesticis seu cultis delectatur. Hæc arbor fructum quendam siue granula parua producit, quæ nigra sunt quando matura existunt, & ualde dulcia, sed ferè nihil super ossa ex pulpa habent. Item exiccata multis mensibus conseruantur.

## De Fusano.

**F**usanus est arbor parua quæ in sæpibus oritur, ex cuius ligno fiunt fusæ optime, & alia hoc genus.

## De Oplo.

**O**plus, id est, taxus, est arbor parua, quæ in alpibus & montibus eis proximis inuenitur, quæ optima est pro balistis ligneis & arcibus faciendis.

## De Opolo.

**O**polus est arbor satis magna, quæ lignum habet ualde album & pulchrum, ex quo fiunt optima iuga bouum, incisoriæ passides, & assides, pro delicatis operibus faciendis.

## De populo &amp; albaro.

**P**opulus & albarus sunt ferè similes arbores in magnitudine, & forma frondium, sed populus magis in altum extollitur, & eius lignum non politur. Albarus uero magis per latera ramos extendit, & est lignum eius albius & pulchrius pro assidibus faciendis, ædificijs in sicco satis competit, licet longissimo tempore in eis non uret. Locis humidis & arenosis præcipue populus delectat, in montibus locisque saxosis ac cretosis durare non possunt. Plantatur ramis annualibus uel biennialibus, uel etiam maioris ætatis in terram infixis, & facillime comprehendunt. Item compertum, albarum incidi & quocumque inerint fragmina incissuræ, inde quasi spissam syluam nasci, potest etiam hoc euenire ex pullulatione



pullulatione radicū, quæ circa præcisam arborem uniuersam occupant terrā in superficie eius, propter quod etiam præfatæ arbores plurimum inueniuntur obesse uineis, & frumentarijs agris. Populus hoc habet proprium, quod si æstiuo putetur tempore, aut perit, aut infirmatur, aut scabiosa efficitur. Dicitur autem populus, eo quod incisa pullulat ad modum populi, ut dicit Isidorus.

## De Rosarijs.



**R**osaria nota sunt. Ex his autem quædam alba, quædam rubea. Et iterum quædam domestica, quædam syluestria sunt, alba uero tam syluestria quam domestica fortes constituunt sepes, quia multas & fortes habent spinas, & omnes adeo retortas & uolentes ingredi retinent uiolenter. Sed rubea rosaria debiles uirgulas producunt. Plantatur autem plantulis & uirgulis in partas particulas diuisis, & in seminario satis seminibus. Et semina quædam sunt quæ in portu rubeo sunt collecta, quorum maturitas ad plantandum apta cognoscitur, cum post uindemi-

as colorem fuscū & mollitiē quandam habent. Si qua sunt antiqua rosaria circumsodiuntur, & ariditas reciditur uniuersa. Item quæ rara sunt, possunt uirgarum propagine reparari. Rosa frigida est in primo gradu, sicca in secundo. Viridis & sicca competit usui medicinæ. Siccantur autem aliquantulum ad solem, & possunt per triennium seruari. Cum receptio rosarum inuenitur, siccæ pondæ sunt in medicinis, quia facilius conterunt. Ex uiridibus autem fit mel, uel saccharum rosatum, aqua rosata. Mel rosatum sic fit, primo mel spumatur, deinde coletur, postea addantur folia rosarum, abiectis stipitibus, & quibusdam albis, quæ sunt in parte inferiori, & minutatim incisa ponant, & fiat decoctio aliquantula, & signum decoctionis eius est odor & color ruffus. In septem libris mellis una rosarum ponatur, per quinque annos seruari potest. Et habet uirtutem confortandi, ex aromaticitate, mundificandi ex melle, competenter datur phlegmaticis, cholericis & melancholicis, in hyeme & æstate, debilitatis, cum mulla facta ex aqua & melle rosato, & facit mundificationem stomachi ex frigidis humoribus mel rosatum cum aqua decoctionis fœniculi seminis tribus granis salis additis. Vel fit hoc modo: Succirecentium rosarum una libra ponatur in cacabo ad ignem posito, cum bullire coeperit uiridium rosarum cum forficibus uel cultello incisarum libræ quatuor addantur, & dum bullierint, semper agitetur, & in fictili uase repositis quantomagis tenebitur tanto melius erit. Cum aqua frigida stomachum confortat, & constipat, & cum calida mundificat, detur in mane & meridie. Eodem modo fit mel uiolatum, & ualet capitis doloribus, febricitantibus cum tepida datum. Saccharum rosatum fit sic, folia rosarum uiridi-

Q 5 um pistata



ampullata conterantur bene, & ponantur in uase uitreo per uiginti dies ad so-  
 lem, & quotidie moueantur, & bene commisceantur. In quatuor libris saccha-  
 ri libra una ponatur rosarum, & potest per triennium seruari, uirtutem habet  
 constringendi, & confortandi, & ualet contra dyssenteriam, & lienteriam, & diar-  
 rhoeam ex debilitate uirtutis contentiuæ factam. Item ualet contra uomitum cho-  
 lericum, contra sincopim, & cardiacam passionem, cum sit ex calefactione spi-  
 ritualium detur cum aqua rosata. Electuarium de succo rosarum fit sic: Re-  
 cipe sacchari, succi rosarum ana lib. 2. & drach. 4. sandalium generum drach.  
 6. spodij drach. 9. diagridij drach. 12. camphoræ drach. 1. tempera admodum ele-  
 ctuarij, cum sirupo facto ex saccharo, & succo rosarum, & detur cum aqua cali-  
 da admodum castaneæ in matutinali hora, ualet etiam contra guttam calidam  
 & cholericam rubeam purgatur, & conualescentes tertianarios quotidie pur-  
 gat, sine molestia, & reliquias malorum humorum, quæ ibi remanserunt poten-  
 ter educit. Sirupus rosatus sic fit: quidam decoquunt rosas in aqua, & in tali a-  
 qua rosata addunt saccharum, & faciunt sirupum. Alij autem faciunt, ponentes  
 rosas in alio uase, habentem strictum orificium, & super effundunt aquam feruen-  
 tem, & dimittunt ibi stare donec aqua sit rubea, & inde faciunt sirupum, & hic est  
 optimus. Et nota quod sirupus factus ex recentibus rosis prius aliquantulum la-  
 xat, postea constringit, factus uero ex siccis in principio & in fine constringit.  
 Contra fluxum uetris, & uomitum cholericum, detur cum aqua pluuiali, uel ro-  
 sata. Febricitantibus post minutionem cum aqua frigida potui detur. Contra sin-  
 copim similiter secundum Nicolaum sic fit: Accipe rosas recentes, & pone in ua-  
 se per se & in caldario pone aquam donec bulliat, & bullientem super rosas præ-  
 dictas infunde, & postea uas ipsum tege, ne fumus exeat, ex quo aqua ubi refri-  
 guerit, rosas eijce, & alijs recentibus aquam bullitam eandem iterum superinfun-  
 de, mutando rosas, donec aqua illa rubea fiat, de hac autem aqua quatuor libras  
 accipe, & ibi libras quatuor sacchari infunde, cum autem bullire inceperit, al-  
 bum ouorum aliquod in aqua frigida multum concutias donec spumescat, & il-  
 lam spumam in sirupo bulliente spargendo infunde, & cum ferè nigrescere illa spuma  
 inceperit, suauiter cum tacia remoue, & iterum aliam infunde, donec clarus fiat siru-  
 pus & cum ceperit sirupus quasi filum facere si cum digito tetigeris aut taciae  
 dependens adhæreat, coctus est. Valet calori & siccati febrium, sitim reprimi-  
 & confortat & constipat. Eodem modo fit sirupus uiolatus, & sirupus nenufari-  
 nus, qui ualet contra maximos calores in acutissimis ægridinibus. Oleum rosa-  
 tum sic fit: quidam decoquunt rosas in oleo communi, & colant, alij terunt rosas  
 uirides, & in oleo & uase uitreo soli exponunt per dies quinquaginta, & hoc est  
 bonum. Sed secundum Nicolaum fit hoc modo: In duabus libris olei comunis  
 abluti libram unam uiridium rosarum aliquantulum concutiarum ponant in olla ple-  
 na, posita super ignem in caldario pleno aqua suspenso, & tam diu bulliant donec  
 aquæ tertia pars inde minuatur, quod demum album pannum lini immissum tor-  
 culari



culari deprimatur, eodem modo fit uiolatum sabatinum & mirtinum oleum, & ualent ista olea contra acutas febres, inuncta super epar, & pulsus & tempora, et plantas manuum & pedum, quoniam calorem extinguunt. Aqua rosata fit multis modis. Nam quidam sunt qui habent patellam plumbeam quam ponunt super quodam texto euerso, cui est ab una parte ostium, unde sub eo ponatur ignis, & intertextum & patellam est cinis, grossitudinis digitorum duorum, ne aqua saporem fumi accipiat, & circa textum est fornacella parua, de lapidibus ac luto facta, deinde patella rosis impletur, & capellum plumbeum ponitur super ipsum, ita quod uersus partem unde aqua rosata egreditur aliquantulum pendeat, & ignis continuo pendeat super ipsa patella, tantum quod rosae dimittantur in ea, quod in eis humiditas sit consumpta, & tunc reijciuntur. Et aliae recentes in earum locum ponuntur, & in alio uasae uitreo super pipeo capellae posito, aqua recipit, deinde in gestarijs ad solem positis, quibusdam diebus decoquenda relinquit, & seruatur. Alij uolentes succi omnem uaporem fumi & odorem euitare, in aqua rosata ponunt patellam praedictam ad capellam in cacabo aqua pleno, atque in fornacella disposita, quod ab una parte possit in eo aqua immitti, quae loco eius quae ab igne consumitur succedere possit, haec est optima. Quaedam in silo folia rosarum posita in uasae uitreo ut suspensa in uase ex aliqua parte adhaereat, folia exponunt, de super adeo claudunt ut uapor rosarum exiri non possit. Et haec est melior quam ulla poterit esse, tamen ualde parum & cum nimio labore fieri potest. Habet autem uirtutem constringendi, & confortandi fluxum uentris, & uomitum cholericum. Detur rosata simplex uel aqua decoctionis mastichis & gariophilorum, & praecipue contra fluxum ex debilitate & uirtutis contentiuae, uel acumine medicine, & quando ipsa nimis ducit, sincopantibus & cardiacis patientibus detur in potu, & super aspergatur faciei. In collyrijs competenter ad oculos ponitur, & in unguentis ad faciem quia abstergit panum faciei, & subtiliat cutem. Rosae siccae naribus appositae cerebrum confortant, & reparant spiritus, contra fluxum uentris ex cholera detur aqua pluuialis in qua rosae sunt decoctae, ad idem ualet emplastrum de rosis, & albumine oui & aceto posito super renes & pectinem. Contra uomitum fiat decoctio in aceto & spongia marina intincta ori stomachi superponatur. Contra sincopim detur aqua decoctionis rosarum, detur etiam puluis in ouo sorbili. Item contra ruborem oculorum, si sentiantur puncturae, ualent rosae coctae in aqua & cataplasmate. Flos rosae, quae interius reperietur, ualet contra fluxum uentris & uomitum. Item puluis eius lineae superpositus humiditatem eius consumit. Et nota quod succus rosarum uiridium in uase uitreo potest seruari per annum. Auicenna dicit, quod rosa rectificat foetorem sudoris, quando in balneo administratur. Et emplastrum de rosis coctis & contritis, & non expressis positum super apostemata calida soluit ea.



## De Rosmarino.



**R**osmarinus est quaedam parua arbutula odorifera, quæ semper habet frondes uirides, & quæ simulatur zanipro & scopæ, marinis locis præcipue delectatur, & ideo rosmarinus appellatur, plantatur autem plâtilis euulsis de matris radice. Item ramis in terram affixis, his mensibus quibus alix sunt plantationes. Calidus & humidus est, sed excessus eius non determinat in gradu, flores & frondes eius medicinæ usui sunt. Et flos eius dicitur anthos unde dianthos electuarium fit ex eo, arbutula ipsa etiam lanotides dicitur, uel detroli-

banos. Vnde cumistorum receptio inuenitur folia debent poni. Flores autem aliquantulum desiccatae ad solem per annum seruantur, similiter & folia, uirtutem habet confortandi ex aromaticitate, dissoluendi ex caliditate, extergendi, mundificandi & cõsumendi ex siccate, & diaphoreticam ex caliditate. Contra syncopim & cardiacã detur dianthos cum uino. Item aliter fiat decoctio florum in uino, & tale uinum detur patienti contra frigiditatẽ stomachi & ad digestionem confortandam, detur dianthos uel uinum decoctionis florum & mastichis cõtra dolorẽ intestinorum & stomachi ex uentositate, detur uinũ decoctionis eius & cymini, & contra cerebri frigidatem fiat eius decoctio in uino & patiens capite cooperto sumũ recipiat. Contra humiditatem uix acetum uel uinum decoctionis eius gargarizetur. Contra stranguriam & dyssenteria, flores uel saltem folia decocta in uino cataplasmentur. Ad mũdificationes maritricis & conceptum iuuandum fiat fomentum circa pudenda ex aqua decoctio nis eius, flores autem in oleo decoctos supponunt sibi mulieres.

## De Rubo.

**R**ubus notus est, cõpetit sepibus faciẽdis, quia eas fortes ac spissas & pũgentes facit, sed per se non multũ, nisi plâtas arborũ uel aliarũ spinarũ admixtas habeat, quibus sustineat, quæ aded sunt solide, & nõ flectant & destruant ab eo. Plantat aut plantulis suis, quæ facile inueniuntur, ubi capita tangunt terrã, quia ibi statim radices emittũt. Itẽ plantat seminibus suis mature collectis, & siccatis, usq; ad initiũ ueris seruatis, & tũc seminatis, fructus eius sunt mora, quæ mulieres & pueri comedũt, sed optima sunt p porcis. Rubus calidus est & siccus, ut quidã dicũt. Cõstãtinus aut dicit summitates eius esse stupeas, & ualere cõtra uisuras, & calida apostemata, unde uidet, qd sit frigida & sicca. Contra ruborẽ oculorũ turiones eius cũ uitello ouorũ cõterant, & addito croco supponant oculis. Cõtra quaslibet uisuras cera mũda rosoluat, postea addat oleũ rosatũ, deinde succus turionũ eius cũ maiori quãtitate. Cõtra calida apostemata folia sum-



folia summitatum trita cum aqua rosata superponantur. Contra dyssenteriam succus turionum eius cum aqua hordei pro clystere iniiciatur, uel ex turionibus cum albumine oui & aceto fiat emplastrum super pectinem & renes, si sit uicio superiorū, lenticula aliquantulū exusta in succo eius det ad manducandū.

## De Salice.



**S**alix est arbor nota, sic dicta eo quod plantata facile salit in altum. Hæc arbor in locis humidis & arenosis & solutis delectatur, & non multū radices profunde figit. Plantatur optime sine radicibus, si terra perforata cū palo aut cum foratura. Planta biennalis in parte inferiori acuta foramini fortiter imprimatur, & usque ad superficiem foramen ex sabulo impleatur, uel terra soluta. Terra ubi plantatur cretosa sit, deinde creta superponatur, quod si soluta est terra in quo plantatur sufficit si ex eadem impleatur foramen. Cui multum proderit si eisdem car-

dinibus, quibus in salice steterat apponatur, sit autē eius plantatio mense Octobri & Nouembri aut Februario & melius mense Martio, cum iam ipsis plantis, super salice adhuc existentibus, uiridis succus se effunderit. Eis autē planta mense Aprili & Maio abradatur quicquid in stipite præter superiorem oritur partem. Tertio quoque aut quarto anno dicitur omnes æqualiter, sex pedibus supra terram, sed si duobus tantū pedibus supra terrā ipsius formarentur stipites, proceriores produceret perticas, & longiori duraret tēpore, quia hæc arbor tanto in ramis erit foecūdior, quāto est terræ propinquior, & est ad incidendū aptior. Veruntamē si est in loco animalibus exposito magis timeat corrosio ipsarū, que octo uel decē pedibus à se inuicē distare debent, ne si nimis spissæ fuerint superfluis umbris perimant ea quæ seminātur in agris. De tertio in tertium annum perticæ inciduntur, uidelicet subtiles iuxta salicē, & grossæ tribus uel quatuor digitis remota ab ea incidantur rotundæ, uel non multū obliquæ, & quicquid est in salice siccum uel mortuum amputetur, nec fiunt in eis cannatæ remotæ sed paulatim per omnia latera æqualiter diffundantur. Hoc enim modo perticas proceriores, & minus ramosas efficient, & tempore longiori durabunt. Et nota si eo anno quo non inciduntur & amputentur, nimis parua & inutilia remanentes uirgæ suscipient maius incrementū. Ex ligna salicis solido pro perticis faciendo non exciso, fiunt trabes & materiæ domorum satis bonæ, & ex grossis fiunt assides & conchæ, & incisoria, & uasa multa uinaria, ex concauis uero fiunt cochlearia & situle & staria, & ramis fiunt uimina, & ex uiminibus fiunt sepes & clausuræ curiarum, & porticorum, & multa alia utilia. Hæc arbor competit

usui medi-



ufui medicinae secundum corticem, folia & flores, habet uirtutem cōstringendi & cōsolidādi cōtra dyssenteria. Succus expressus ex folijs, & potui datus ualet cōtra ulcerationē intestinorū, ex dyssenteria factā. Puluis ulcerationem exteriorem partium consolidat, detur puluis eius corticis combusti in potu aliquo. Item puluis, ut testat Dioscor. cum aceto potui datus & cum aceto cataplasmat, neruos & poros curat. Itē folia salicis resperfa aqua ponenda sunt circa febricitantes. Isaac autem dicit, floris & seminis salicis hanc esse uirtutem, quod si qua illud in potu sumpserit prole non generat, sed efficitur infœcunda.

## De Sauina.



**S**Auina est arbor satis parua, quæ semper uiridis est, & habet folia cypresso similia. Hæc arbor satis commode uiuit in omni aëre & loco, & in uiridarijs & in claustris religiosorum, quia circulis & perticis circa eam positus ramos undiq; conueniēter expandit, plantatur autem ramus, sicut de buxo dixi in terram affixus. Hæc arbor calida & sicca est in tertio gradu. Cuius sola folia competunt medicinae, & per biennium seruari possunt. Vinum decoctionis eius ualet contra dolorem stomachi & intestinorum. Item decocta cum uino ualet contra dyssenteriam & stranguriam, cataplasmata ualet etiam contra iliacum dolorem. Est enim diaphoretica & diuretica, fomentatio autē ex aqua decoctionis eius in uino ualet contra prædicta, & etiam menstrua prouocat, & foetum mortuum educit. Item decocta cum oleo & superposita idem melius operatur. Contra tenasmon ex frigida causa ualet, si fiat decoctio eius in aceto & uino, & fenum patiens recipiat.

## De Sambuco.



**S**Ambucus est arbor quedam quæ in sepibus nascitur, & ramis in terram affixis plantatur, & facillime comprehendit. Ex cuius ligno grosso uel mediocri fiunt arcus & ex grossiori non nodosa fiunt optime sagitte. Itē fiūt canelle tinaciorū & uegetum ex eius ligno. Virtus eius est calida & sicca in secūdo gradu, medicine cōpetit principiter cortex eius, secūdo flores & folia, uirtutē habet diureticā & attractiuā & purgatiuā. Cōtra quotidianam præcedente purgatione, ante horam



te horam accessionis detur uinum decoctionis corticis mediani sambuci. Item succus sambuci per se datus uel cum melle, lumbricos interficit. Ad menstrua prouocanda succus corticis eius perfarigetur uel folia cataplasmentur, fomentum ex aqua salsa decoctionis eius corticis tumorem pedum soluit & dolorem exteriorum partium.

## De Sycomoro.

**S**Ycomorus est quædam arbutula paruula similis sanguino, & forma ligni, quæ pulchras ualde producit uirgas, & eius cortex ualde pulcherrimus, ad eò adhæret ligno, quod ex eo fiunt pulchra manubria cultellorum, & nascitur in nemoribus prope alpes.

## De Sanguino.

**S**ANGUINUS est arbor quædam similiter paruaque multum pullulat in sepibus, & eas ualde inspissat, sed spinis caret, & pulchras & solidas uirgas producit, ex quibus fiunt brenixelli ad auiculas capiendas, & uimina ipsius texendis telis optima sunt.

## De Spina alba.

**S**PINA alba est arbor satis parua, quæ optima est pro sepibus, quia ualde acutas habet spinas, nec in radicibus per agros pullulat, & in se optime recipit insitionem, mespila & pirus & malus in ea facile cõprehendunt, sed ad debitum augmentum uenire non possunt, propter inæqualitatem magnitudinum earum. Lignum habet album & solidum. Ideoq; competit pyxidibus & cochlearijs. Frigida & sicca est in secundo gradu, & eius decoctio cõfert instrumentis iuncturarum & podagræ, & confert ad mollificationem stomachi.

## De Spina Iudaica.

**S**PINA iudaica melior est omnibus pro sepibus, quia in quolibet folio duas habet spinas, unam habet uidelicet magnam, rectam & acutissimam, & aliam paruam retortam, & spissam sua pullulatione constituit sepem.

## De Spina ceruina.

**S**PINA ceruina non multum sepibus competit, quia non est bene spinosa, sed sex ea pro uineis optimi fiunt pali, quia sub terra multa tempora durant.

## De Scopa.

**S**COPA est arbutula ualde parua, similis Zanipro. Cuius radix est rotunda & ad eò dura & nodosa, quod ex ea optimi fiunt cyphi.

## De Tamarice.

**T**AMARIX est arbor calida & sicca in secundo gradu. Uinum decoctionis eius ualet ad oppilationem splenis & epatis. Item stranguriã dissoluit, & plus in cibo cocta, ad idem ualet, frequens bibitio cum uase ex tali ligno factò, cortices autem maioris sunt efficacitẽ quàm solia.

## De Ulmo.



## De Vlmo.

**V**lmus est arbor nota quæ plantatur plantulis cum radicibus uiuentis quæ facile conualescunt, hæc arbor optima est ut uites super eam ascendant. Ex ligno eius fiunt trabes, & materia domuum, licet non diu durent in eis. Item fiunt mozoli rotarum, & fusoli molendinorum, & & scalæ turrium in his ualde competunt. Item fiunt mallei ad ligna scindenda & uasa uinaria stringenda, quia tenax est & non facile scinditur lignum eius. Item fiunt forcæ, & competenter omnia instrumenta quæ tenacitatē requirunt, ut potius curuentur quàm rumpentur aut scinduntur, & folia quidem eius optima fiunt pro pabulo bouum.

## De Vinco.

**V**incus est nota, quæ plantatur, ut salix, quæ eiusdem est nature, & ideo conuenienter in eam seritur. Et quædam facit uirgas croceas, quædam nigras, quædam rubeas, item quæ in loco calido & exili oritur tenaciores uirgas producit, quæ uero in umbris aut in loco pinguisimo minus tenaces facit. Item est alia species uincorum quæ gorre uocantur, quæ optime sunt pro tinis & uegetibus, quia longis ramulis carentes & in summitate grossas & ualde tenaces uirgas producunt. Et hæc quidem facillime comprehendit, si ex uirgis fiunt frusta semipede minora, & in terram figantur duobus solum digitis supra terram relictis, quæ nullo tempore in stipite altius ascendere debet.

## De Vindecto.

**V**indectus est arbor nota quæ locis delectatur aquosis, ex qua fiunt pro uineis competentes pali.

## De Subere.

**S**uber est arbor, cuius cortex grossus est, & optimus ad planellas & zinaros, qui singulis tribus annis uel quatuor ab arbore sua tolli dicitur & renasci, quod est contra naturam corticum aliarum arborum, quæ excorticatæ siccantur. Est enim cortex in arboribus sicut cutis in animalibus. Cuius si qua pars abscisa sublata fuerit non renascitur in eodem statu, sed cum de formitate & maxime cicatrice.



# PET. DE CRESCEN

TIIS, DE HORTIS ET DE NATURA ET UTILI

tate tam herbarum, quæ feruntur in eis quam ceterarum  
uæ in alijs locis sine hominum industria  
naturaliter nascuntur,

L I B E R S E X T V S.



Tactaturus de hortis & de industria cultus ipsorū, & de omni-  
bus herbis quæ propter alimentum humani corporis ferunt  
in eis, dicam de his mixtim, secūdum ordinem alphabeti, quæ  
sine hominis ministerio ex ipsorum elementorum commixtio-  
ne in alijs nascuntur locis, quibus frequenter utimur, ut earum  
uirtute corpora in aliqua ægritudine lapsa ad salutem pristinam reducātur, uel  
ante lapsum sana seruentur, huiusmodi namq; cognitio ualde utilis erit omni-  
bus & præcipue habitantibus rura, ubi medicinarum compositarum copia  
non habetur.

De uirtutibus herbarum in communi.

Dicimus quod arbor sola perfectam plantæ contingit naturam, & in i-  
psa qualitates elementares magis recedunt ab excellentijs, quas ha-  
bent in ipsis simplicibus elementis. Herbae autem & olera secūdum  
minorem satis rationem, accipiunt rationem & nomen plantæ, & qualitates e-  
lementales in seipsis magis sunt acutæ, & minus ab excellentijs simplicium ele-  
mentorū recedentes, propter quod etiā sunt meliores, & quod à primo hu-  
more pinguescente in terra minus recedunt, nec alte eleuantur, propter debi-  
lem uirtutem animæ uegetabilis in ipsis, quo autem uiciniores sunt elementis,  
eo uiciniores sunt materiæ. Et forma, quæ est uegetabilis animæ, minus uincit in  
eis, & propter hoc sunt efficaciores ad transmūtandum corpora. Et ideo magis  
sunt adhibitæ medicinæ, quàm aliæ, quod quædam qualitates habent à com-  
ponentibus, quædam à compositione, quædam autem à specie secūdum syde-  
ra: à componentibus uero habent calefacere & refrigerare, humectare, exicca-  
re: à compositione autem habent has qualitates fractas & aliquando adheren-  
tes, & aliquando subtiles, & penetrantes, quoniam multe earum nisi habent ca-  
lores fractos in humido præcipue & frigido, absq; dubio ea quibus adherent  
exurerent & incenderent: idem autem est de frigiditate, quoniam nisi fracta  
esset mortificaret, similiter autem est de humido & sicco, atq; calor non sta-  
ret adherens in floribus, nisi teneretur ab humido & sicco aliquantulum passo,  
nec siccum penetraret, nisi subtilitatem acciperet ab humido, & acumen à cali-  
do, & retinentiam à frigido, & detentionem à specie. Habent autem qualitates  
& operationes multas & mirabiles, sic quod aliqua uirtute purgat choleram,  
R ut scamo-



ut scamonia: & aliqua uirtute purgat phlegma, ut ebullus: et aliqua melacholiā, ut sene, et sic de alijs. Has enim uirtutes non habent à componētibus elementis, neq; ab ipsa compositione, quoniam compositio non dat uirtutē, sed uirtus componētis ipsa dat modum agendi uel patiendi, sed sunt cōpositiones istę & qualitates à tota specie causatę, à uirtutibus cœlestibus & à uirtute animę, non enim unquā calidum purgaret, sed potius consumeret, nisi à uirtute cœlesti causaretur hæc operatio. Sicut enim in intellectu practica sunt formę per se mouentes corpus eius in cuius sunt intellectu, & in exterminationibus animalium sunt formę quę mouent animalia, ita sunt formę quę à motoribus orbium per figuras stellarum influxę generalibus, quę sunt formę per se etiam mouentes ipsas ad quædam qualitates elementares, per illum modum nullo modo mouēt. Experimento autem scimus formam sceminę intra existentem, mouere ad uenerem per seipsam, & ipsa sibi mouetur in corpora instrumenta & membra per quę exercet coitus, & similiter forma artis per seipsam mouet, & querit instrumenta conuenientia fini suo: & secundum hunc modum efficaciores sunt motores orbium mouentes formas influere suis materijs, quas mouent motus stellarum & cœli, quam sit anima ad influendum formas tales corporis sibi coniuncti. Hęc autem formę obtinentes materias generabilium & corruptibiliū multis probantur effectibus, in lapidibus & plantis. Erunt enim multi effectus lapidū & plantarū, quę experimento accipiuntur in eisdem in quibus student magici, & mira per eas operantur, & istę operationes sunt quę nec componentium elementorum sunt nec compositionis ipsius secundum se, sed sunt formarū secundum quod influxę sunt ab intellectualibus & separatis substantijs. Amplius autem sciendum est, quod materia nihil agit per se, sed omnia patitur, & non sunt nisi tria formaliter in plantis, formę enim sunt quę sunt in eis aut sunt cōplexionales aut cœlestes, aut animales ex anima uegetabili quę est in eis. Et forma quidem complexionalis est in eis absoluta & comparata. Absoluta uero est ut calor, & frigus, humiditas & siccitas, & istę absolutę formę uariantur maxime, secundum duo quę sunt in planetis, quorū unum est elementi componētis quantitas secundū uirtutē, in una enim est plus caloris, in alia plus frigoris. Alterum autem per quod uariatur ista forma in agendo, est loci natura in quo crescit: plantę enim habent qualitates locorum in quibus crescunt. Et secundum diuersitates climatum uariatur actio qualitatum & plantarum. Plantę radicitus terrę adhærent & habent plus de qualitate loci, quàm cætera quę sunt mobilia de loco ad locum, quamuis enim mutabilia sunt secundum locum, immobilia tamen sunt dura, nisi suggestia locorum proprietates quę etiam molles sunt primitus, & maxime herbę, & sugunt nutrimentum suum à locis, sicut à uentre quodam: compositę autem istę eadem qualitates & acuiuntur & franguntur. Calor enim acuitur sicci dominio, frangitur autem & hæbetat & ab aquea humiditate, & inde fit, quod aliquando duę plantę habent duas qualitates æquales



æquales, secundum essentiam, & tamen inæqualiter agunt secundum eā, quod caliditas unius acuta est, & alterius fracta, inde etiam fit quod una fortius agit in profundum, altera fortius in superficie, quæ enim est in subtili humido, fortius penetrat in profundo, & illi adheret, & in eo congregatur uirtus eius, & quæ adheret grosso sicco, forte maior est, & tamē non pertingit nisi ad superficiem, eo quod penetrare non potest grossa siccitas ipsius. Hoc autem modo etiam frigidum comparatur ad siccum humidum, quia licet omnis qualitas actiua fortificetur in grossa substantia postquam receperit eam, tamen ipsa grossities eius impedit penetrationem, & ideo minus agit in aliam, aliquando minor uel æqualis quæ est in substantia subtili. Atq; etiā qualitas illa actiua quæ est in substantia subtili, licet forte maior sit quā alia quæ sit in substantia grossa, tamen non perficiet operationem suam, quia euaporabitur cum subtili humido, in quo est antequam cōplet operationem suam, sed sic eam diutius agit, quia retinebitur in substantia grossa ipsa qualitas actiua.

## De hortis &amp; cultura ipsorum.

**G**enerali sermone de hortis loquens, dicam in primis quod aërem desiderāt liberum & temperatū, uel temperato proximum, quod patet ex eo quod tempora & loca nimie caliditatis aut frigiditatis formidāt, & in eis herbæ quasi ad ultimam ariditatē proueniunt, nisi tunc multis pluuijs aut irrigationibus adiuuent, & similiter uidemus quod loca & tēpora mortificantis frigiditatis tollerare non possunt, item uidemus, quod in locis umbrosis nullius uel modice utilitatis existunt. Terram desiderant mediocriter solutā, & humidam potius quā siccā. Creta enim & argilla sunt hortis & cultoribus plurimū inimica, & herbæ in nimis soluta terra positæ in principio ueris optime conualescunt, sed in æstate siccantur. Item irriguus esse desiderat, ut super se ritum habeat, quo possit per conuenientes sulcos cum opus fuerit irrigari, quod si hoc habere non potest, habeat in se piscinam, uel foueam, fontem uel puteum qui in loco riui succedant, & si nullum habere potest fiant foueæ multæ paruæ per hortum, in quibus pluuiarum humor aliquādiu retineatur. Vnde Palladius egregie dicit, quod hortus qui cælo elementi subiacet, & fontano humore percurritur, prope est ut liber sit, & nullam serendi disciplinam requirat. Itē requirit terram pinguisimā, ideoq; in altiori parte sui simū semper habeat. Cuius succus eum sponte fecundat, & ex eo semel quolibet anno, si habetur copia eius, singula hortorum spacia impinguentur, eo tempore quo seri debebunt. Sit autē hortus domui proximus, longe tamen ab area situs, nam puluerē pallearū (quia herbarū folia perforat & exiccat,) patitur inimicū. Felix autem horti positio est, cui leuiter inclinata planicies cursus atq; fluentis aquæ per spacia discreta deriuat. Si habet copia terræ hortis expositæ, partes eius sic diuidendæ sunt, ut hæc in quibus autumnis seminabitur, uno tempore pastinemus, & quas semine uere complebimus, autumnis tempore debemus fodere, ita ut utraque pastinatio de-



coquatur beneficio alboris & solis. In locis autem humidis seminandis in uere utile erit circa finem Nouembris multos imprimere sulcos concauos, ad quos labatur superfluous arearum humor tēpore sationis, ut maturius talis locus tunc sulcis repletis seminibus impleat. Si uero penuria terræ habetur, quocunq; tēpore anni terra inter humiditatem & siccitatem inuenitur equalis pastinari potest, & statim feri: sed si optime fiunt impinguata ea quę sata erunt, magis sulci pient incrementum. Pastinum uero fiat profundū prima uice grossum cum uanga, & super terram fimus spargatur, deinde cum ligonibus iterum minutatim pastinetur, & quantum fieri potest lætamen & terra misceantur, & in puluerem deducantur. Cum autem seminandum erit, cum fune fiāt areę decem pedes amplę & longę quantum uolueris, super quibus iactabitur semen, & rastro operietur, & si quid terræ duræ in superficie remanserit conteratur, & iterum areę firmo operiantur, maxime cum sit satio hyemalis, impingat enim terram & à frigore semen defendit, herbę autē, scilicet lactuce, betę, borago, colliculi, & cęterę quę in eo loco ubi sit seminarium prædictum erant euulsę, cum sit pastinū commodē plantat circa sulcos arearum, ut in sequēti habeantur quadragesima, & seminario non auferunt nocumentum, ex quibus quas uolueris poteris ad semen producendum seruare. Potest autē in hortis satio plurimum herbarum fieri toto tempore anni, quo aēr & terra naturaliter seu hominis industria inueniuntur æquales, aut ab æqualitate non nimium discrepantes. Sed principalis & precipue satio duplex est, una uernalis quę fit mense Februario uel Martio, altera autumnalis quę fit mense Septembri uel Octobri, ita tamen quod locis frigidis autumnalis satio maturius fiat, uernalis tardior. In calidis uero regionibus autumnalis serius fieri potest, & uerna maturius. Hoc tamen scias, quod in temperatis locis & etiam calidis præfata satio uerna melior inuenitur, si facta fuerit in fine Nouemb. uel in principio Decēbris, quàm si Februario uel Martio mēse fiat, licet ante aduentum Februarij semina non nascuntur, & porri & cepę citius poterunt transplantari, possunt autem commodē seminari herbę separatim & mixtim. Nam si mixtim seminant, cum conualuerint euellent quę fuerint transplantandę, ut porri, caules & cepe, & ex his quę transplantari non debent, primo euellentur atriplices & spinachia, quę non durant in hortis, & remanebunt beta & petroselinum, satureia & aliqui caules, & ex lactucis & fœniculis aliqę, quibus ad congruam raritatem deductis sarculabuntur, & ad debitum ueniant complementum, & herbę quidem quę transplantari non debent rarę serendę sunt, quę uero transplantantur spissius feri debēt. Et est notandum, quod ubi debent plantari porri, cepę, & caules, phaseoli, milium, panicum, cucurbitę, cucumeres, melones, & citrulli possunt mēse Decembri, Ianuario & Februario feri, omnes herbę quę cōsumunt ante prædictam plantationē, ut sunt spinachia, atriplices & lactucę, caules porrinę & cepę & cęterę similes. Cauendum est ne quę seruntur semina sunt corrupta. Ideoq; eligenda sint quę farinam interiut habens



habent albam, & quæ magis fuerint ponderosa & pinguia, siue grossa, & in pluribus sunt utilia quæ non exceſſerint anni ætatem. Sepe tamen euenit quod semina quantumcunq; sunt bona, si iacta fuerint non nascantur ex aliqua malitia corporum cœlestiũ impedita. Ideoq; utile est diuersa semina simul seri, ne tempus alicui seminum cõtrarium ex toto terram destituant, licet enim aliquando plantæ se inuicem impediunt, ut supra probatum est in secundo libro, tamẽ herbas, ut plurimum uidemus, commode simul nasci & uiuere, ut aperte patet in pratis & in locis cæteris in quibus diuersis simul herbis & raro unius tantũ generis natura suo naturali motu producit, quam quidem sequi debemus in omnibus tanquam ducem. Scias autem quod omnis herbarum satio est optima cum Luna fuerit in augmẽto propter rationem quam supra dixi in libro secundo, & sæpe euenit ut non sit utilis satio cum Luna processerit in defectu. Fit autem transplantatio, ut sapor herbarum in melius commutetur & domesticet, & quæ nimis spissæ natæ fuerint, ad eò raræ ponantur ut sarculari possint, & ad debitum peruenire augmentum, nec est in transplantatione necesse firmari radices, sed in quibusdam est utile amputari radicum summitates, ut in tractatu cuiuslibet herbe patebit. Sarculantur autem quotiens herbe nociuæ nascuntur in eis, quæ tam sarculo quàm manibus optime auferantur, ne melioribus herbis surripiant nutrimentum. Fit etiam sarculatio cum propter pondus terræ, ac imbrum compressione & ambulantium conculcatione terra nimis fuerit consolidata, dum tamen scias, quod quando terra fuerit nimis mollis non tangatur, sed si fuerit nimis sicca, licet terra moueri non possit, herbe nihilominus sarculo recidantur, quæ res multum proficit hortis. Accidunt hortis multũ nocumenta, quandoq; autem necessitas nos cogit hortum facere in terra nimis solida & cretosa, cui multum proderit si sabulum misceatur uel lætaminis multitudo, & terra sæpissime moueatur. Et quandoq; terra est ad eò soluta quod humor conceptus facile resoluitur, & hortus æstiuo tẽpore nimiũ exiccat, cui proderit si eidem misceat lætamen & creta, si non potest facile irrigari aut diu negat cœlestis infusio. Si aut hortus est omnino nimis aquosus, magnis cingatur fossatis & per ipsum hortũ fiant etiã fossæ quod humor aquosus superfluus defluat ad partes extremas: si fuerit uero nimis siccus & aridus foueis non cingatur, quia hortus subducit humores, & altæ duobus pedibus pastinet, quia hortus sic cultus negliget siccitates, & tẽpore magni æstus irriget, & plantæ paruulæ obumbrent. Hyeme uero frigida cooperiantur nouæ seminationes, ne superfluo frigore quæ facta fuerint corrumpant. Contra nebulas & rubiginẽ paleas & purgamẽta pluribus locis per hortũ disposita simul omnia cum nebulã uideris instare cõbure. Contra limaces qui eas de hortu remoueant sint lectores. Cõtra formicas qui habent in hortu cor nociuæ forami apponamus, ut Palladius ait, uel origano, uel sulphure tritis foramen asperge, si de foris ueniant, omne horti spacium cinere aut creta cingamus. Si feceris lineã de oleo, non audebũt intrare donec fuerit

R 5 exicatum,



exiccatum sed hoc est difficile, sed utile erit hoc facere contra arbores patietes formicas & contra erucas: semina quæ spargenda sunt semper succo madefiant erucarum, per manus puerorum colligantur & occidantur cum hortu infestat. Cicer est inter olera propter multa portenta ferendum, ut olera infesta non generet animalia in corio testudinis. Omnia semina quæ sparsurus es desicca, uel metam locis pluribus & maxime inter caules sere. Contra mures & talpas prodest in hortis cattas habere, aut mansuetas mustelas. Alij foramina eorum creta & succo agrellis cucumeris implent, & alij foramen cum pastino usque ad terram solidam auferunt, deinde ponunt aquam in foramine in terra solida existente, & inde egrediens animal occidunt. Præterea omnia semina horti ferunt & agri ab omnibus malis & noxijs animalibus aut monstris intacta seruari, si succo radicum agrellis cucumeris & erucarum mixta macerentur. Herbae colliguntur propter cibum, ipsis recisis cultello modicum supra terram, & ex multis sola folia colliguntur, quæ ad debitum peruenerint augmentum, ut in beta, sclarea, boragine, petroselino, & in caulibus obseruatur, sed in hyeme caules totaliter inciduntur. Porro in his omnibus excepto petroselino, sceniculo, & saluia, & quibusdam alijs, si sepe stipites cum nati fuerint uel creuerint auferantur, longiori tempore sine seminibus uirides habebuntur. Verum propter medicinam oportet colligere postquam integram incipiunt habere quantitatem, antequam florum alteretur color & cadant, sed semina colliguntur postquam eorum terminus figitur & exiccatur cruditas, & aquositas, & radices sumendæ sunt cum adest foliorum casus: flores colligere oportet post aperitionem integram, ante exterminationem & casum: sed tota herba colligi debet cum ad suam integritatem peruenerit. Et fructus quidem sunt colligendi postquam finitur complementum eorum, & antequam sint parati ad cadendum, & quæcunque colliguntur decrescente Luna meliora sunt, & magis seruabilia his quæ colliguntur crescente luna, & in eius augmento, & similiter quæcunque colliguntur claro aere, meliora sunt his quæ colliguntur in dispositione humiditatis aeris, & uicinitatis ipsius pluuie. Et syluestres quidem domesticis sunt fortiores & minoris quantitatis, secundum Plinium, & ex syluestribus montanæ sunt fortiores, & illæ quorum loca sunt uentosa & sublimia sunt præter alias fortiores, & illæ quarum color fuerit magis tinctus & saפור magis apparens, & odor fortior, erunt potentiores in genere suo. Atque etiam scias, quod uirtus herbarum debilitatur post duos uel tres annos, sed plurimum herbae, flores & semina seruanda sunt in locis siccis, & obscuris, & in sacculis, aut in uasis constrictis melius seruantur, ne odor & uirtus eis exhaletur, & præcipue flores, radices autem melius in subtili arena seruantur, nisi sint radices quæ siccatae seruantur, quæ similiter in loco sicco & obscuro melius seruantur, semina tamen porri, & ceparum melius, quam aliter in suis siliquis seruantur.

De Allio.



## De Allio.



**A**llium mense Septembri & Nouēbri optime plantatur, in terra maxime alba, fossa & subacta, sine stercore, licet in alia terra etiam stercoreata proueniat: sed inseri potest mense Octobri, Septembri, Februario & Martio, & in locis calidis mense Decembri, & si dimittantur in terra quando matura sunt, reperiuntur eorū radices & folia, & faciunt semen sequenti anno, quod seminari potest, & allia producit. Plantantur in areis uno pede seu palmo distantes.

Item possunt poni in areis herbarum duæ aut tres acies in qualibet. Sarculanda sunt frequenter, ut melius eorum capita crescant, si bene capitata facere uolueris, ubi cœperint eorum stipites prodire, proculca, ita quod succus reuertatur ad ea. Colliguntur cum eorum stipites se amplius sustinere nō possunt, in Lunæ defectu & claro aëre. Fertur enim quod si feruntur Luna sub terra posita, & sub terris Luna latente uellant, odoris fœditate carebunt. Item in paleis condita uel fimo suspensa durabunt. Allium siccū & calidum est in medio quarti gradus, uirtutem habet consumendi, dissoluendi & expellendi uenenum. Contra morsus uenenatorum animalium, accipe allia & tere & cataplasmentur. Succus eius interius receptus discutit uenenum, ut theriaca dicitur rusticorum. Contra lumbricos accipe allium, parum piperis, petroselinum succum, mentæ & acetū, & inde fiat salsamentū, & comede cum pane uel carnibus. Ad aperiendas uias epatis urinales meatus, fiat salsamentum cum uino & succo herbarum diureticarum, & detur patienti. Contra strāguriā & dysenteriam & dolorem iliorum accipe allia & coque in uino & oleo, & facias inde emplastrum & impone pectini et circa uirgam & loca dolentia. Allium uisui obest, quia desiccatur, & toti corpori nocet, si ultra modū sumatur, quia generat lepram, apoplexiam, maniam & multa alia. Auicenna insuper dicit, quod allium coctum clarificat uocem & guttur, & cōfert tussi antiquæ & doloribus pectoris ex frigore. Isaac dicit, quod parum dant nutrimentum, et sunt nociua cholericis, & calorem naturalem habētibus, frigidis & humidis seu liquidis naturaliter urinam prouocant, et uentrem humectant, et siccis natura cōtrarium faciunt, sed uolentes caloris eorum nocumentum uitare bis ea elixent, deinde condiant ea cum aceto.

## De Artiplice.

**A**rtiplix serit mense Februario & Martio, et Aprili & ceteris mensibus, usq; ad autumnum, si poterit irrigari, et non desiderat transplantari, et a quibusdā serit mēse Decēbri, in terra bene culta et stercoreata, et melius

R 4 prouenit





tibus, quæ nascitur de epatis oppilatione, ex quo duabus drachmis cum melle & aqua calida potui datus cholericis ualde prouocatur uomitus.

#### De Aniso.



**A**nisum desiderat terram bene pastinatam & pinguem, & optime prouenit si humore iuuetur & stercore, seritur mense Februario & Martio per se, & cum alijs herbis, ac semen eius suspensum per triennium durat. Anisum calidum & siccum est in tertio gradu, alio nomine dicitur cyminum uel sceniculum Romanum, & est semen cuiusdam herbae quæ simili nomine appellatur, uirtutem habet dissoluedi & consumendi, potest autem conseruari per quatuor annos multa efficaciam. Cum lauatur facies ex aqua ipsius clarificat eam, & similiter eius acceptio & usus cum mensura, sed nimis usus ipsius faciem citrinat. Contra uentositatem, indigestionem & acidas eructationes detur. Vinum decoctionis anisi, sceniculi, & mastichis uel puluis ipsorum in cibis, addito puluere cinnamomi, & dolorem intestinorum ex frigiditate mitigat. Contra uitium matricis ex frigiditate, ualet decoctio eius cum alijs rebus diureticis. Contra liuorem ex percussione, & praecipue si sit in facie iuxta oculos coquat cum cymino, & supponatur cum cera calefacta. Ad augmentationem lactis & spermatis ualet puluis eius sumptus in cibo & potu, & hoc operatur aperiendo meatus lactis & spermatis.

#### De Anetho.

**A**nethum desiderat communem hortorum terram, & seritur mense Februario & Martio, Septembri & Octobri, & in locis clementibus etiam mense Decembri per se & cum alijs herbis, omnem caeli statum patitur. Sed in tepidiorilata, rarius seratur, & irrigetur si non pluat, aliqui semen eius obruunt, opinantes quod ab aere nulla tangatur, Anethum calidum est & siccum in secundo gradu.





gradu. Eius semen principaliter competit medicinae. Secundario radix recēs. Nam radix recēs habet uirtutem diureticam, calculi fractiuam, & uiarum uiraliū aperitiuam. Sicca uero nullius est utilitatis. Tertio herba. Semen per triennium potest seruari, melius tamen est si singulis annis innouetur, decoctio herbe & seminis ualet ad stranguriam & dissenteriam, & lac augmentat. Contra dolorem matricis fasciculi anethi bulliant in uino, & cataplasmentur. Semen eius uentositatem tumorem & inflationem dissoluit, & similiter rami eius, & ipsum semen uentrem de humorum putredine mundificat, habet etiam proprie-

tatem extinguendi singultum de plenitudine factum, quod si uratur, calidum & siccum est in tertio gradu. Etiam ualet contra uulnera putrefacta & diuturna in uentre nata. Auicenna dicit quod assiduatio comestionis anethi debilitat uisum.

## De Appio.



**A**ppium mense Februario, Martio, Aprili & Maio seri debet & multū multiplicatur in circuitu, & eius uetustiora semina citius nascuntur. Appium aliud est domesticum, aliud syluestre: domesticum aliud hortēse, aliud aquaticum. Quod in hortis nascitur calidū est, in principio tertij gradus, & siccum in medio. Ideoq; coctum uel crudū esui datum oppilationem aperit, urinā prouocat, & uentrem stringit, habet proprietatem constipationem membrorum soluendi, & uiam humoribus faciendi, unde nocet epilepticis & prægnañtibus, eosq; ad stomachum, uuluam & caput attrahendi habet uirtutem, nocet epilepticis & prægnañtibus, & uomitum inducit. Vinum eius decoctionis torsionē uentris factam ex uentositate compescit. Semen est efficacitē minoris, secūdo radix, tertio herba. Aquaticum autem ranum dicitur, eo quod in aquis nascitur ubi ranæ morantur, uel eo quod renibus opitulatur, parum est calidum, unde digestibilis est & calidis naturis conueniens. Cataplasmatio facta de eo & mica panis super stomachum positus eius ardorem mitigat, syluestre dicitur apium risus, eo quod melancholicum purgat humorem, ex cuius abundantia tristitia generatur. Apium risus in uino uel aqua decoctus stranguriā & dissenteriam soluit, & fumigium ex eo factum menstrua prouocat, uel succus eius suppositus. Et nota quod apium risus timore sumi debet, quia in quibusdam locis adeo uehementissimum inuenitur, quod si sumatur est causa mortis.

## De Absin-



## De Absinthio.



**A**bsinthium calidū est in primo gradu, & siccum in secundo, duas dicitur habere uirtutes contrarias, scilicet laxatiuam & constrictiuā, primam ex caliditate & amaritudine, secundam ex grossitie & ponticitate substantię, unde non est dandum nisi materia existente digesta. Debet autē colligi circa mediū Maij, & in umbra siccari. Cōtra lumbricos in inferioribus intestinis existentes det̄ cum puluere centaureę, uel persicarię, uel nucleorum persicorum aut foliorū. Ad menstrua prouocanda perfarigetur succus eius, uel fiat suppositorium ex eo, & apio & artemisia coctis in oleo. Contra ebrietatem detur succus eius cum melle & aqua tepida. Contra suffocationem ex sanguine, detur succus eius cum aceto & aqua calida. Ad duritiem splenis absinthiū coctum cataplasmetur. Contra liuorem & dolorem membrorum ex percussione ex absinthij puluere & cymini & melle fiat emplastrum. Contra duritiem & uermes aurium, instillet succus eius. Succus eius potatus uisum clarificat, & oculis impositus ruborem & panum remouet, libros & pannos à uermibus & tineis tutos reddit, & tuetur & carthas à corrosione & corruptione.

## De Artemisia.



**A**rtemisia, quę alio nomine dicitur mater herbarum, calida & sicca est in tertio gradu, folia eius magis quàm radix competit medicinę; & uiridia magis quàm sicca. Valet cōtra sterilitatem, quę fit à frigiditate. Nam si esset ex caliditate magis obesset, quod satis perpēdi potest ex complexione mulierum, si sunt macrę uel pingues, detur ergo puluis eius cum puluere bistortę, & nucis muscatę, cū melle confectus, uel sirupo simplici, in modum electuarij. Item balneatur in aqua in qua sit cocta artemisia, uel ex tali aqua somentetur uulua, uel ex ea & oleo cōmuni fiat suppositorium. Ad menstrua prouocāda fiat pessarium ex succo eiusdem. Contra tenasmō ex frigida causa, patiens recipiat fumum eius per anū, & herba calefacta & super lapidem posita sedeat super eam.

De Aristol.



## De Aristolochia.



**A**ristolochia duplex est scilicet longa & rotunda, & utraq; calida & sicca est in tertio gradu, & quidam dicunt quod est sicca in tertio gradu, radix magis quam folia cōpetit medicinae. Radix colligitur in autumnno, & exiccata per bienniū potest seruari in multa efficacia. Et folia cū floribus habēt uirtutē dissoluēdi & cōsumēdi & expellendi uenenum, & morsum uenenatorum animalium, detur succus rutæ cum puluere eius, puluis etiam eius carnes corrodit in uulnere, & in fistula, ad expellendum fœtum mortuum

coquatur bene in uino & oleo, & radix eius, & fiat fomentum iuxta femur, puluis eius aceto mixtus cutem optime & scabiem & saniem mundificat. Albertus dicit, quod habet mirabilem uirtutem in attrahendo spinas & alia carni infixas. Item dicit, quod mundificat sordes auris, & mundificat & confortat aurē quando ponitur ipsa cum melle, & prohibet saniem si generetur in ea, si linitur super splenem cum aceto confert ualde, & rotunda in omnibus est fortior.

## De Abrotano.



**A** Brotanum est herba calida & humida primo gradu, & subtiliatiua & apertiuua ualde. Cuius emplastrum prohibet attractionem neruorum ad membra. Item frangit lapidem in renibus, & prouocet menstrua sedēdo super eius decoctionem, & cōfert ulceribus eius, & eijcit secundinam, & fœtum, & confert coadunatione oris matricis, & aperit ipsum, & durtiē eius bibitum, & more emplastri superpositum.

## De Asphodelo.



**A** sphodelū & centūcapita & albutiū idem est calidum & siccum in secūdo gradu, folia eius sunt similia folijs porri, radix eius cōpetit medicinae magis quā herba, & uiridis melius quam sicca. In radicibus eius inueniunt quædam capita in modū testicularū, diureticā habet uirtutem attrahendi, dissoluendi & consumendi, & ualet ad ea ad quæ ualet anethum, & eodē modo. Item ualet ad ea quæ ualent cōtra maculas & omne uitium oculorum, hoc modo, accipe uncia croci & uncias 3. mirrhæ, bullias in libra media boni uini rubei, & libra media succi asphodeli usq; ad medię partis consumptionem, uel ponatur ad solem in uase æneo, per totos dies ut ad



dies ut ad medietatē reducat̄ miro modo prodest, si tali collyrio illiniant̄ oculi.

## De Acetosa.



**A** Cetosa frigida & sicca est in secundo gradu, in ipsa est stipticitas & superat choleram, & eius humor est laudabilis, radix eius cum aceto confert scabiei ulcerosæ, & excoriatiōi inguinis. Ex ea fit emplastrum scrophulis, ita quod dicitur si radix eius suspēdat̄ in collo habentis ea iuuetur, & eius decoctio cum aqua calida confert pruritui, & similiter ipsa in balneo est perutilissima, & comeditur propter desiderium cibi.

## De Blito.



**B** Litum desiderat terram pinguisimā, humidam, stercoreatam & subactam, & optime proficiet. Seritur propter cibū mense Decembri, Febuario & Martio precipue. Sed potest ferē toto anno feri, si inueniatur terra æqualis, & optime quæ spissa fuerit rarificatur, & alibi transplantat̄, cum aliquantulum creuerit, ut sit quinque uel quatuor foliorū, radicibus suis fimo recenti obrutū, & quæ inuenitur in loco ubi sunt seminaria euulsa & seminatis areis, plantetur circa ipsa ab utraq; parte sulcorum. Itē potest feri in areis ubi sunt melones & citrulli aut cu-

curbitæ, cum incipiunt ramos extendere, siue sint ibi cepæ siue non, quæ remanebunt remotis melonibus, citrullis & cucurbitis. Sarculanda est sæpe, & ab herbis inutilibus liberanda, si per se sola fuerit. Sed blitum quæ propter semina colligenda seritur optima erit, si seratur mense Augusto, deinde mense Ianuario per sulcos hortorum uel per areas transplantetur, hæc enim postea nobiliora semina ferunt. Et nota, quod ex eodē semina bliti nascuntur nobiles, quædam quæ primo anno non producunt, sed solum anno sequenti. Et hæc debent propter esum seruari. Et quædam nascuntur ignobiles, quæ prima æstate surgunt in stipitem, & semen producunt, & hæc extirpentur de horto, cum semen proferunt. Item feri potest & cum alijs mixtim quæ remanebit & sarculabitur remotis quasi ceteris herbis. Eius semen per quatuor annos durat. Blitum frigida & humida herba est in tertio gradu, laudabilem chimum generat, uentrem humectat, & conuenit calidis natura uel accidentaliter calefactis, & sitim extinguit. Blitum lendes & alias immundicias capitis & faciei maculas emundat. Capillos capitis reparat, & conseruat, malos humores nutrit, si nimiū sæpe in usu habeatur,



habeatur, ut dicit Dioscor. Auicenna dicit, quod super eius radicem sicut & super caulem potest plantari surculus, qui tandem roborata radice in arborem transmutatur.

## De Boraginé.



**B**orago seritur mense Augusto, Septembris, Decēbris & Aprili, uel sola in areis, circa nouellas areas aliarum herbarum, nec apte alio tēpore seri potest, & transplantatur cōgrue ferè toto tempore anni: semina eius colliguntur seminata, ne de siliquis cadant, & herba cum seminibus per duos uel tres dies ponitur in aceruū, ut semina maturitatis recipiant complementum, & super linteamine cōcutitur seu conteritur, super quo semen facillime cadit, aliter enim haberi non posset, semē per du-

os annos seruat. Borago calida & humida est in primo gradu, habet enim proprietatem lætitiæ generandi, si in uino missa potui datur. Cor enim ualde cōfortat, unde ualet cardiacis cum aqua cocta, & cum melle, aut saccharo potui data. Cannales pulmonis, pectoris & gutturis optime mundat, optimum sanguinem generat, unde conualescentibus ex egritudine sincopem patientibus, cardiacis & melancholicis commesta cum carnibus uel condita cum sanguine. Cōtra sincopim detur sirupus ex succo eius & saccharo factus. Contra cardiacam addatur dicto sirupo puluis de corde cerui. Contra icteritiā comedatur frequēter cocta cum carnibus, item succo eius & scariolæ utatur patiens.

## De Ocímō.



**B**asilicon quæ est Ocimum, calida & sicca est in primo gradu. Cuius tres sunt species, scilicet gariophilatum, quod habet folia minuta, & hæc maioris est efficacitæ. Itē est beneuentanum quod latissima habet folia. Hęc herba ex aromaticitate uirtutem habet cōfortandi, & ex qualitatibus dissoluendi, consumendi, extrahendi, extergendi & mundificandi. Contra sincopim & cardiacam ipsius herbe decoctio detur, cum aqua rosata. Ad idem ualet uinum in quo eadem herba per noctem steterit, & si in eo cocta fuerit, tale uinum multum confortatiuum & aromati-

cum erit, & ualet contra prædicta & contra indigestionem ex fluxu uentris ex frigidityte. Sed contra fluxū ualet præcipue si herba uel semen quod est melius

S decoquatur



decoquatur in aqua pluuiali cum modico aceto, & talis aqua detur patienti. Itē  
ualet ad matricem mundificandam & menstrua prouocanda.

## De Bëtonica.



**B**ëtonica calida & sicca est in primo gradu, folia  
eius præcipue competunt usui medicine uiri-  
dia & sicca. Ad dolorē capitis ex frigida causa  
fiat gargarismus ex colatura decoctionis eius  
cum straxigonia in aceto. Contra dolorem stoma-  
chi detur decoctio eius in succo absinthij cum aqua  
calida. Ad matricem mundificandam & cōceptum iu-  
uandum fiat fomentum ex aqua decoctionis eius, fiat  
etiam suppositorium & detur electuarium confortati-  
uum ex puluere eius & melle.

## De Branca ursina.



**B**ranca ursina calida & humida in primo  
gradu, uirtutem habet molliendi, contra  
frigida apostemata conterantur folia eius  
cum axungia porcina ueteri & superpona-  
tur. Contra uitium splenis fiat unguentum ex  
ea contrita diu in oleo macerata & colaturæ eius  
addatur cera.

## De Bistorta.



**B**istorta est radix cuiusdam herbæ simile  
nomine appellatæ, & quæ frigida et sicca  
est in tertio uel secūdo gradu, uirtutem  
habet constringendi & consolidandi &  
confortandi. Contra uomitum ex debilitate uel  
feruore, puluis eius conficiatur cum albumine  
oui, super tegulam coquatur, & detur patienti.  
Contra dissenteriam detur cum succo planta-  
ginis, ad mēstrua constringenda fiat fomentū ex  
aqua decoctionis eius & puluere ipsius.

## De Cucurbita.

**C**ucurbita desiderat terram pinguem, bene subactam, stercorata & hu-  
midam, plantatur in fine Aprilis, & principio Maij, tribus uel quatuor  
pedibus distantes, hoc modo, bina grana simul mittantur circa tres  
digitos in terra, & rami deorsum & acuitas sursum maneant eleuata, sed per no-  
ctem ante



Item antequam plantentur mittantur in uas aqua plenum, deinde grana eijciantur natantia, & plantentur alia quæ non natant in loco ubi ponuntur, misceantur cum terra & letamine. Nec plantentur in foueis ne pluuie aggregentur in eis, & germen extinguant cum bene natae fuerint, & eleuata modicum supra terram sarculantur, & circa eas terra ponatur, & cum opus fuerit paulatim irrigentur. Et si plantatae fuerint in terra parum mota, cum augeri incipiunt, uniuersa terra circa eas posita fodiatur profunde, ut radices possint extendere per spacia uniuersa, & cum creuerit coopertura fiat desuper admodum uineæ ad staturam hominis, & rami foliati ponantur desuper propter umbram, & super ipsas cucurbitas propter calorem herba ponatur, ut melius crescant, uel sinantur ire super terram earum uites si placuerit, cui multum proderit, ut multa & citius poma faciat, si ipsius capita principalia & grossiora modicum in summitate rumpant, ut ramos faciant qui poma producant. Item inuentus est modus plantandi maturius cucurbitas & melones, & habendi maturius fructus, ponatur parum de terra trita super massam fimi calidi nuper extracti de stabulis mense Martio, & super dicta terra plantentur semina, hæc cito nascuntur propter calidum fumum & fimum eius, & nata defendantur in noctibus à pruinis coopertorio aliquo, & tempore quo pruina cadere desistit, statim cum modico illius terræ & fimi transplantentur ubi uolueris eas esse, quæ pro seminibus seruare uolueris grossiora, quæ de primo natis fuerint usque ad hyemem in uite sua indurare permitte, deinde ad paruum fumum suspende ubi semina optime seruabuntur. Et nota quod grossities appendentij futuram cucurbitæ magnitudinem indicat, & cum plantare uolueris aperias, & scias quod quæto in altiori loco cucurbitæ semina fuerint, tanto longiores creabuntur. Et nota quod semina prædicto modo seruata per triennium seruabuntur. Cucurbita, frigida & humida est in secundo gradu, phlegmaticum chimum generat, unde competit calidis natura & proprie cholericis, nam ipsorum calorem mitigat, & sitim extinguit, & est eis optima, & maxime si cum cotonijs aut maligranati succo aut agresta aut aceto malorum granatorum detur. Phlegmaticis autem detur cum pipere, sinapi uel menta. Et si in pasta inuoluta assetur, & succus in pasta inuentus potui detur, calorem febris mitigat, & sitim extinguit. In acutis febribus datur aqua eius uel sirupus ex ea factus, & ipsa cum carnibus cocta cholericis in æstate confert. Semina eius frigida & diuretica sunt, propter subtilitatem substantiæ, & præcipue competunt medicinis. Contra oppilationem epatis, renum & uesicæ, & contra apostemata pectoris semina mundata & à corticibus suis bene terantur, & in aqua hordei aliquantulum coquantur & aqua colata potui datur patienti. Si autem non potest bibere talem aquam fiet ex ea si  
 rupus. Et nota quod maiorem habent efficaciam si non  
 bullierint, sed ablaentur.





**C**ucumer & citrulli desiderāt eandē terrā cum cucurbita, et eisdem mensibus, eodem modo plantātur et circumsodiuntur, sed habere debet interualla maiora, & postquā nati fuerint omnino non rigētur, quia in rigatione facile destruantur, & cum plantata fuerint, eorū semina per sex uel octo dies inquirantur ne sint corrupta, quod scietur si dura sunt uel aperiantur, quod si mollia, non sunt bona, ideo loco ipsorum alia sunt ponenda, & iterum post sex dies rimanda, & alia ponenda si inueniantur corrupta. Herbis iuuantur, & ideo sarcu-  
lo et runcatione nō indigēt. Si semina omnino lacte & mulsā maceres dulces nascuntur, et candidi, longi & teneri, & si aqua in patenti uasculo sub eis ponas duobus palmis inferiores tales fiunt ut Martialis affirmat. Cucumeres & citrulli frigida & humida sunt in secundo gradu, & sunt ualde indigestibiles, & citrulli deteriores sunt cucumeribus, & in utroque parte exterior est durissima ad digerendum, sed medulla ipsorum perfectiorem generat chimum, habentibus calidum & fortem stomachum, & exercitibus in æstate conferunt cum substantia sua phlegmaticis, & otiosis nocent multū, & specialiter stomacho & neruositati eius. Sed aqua siue succus eorum cōfert febricitantibus, & statim sedat, non comeduntur cocti, sed crudi tantum. Sed cucurbitæ coctæ solummodo comeduntur. Citrulli quanto minores et teneriores et uiridiores seu acriores sunt tanto meliores, nec boni sunt postquam eorū substantia ad duritiem & color ad citrinitatem accedit. Sed cucumeres meliores sunt, maturi existunt, quod cognoscitur cum molles sunt & leuiiores fiunt.

## De Caulibus.



**C**Aules in omni aëre proueniunt, & terrā desiderant pinguem mediocrem & stercoreatam, et profunde fossam, et amat potius terram mediocrem quàm sabulum aut cretam. Caulium quidam habent folia plana & grossa, & his communiter utimur in partibus nostris. Quædam sunt folia crispissima, & hi licet boni sint, tamen sunt minus mundi propter erucas & alios uermes qui nimis occultantur in eis. Sunt etiam caules quidam habentes folia magna,



magna, subtilia & aliquantulum crispa per totum, qui caules romani dicuntur, & hi meliores sunt omnibus magisq; coquibiles, si terram ualde pinguem habuerint, in macra meliores sunt. Seminari possunt & transplantari toto tempore anni, quo tempore terra non fuerit cōgelata, aut ad eō siccata quod colinō possit, & durant eorum semina per quatuor annos. Et qui seruntur mense Decembri, Februario, Martio & Aprili & Maio habentur toto estate & hyeme, donec pruinis & nimio frigido destruantur. Quod si stipites eorum non euellantur, in uere producant semina, quæ cum matura fuerint colligantur, ueruntamen si plures, auferantur ab eis ramusculi seminum cum nascuntur, ita quod materia feminis consumatur, uinciuntur, & postea folia pulchra producant, & per annos plures eorum uita durabit. Quidam tamen nimis facile semina producant, & ij non possunt sic facile seruari. Alij uero sunt qui non sic facile semina proferunt, & his proprie competit hæc cautela: Et qui seminantur postmodum Augusto usque ad octo dies intrante Septembri, deinde plantantur de mēse Septembri, uel Octobri, uel aliquantulum creuerint erunt magis pulchri in quadragesima sequenti, & post ipsam, & semina non producant & gelu & pruinam hyemis non timebunt. Si uero ante dictum tempus serantur semina producant in quadragesima, & conuenientes erunt, quod si post dictum tempus serantur nimis teneri & debiles erunt, quod si post dictum, & ueniēte frigore hyemis non durabūt, & hæc in partibus Tusciæ Bonon. sunt probata. Spissi ualde seri possunt, & irrigari si tempus fuerit nimie siccitatis. Et nota, quod caulium semina per quinque annos dicuntur posse seruari. Cum uero plantantur in foramine cum palo facto amputentur summitates radicum, ne cum ponuntur sursum plicentur, quod eis magnū nutrimentum auferret. Et nota quod ponendæ sunt incrementi maioris quoque, quia licet serius comprehendant tamen fortiores sunt, nec est necesse quod radices fango uel molli lætamine liniantur, nec quod terra sit mollis. Nam & in mediocriter sicca plantæ uiuunt, licet arecant folia, donec ueniente pluuia prima confortabitur uigor eorum. Et non solum caules mense Martio uel Aprili plantatæ, sed etiam quæ Iunio, Iulio, Augustoq; mense plantantur erunt in hyeme magnæ, plantentur autem soli in loco ubi nihil aliud est. Et optime & similiter proueniunt per sulcos omnium herbarum, ceparum & alliorum, scilicet una acies per sulcum uel duæ, si una in qualibet parte sulci per unum brachium uel minus ab inuicem sint separati. Sed quanto rariores plantantur, tanto maiores efficiuntur, & quanto spissiores tanto minores erunt. Item caules quoq; diximus pro quadragesima esse plantandas, optime plantantur inter magnos caules in duplo spissiores quam ipsi magni sunt, prius optime culta terra, & quasi in puluerem redacta, qui remanebunt maioribus resecatis poterunt rarificari, ut magni fiant & durant per totum annum, & tota illa estate semina nō producant. Item plantari possunt per agros inter milium, panicū, & fabas per sulcos frumentii, & cæterorum granorum, & inter cicera & sulcos melonum & cucumerum.



Item possunt plantari in uineis & in his bene proueniunt, sed eas maxime lædunt. Compertum est enim caulem esse inimicum uitis, & debilitare plurimum, & adurere si fuerit iuxta ipsam. Item caue cum caulem plantas, ne tantum terræ submergas quod summitas stipitis plantule non remaneat super terrā, quia statim planta periret. Caules sarculandi sunt & herbis inutilibus liberandi, & cū post incensionem, siccitatem æstatis ueniunt pluuię quibus renouari sperantur, auferantur & ab eis folia inutilia quæ sicca fuerint & perforata. Caulis frigida & sicca in primo gradu. Sed Auicenna dicit quod est siccus in secūdo gradu. Turbidum & melancholicum generat sanguinem, & eius nutrimentum paruum est. Cum uero coquetur cum carne pingui aut gallinis fit bonus, parum ius eorum uentrem humectat, & urinam prouocat. Eorū uero corpus est siccum unde constipatiui sunt, ergo simul recepti in hac actione temperati, sed solum ius datū soluit, & substantia sola constipat. Nocumētum eorum auferitur si elixent, & aqua proiecta coquantur in allia cum pingui carne pecudū, aut suis cum pipere aut cum cymino aut oleo dentur. Auicenna dicit, quod eius decoctio & semen ebrietatem tardant. Et ex proprietatibus eius est exiccatio linguę, & facit somnum, comestio eius clarificat uocem. Galenus dicit si caules assati dentur pueris ad comedendum, faciunt eos citius ambulare. Plinius dicit quod folia caulium mire sanant uulnera canum. Item dicit, quod caulis parū coctus soluit uentrem, & multum coctus stringit eum: & dicit, quod caules confortant neruos, unde ualet paralyticis & tremulosis, lactis ubertatem præbēt, & eius succus ualet contra uenenum, & contra morsum rabidi canis.

## De Cepa.



**C**epa desiderat terram solutam, pingue & optime subactam, eorum semina durat per annum tantum. Sed in matris suspensa per triennium seruantur illæsa. Seritur à quibusdam mēse Nouembri circa principium & maxime per uniuersam Tusciā, & fit super ipsarum seminarium uelut pergularium de aliquibus straminibus coopertum uersus aquilonem, per unū brachium, & per duos uersus meridiem eleuatum, & à multis seritur mēse Decembri, Ianuario, Febuario, Martio, cum primum possunt feri. Sole serunt in areis, mixtimq; cum alijs herbis feri possunt, cum aliquantulum creuerint siue sit mēse Aprili uel Martio uel Iunio plantantur in areis per unum semissem uel spannam ab inuicem separata, & in area quatuor acies poni debent. Quas uero uis ante maturitatē comedere, plātabis in areis ubi sunt cucurbite, cucumeres, citrulli uel melones. Et cum hæc creuerint sæpe colligunt, ubi etiā si dimittantur ad maturitatem perueniunt, licet non sint ita grossæ sicut hæc quæ in areis sole plantantur.

Cum plan-



Cum plantari debent, rescinduntur radices usque ad grossitudinem unius uel medij digiti iuxta cepam, & per unum digitum tantum sub terra merguntur. Hæc enim planta facile a deo comprehendit, quod si solummodo poneretur uel caderet super terram uel ad partes longinquas portaretur etiam discooperta in terra quasi arida, dum tamen optime puluerizata plantentur summa facilitate nascetur & augetur. Sæpe circumfodi desiderant & ab herbis quibuslibet liberari, quod si terra eodem anno stercoreata non fuerit debet plantationis tempore stercoreari, ut optime conualescat. Collectis autem cepis maturis quod patet cum se sustinere non possunt & amplius non augetur. Meliores earum plantantur mensis Augusto ut anno sequenti semen faciant, deteriores uero plantantur ut in quadragesima uiridia habeantur, mediocres uero seruantur, quæ si in augmento Lunæ euulsæ fuerint claro uel sicco tempore existente, melius seruabuntur in loco obscuro & sicco. Cephæ calidæ sunt & humidæ in tertio gradu, proinde sæpius comestæ cum sui acumine humores malos in stomacho generant, & sitim, inflammationem, uentositatē, dolorē capitis atque insaniam faciunt, propter fumum ex eis ad caput ascendentem, & cerebrum percutientem. Unde assuescentes eis, cadunt in maniam & terribilia somnia, & melancholica cernunt, præsertim si ex egritudine exeuntes eas comederint, crudæ uero comestæ nihil nutrimenti corporis tribuunt, sed si elixentur & in aqua proiecta inter alia coquantur dant nutrimentum bonum & plurimum, maxime si cum carne pinguisima & cum bono condimento odorifero condiantur. Si autem cruda propter medicinam moderate secundum quod oportet sumantur, calorem inducunt, grossos & uiscosos humores incidunt, uenarum ora aperiunt, urinam & menstrua prouocant, & appetitum augmentant, & uenerem suo calore & humiditate augent. Succusque earum naribus intrusus, uel si odor earum patienti naribus fuerit attractus, caput optime purgat. Cruda uero comestæ incrementa capillorum præstant. Auicenna dicit, quod in cepis est acuitas incisiva, amaritudo, stipticitas: & quod est longius est acutius, & rubrum est acutius albo, & siccum humidum, & crudum coctum, & in ipso est attractio sanguinis ad exteriora, quare est rubificatiuum cutis. Cephæ præterea cum comedantur proprie prodest nocumento aquarum, & semen eius delet morpheam, & cum fricatur ex co in circuitu alopecie confert ualde, & ipsum cum melle eradicat verrucas, & plurimus usus eius nocet cerebro, & sunt ex eis quæ nocent intellectui, propterea quod generat humorem malum.

## De Cymino.

**C**YMINUM desiderat terram pinguem, & aerem calidum, & seritur mensis Martio, siccum & calidum est in tertio gradu, per quinque annos potest seruari, uirtutem habet diureticam & fumositatem subtiliandi, unde sumptum in cibis & potibus & salsamentis digestionem confortat, uinum decoctionis eius & sicuum siccarum & seminis feniculi dolorem & torsionem intestinorum ex uentositate mitigat. Item uinum ualet contra frigidam tussim, contra tumorem





faucium cyminū & ficus bene tritæ in uino coquantur & emplastrum factum super locum dolentem imponatur. Cōtra frigidum rheuma capitis puluis eius & baccarum lauri simul in testa calefactus, & in sacculo positus capiti superponatur. Contra stranguriam & dyssenteriam & alios dolores ex frigidityate cyminum cum uino coctum superponatur. Cōtra sanguinē oculorū non in principio sed post puluis cymini cum uitello oui confectus super tegulā calidam ponatur, & diuisum per mediū sæpius superponatur. Contra liuorē, & commixtionem, uel alio modo factū, dum recens est puluis cymini subtilis bene confectus ad ignē, & sæpius appositus certum remedium est. Et nota quod ex frequēti usu cymini fit discoloratio cutis, ideo fratres minores, quia multum eo utunt, sunt multum crocei sic uolunt uideri multum ieiunare & de hoc summe gloriantur.

#### De Croco.

**C**Rocus est duplex, scilicet syluestris, qui seritur sicut aliæ herbæ, qui est modicę utilitatis, sed facit altum stipitem, & multas maculas in quibus nascitur crocus, qui cum apparet in ortu solis colligitur. Item est bonus crocus domesticus, qui non serit, quia semina nō producit, sed cepulæ eius colliguntur mense Aprili uel Maio, & dimittuntur octo diebus in aceruo, ut maturent, & tunc mundant & siccant in loco calido, non tamen ad solem, ne coquantur, cum sint maturæ, quod cognoscitur quia tunc folia eorū sunt sicca, & seruantur usq; ad mensem Augusti, & tunc uel ante aut post una se parata ab alia in areis paltinatis plantentur cum radicibus quas habent per unam spannam distantes, quatuor digitis submergantur in sulcis uel duobus uel tribus annis dimittantur, & quolibet anno mense Aprili si fuerint tūc folia sicca, & mense Maio, Iunio, Iulio, si herba nascitur in areis immittatur, super ardo terram per totam superficiem per duos digitos deorsum, ut non tangatur cepe. Et si plantantur circa finem Augusti aut mense Septembri raditur terra, ut area ab omni humiditate seu uiriditate mūdetur, deinde nascentibus floribus colligantur, & crocus siccus siccetur ad lentum ignē & aliquo loco clauso seruetur, & elapsis duobus uel tribus annis totus euellatur mense Aprili, & iterum plantat, ut dixi. Terrā desiderat cretosam uel mediocrē, & potest optime plārari ubi fuerint cepe, ubi sunt euulsæ. Et est sciendum quod crocus nō multum læditur umbris, sed plurimū lædit à muribus, qui sub terra corrodunt cepas eius, cōtra quos nihil qui sub terra tantū ualet cōtra tendere, trapulas iuxta eorū foramen, & sulcos inter areas concauos facere, qui eam defendunt ab humore aqueo, quē ualde timent, & propter hoc sunt impeditioes transitū muriū & talparū, quę multū appetūt cepas eius. Crocus est calida & sicca in primo gradu,  
in suis



in suis qualitatibus temperatus, & ideo confortatiuus ualde, unde contra debilitatem & defectum cordis multum ualet. Ruborem oculorum ex sanguine uel macula tollit, si tritus cum rosis & uitello oui apponatur oculo, ut dicit Diosc. Item qui crocum prius bibit ebrietatem & crapulam non timebit. Item coronæ ex eo factæ non permittunt homines inebriari. Item somnum facit & stimulat uenerem, ut dicit Plinius. Item dicit, quod curat morsus serpentium & arenarum & puncturas scorpionum.

## De Cepulis.

**C**epulæ Malixæ plantantur ut porri cum palo mense Iunio scilicet uinâ in foramen per unum pedem distantes, quæ magnum, ut uulgo uocant, caspum faciunt. Quo postea utimur estate sequenti post pascha, & sunt serè eiusdem complexionis cum alijs cepis.

## De Carduo.



**C**arduus seritur mense Martio, terram sterco-  
ratam diligit & solutam, quâuis in pingui pos-  
set melius prouenire, & hoc illi prodest cōtra  
talpas, si nō in solidiori terra pangat, ne ab inimicis ani-  
malibus facile perforetur. Sūt in area iam peracta car-  
dii Luna crescēte serendi, semina discreta spacio semi-  
pedis. Cauendū est ne semina immer sa ponant, nam  
debiles & curuos creabunt & duros, nō alte imprimē-  
da sunt, sed tribus digitis comprehensa mergantur, do-  
nec ad primos articulos digitorum e terra proueniat:  
herbis liberentur assidue, donec plantatura solidentur,  
& si æstas calidior fuerit, irrigētur, si acumina seminum

constringas, spinulis carere Palladius affirmat. Mense Octobri cardui plantæ  
ponantur inter frumentum iam natum uel alias segetes cum palo, quod est utili-  
us, quàm eas in crudo solo ponere. Quas cum ponemus radices summas eo-  
rum ferro ressecamus, ac fimo cingimus, ternorum pedum spacio separamus,  
cum incrementi canna pedali scrobe depositas binas aut trinas. Cinerem sæpe  
sub hyeme siccis diebus fimumq; miscbimus. Colliguntur autem non simul,  
sed successiue maturantur, nam tunc est colligendus carduus cum habet adhuc  
flores in parte inferiori, sicut fertur non ante nec cum flores omnes ceciderint,  
quia deterior esset. Sane singulis annis quotidie auferendæ sunt plantæ, ut  
nec macres fatigentur, & soboles per alia spacia dirigantur, cum tamen aliqua  
sunt radices parte uellendæ quas seruabis ad semina colligēda liberatas omni-  
bus pullis, testa supertegere debebis aut cortice, nam solent semina  
sole uel imbris interire,

## De Chamœ



## De Chamomila.



**C**hamomila calida & sicca est in primo gradu, & est propinqua uirtuti rosæ in sui subtiliatione, & ipsius caliditas est sicut caliditas olei conueniens, & aperitiua & subtiliatiua spissitudinis, mollificatiua & resolutiua absque attractione, & hæc est eius proprietas in medicinis, sedat apostemata calida mollificando & resoluendo, & confortat membra neruosa omnia, & est ex medicinis plus conferentibus laxitudini quàm reliquæ. Et est cõfortatiua cerebri, quia resoluit materias capitis.

## De Cuscuta podagra lini.



**C**uscuta, id est, podagra lini uel grun-  
gus, calida est in primo gradu, & sicca  
in secũdo, cũ floribus debet colligi, &  
per duos annos potest seruari, principaliter uir-  
tutẽ habet purgãdi melancholiã, secundo phle-  
gma, unde conuenienter ponitur, in decoctio-  
nibus purgantibus melãcholiã & phlegma.  
Aqua decoctionis eius ualet contra stranguri-  
am & dyssenteriam, & etiam herba si poteris  
habere in magna quantitate, decoctam in uino  
& oleo renibus pectori & alijs partibus dolen-  
tibus cataplasmata. Auicenna dicit, quod aqua

cuscutę est mirabilis ad icteritiã, sed Aristoteles dicit, quod de proprietatibus  
eius est expellere superfluitates antiquas à uenis.

## De Calamentho.

**C**alamentum aliud est aquaticũ, & uocatur mēastrum, aliud est mon-  
tanum & uocatur nepeta. Montanum melius est, quia est magis siccũ,  
cum florescit debet colligi, & in umbroso loco siccari, & potest per  
annum seruari, uirtutem habet dissoluendi, cõsumendi & cõfortandi.  
Contra frigidã tullim & cõtra frigidũ asthma, uinũ decoctionis eius pulueris &  
sicuum siccarũ ualet, nam ex eo & alijs quibusdã rebus fit diacalamentũ, quod  
ad idem ualet. Item puluis eius in ouo sorbili & in farina hordei ad idẽ ualet. Cõ-  
tra dolorẽ stomachi ex frigiditate utat paties puluere eius in cibis & in uino de-  
coctio. Item cõtra frigidum rheuma ungetur occipitium ex melle decoctionis  
pulueris eius, postea fiat satellatio ex puluere calefacto in olla cruda, uel ex  
ipsa herba, multum enim cõfort. Contra relaxationẽ uuæ fiat gargarismus ex  
aceto decoctionis pulueris eius uel herbe, & ponat puluis eius & puluis rosarũ.  
Contra



Contra tenasmon ex phlegmate, nitro, uel ex alio humore frigido iungantur re-  
nes ex melle & aqua decoctionis pulueris eius uel herbae. Et sic etiam liberatur  
matrix. Vel fiat fomētum ex aqua decoctionis eius ad desiccandas superfluita-  
tes matricis, & multum ualebit.

## De Centaurea.



**C**entaurea calida & sicca est in tertio gradu.  
Hec herba amarissima est, & alia est maior,  
alia minor, sed maior est maioris efficaciae,  
competit medicinae principaliter, secundum  
folia & flores, unde cum incipit flores producere de-  
bet colligi, & in umbroso loco siccare. Per annum in  
multa efficacitate potest seruari, uirtutem habet diure-  
ticam attractatiuam & consumptiuam. Vinū decoctio-  
nis eius ualet ad oppilationem epatis, splenis, renū,  
uesicę, stranguriam & dissenteriam. Vnde Galenus,  
centaurea est ex melioribus & nobilioribus medici-  
nis ad oppilationem epatis, & confert magnifice du-

ritiei splenis emplastrata & bibita. Contra uermes aurium iniiciatur succus eius  
cum succo porrorum. Ad lumbricos detur puluis eius cum melle. Ad uisum  
clarificandum succus radicum centaureae maioris cum aqua rosata conficiatur,  
& oculi liniantur.

## De Capillo ueneris.

**C**apillus ueneris frigidum & siccum est temperate, uirtutem habet diu-  
reticam ex subtili substantia, recens multae est efficacitae, parum potest  
seruari, quia subtilius herba est. Contra calefactionem epatis detur aqua  
decoctionis eius. Item ex ipsa aqua & saccharo fiat sirupus & sistit cum  
uicio splenis, addatur aliquid calidum diureticum. Item plagellae intinctae in suc-  
co eius uel ipsa herba trita superponatur. Auicenna autem dicit, quod parum  
declinat ad caliditatem, & sic est subtilitius, resolutius & aperitius, & in ipso  
est stipticitas, & quando permiscetur cibo gallorum & cothurnicum facit eos for-  
tes ad dimicandum & interficiendum. Cinis eius cum aceto & oleo confert alo-  
peciae, & cum oleo mirtino & uino & lixiuio prolongat capillos, & prohibet ca-  
sum illorum, & eius cinis cum lixiuio confert furfuribus capitis, & delet eas & era-  
dicat ulcera humida in eo, & confert pulmōni purgando ipsum, ualde prouocat  
urina, frangit lapidē, & prouocat etiam menstrua, & trahit secundinā & pur-  
gat mulierum foetum, & abscindit fluxum sanguinis.

## De Cicuta.

**C**icuta calida & sicca est in quarto gradu, uirtutem habet attrahēdi, dis-  
soluendi et cōsumendi, ea tamen nō utimur in interioribus medicinis,  
quia uenenosa est & in substantia & in suis qualitatibus, dissoluit enim  
tantum ut spiritus minuantur, & quorum inanitione membra mortificantur,  
uirtutem





uirtutem habet potissimam secundum radices, deinde secundum folia, ultimo secundum semina, unde semen eius quandoque ponitur in medicinis contra uitium splenis, talis fit usus: tota herba in aceto cubolo armenico per decem dies iaceat, deinde bulliant quousque resolutum fuerit armenicum, & postea coletur per pannum, illa liquorositas bulliat bene ad ignem, & addita cera & oleo fiat unguentum, quod est potissimum contra splenis duritiem, & contra dura apostemata, & contra arteticam & epilepsiam si inungatur. Contra podagram & arteticam, tutissimum remedium est. Contra iliacam passionem, stranguriam & dyssenteriam ex decoctione eius in uino forti & oleo dolentia loca cataplasmentur. Ad matricem mundificandam ex frigidis humoribus & glutinosis, & ad menstrua prouocanda fiat fomentum ex uino & aqua salsa decoctionis eius. Contra scrophulas siccas fiat usus herbarum diureticarum, postea fiat cataplasma ex duabus partibus cicutæ, & tertia scabiosæ.

## De Cataputia.



**C**ataputia calida est in tertio gradu, & humida in secundo. Sed sunt quidam esse calidam & siccam in tertio gradu. Est autem semine cuiusdam herbe simili nomine appellata, quæ remoto exteriori cortice seruat per annum, eligenda est que uiridis non perforata interius, nec liuida, sed alba, uirtute habet purgandi per superiora ex uentositate & lenitate quam habet, unde quandoque datur sanis ad conseruationem sanitatis, quandoque ægris ad egritudinem remouendam. Contra quotidianam de phlegmate falso & scabie conterat cataputia in magna quantitate, & postea caulium folijs inuoluta sub cinere ponatur, diuque dimittatur, ut bene coquatur, deinde contracta comprimatur, & oleum quod inde fluit seruetur, quod per annum seruari potest, et cum necesse fuerit detur patienti in cibus, uel aliquo alio modo, & ita possunt decipi multi, ut fiat claretum ex cataputijs bene contritis, & cum melle decoctis, deinde commisceatur uinum & fiat claretum. Et nota quod in 20. lib. uini debet esse cataputij una libra, idem in uncijs & alijs ponderibus minoribus. Item possunt poni cataputia bene contrita in iure carniū uel piscium uel aliorum ciborum, & commestum multum ualent sanis & ægris. Gerardus tamen dicit, quod cataputia est multum laxa



tum laxatiua & purgat superius & inferius laboriose, & cum angustia, unde ca-  
uendum est ne detur nisi facile uómenti, & nisi sit materia digesta, nec sunt dan-  
dæ habentibus stomachum debilem, & intestina, quoniã subuertunt ipsum, nec  
dentur nisi distemperatę, ne morã faciant in stomacho, nec est sumpto hoc me-  
dicamento dormiendum, nec quiescendum, sicut ne in cæteris uomitiuis medi-  
cinis. Et usus eorum est ut ex eis acuatur medicinæ. Item dicit, quod per se pos-  
sunt dari tritæ & distemperatę cum aqua calida uel uino, & dicit, quod purgãt  
principaliter phlegma & uiscosos humores, & maxime a stomacho & intelli-  
nis, unde prosunt cholericis, cardiacis, iliacis, arteticis, febri quotidianæ, & ex  
uitrio uel naturali phlegmate. Diosc. autem dicit, quod dantur an. ʒ. granis us-  
que ad ʒ. & quando stomachus fuerit fortis dentur integra, & si sit debilis den-  
tur contrita. Item dicit, quod si folia catapuciæ dentur cocta cum pullis, aut cū  
oleribus aut alijs cibus, laxant phlegma & choleram.

## De Cartamo.



**C** Artamus, id est, rinci matrini, est calidū  
& siccum in tertio gradu, herba est quæ  
locis marinis inuenitur, uirtutē habet ual-  
de diureticā ex substantiæ subtilitate. Cō-  
tra stranguriam, uitium lapidis & iliacam passio-  
nem, herba in multa quantitate in aqua bullita sali-  
naria, uino et oleo, & in illa aqua paties sedeat usq̃  
ad umbilicum, & si tantam quantitatem habere  
uon potest, cataplasma ponat ad loca dolētia, her-  
ba etiam commesta uel uinum decoctionis eius u-  
rinam prouocat.

## De Chelidonia.



**C** Helidonia calida & sicca est in quarto  
gradu, cuius duplex est differentia sci-  
licet indica, quę maioris est efficacitæ,  
& citrinam habet radicem, & est com-  
munis, quæ est in partibus nostris, & est mino-  
ris efficacitæ, una tamen pro altera ponitur, &  
cum in receptionibus inuenitur radix non her-  
ba debet poni, uirtutē habet dissoluendi, attra-  
hendi, & consumendi. Contra dolorem denti-  
um ex frigida causa radix inter dentes aliquan-  
tulum contrita, & allium superponatur ad ca-  
put purgandum, & uue ex frigido humore ra-  
dix in ui-

T



dix in uino decocta patienti superponatur, & patiens fumum per os recipiat,



deinde uinum gargarizet, quod uiam delicat, & caput purgat. Plinius aut dicit quod succo chelidoniae oculi hirundinū eruti uel læsi ad statum pristinum reducuntur.

De Cherefolio.

**C**heresfolium seritur mense Augusti, & est bonum per totā hyemem, & post ipsam.

De Coriandro.



**C**oriandrum est herba satis cōmunis, que calida & sicca est in secundo gradu, cuius semen in receptionibus debet poni quod per duos annos seruatur, uirtutem habet confortandi ex aromaticitate, ad digestionem confortandam, & dolorē stomachi ex uentositate, detur semen eius in cibus & uinum decoctionis eius in potu. Item puluis eius seminis super carnes aspersus eas sapidas facit. Isidorus dicit, quod eius semen in uino datus dulci reddit homines ad uenerem proniores. Sed cauendum est ne nimis detur quia amentiam parit & furorem, cuius herba cum semine est canibus uenenosa, & eos interficit,

si ab eis aliquotiens sumatur.

De consolida maiore.

**C**onsolida maior, id est symphitum, frigide & siccae complexionis est, sed proprie radix ipsius est medicinalis, uirtutem habet constringendi substantiam seu materiam grossam. Per quinque annos seruatur, puluis eius datur in cibus, ualet contra fluxum sanguinis menstruorum, & similiter fomentum ex ipsa herba factum.

De Cucumere.

**C**ucumer agrestis est herba sic uocata, ex cuius succo fit electuarium hoc modo: In canicularibus diebus colligitur fructus ipsius herbae, cū est serè maturus, & conteritur, & succus ipsius expressus soli exponitur & deficcatur, & quidam decoquunt succum cum melle serè usque ad consumptionem succi, & dant ad modū electuarij, quod satis laxat per inferiora, per duos annos potest seruari, habet autem uirtutem purgandi phlegma & uiscosos humores, secundario choleram nigram, siue melancholiam, unde ualet contra paralysim ex phlegmate uitreo uel naturali, schiaticis, arteticis, podagricis





podagricis subuenit, attrahit enim maxime à remotis partibus & purgat. Itē coctū passionibus ex phlegmate medetur, non tamē perse solum datur, purgat per os & per uētre, & usus eius quidem est ut admisceatur alijs cōfectionibus, & ex drachma medicina acuat, & qui electuariū accipit non dormiat, sed moueatur sicut qui sumpserit helleborū, quoniam solet suffocationem inducere. In iliacā passione præcedat aliquod clystere molli-tium, & postea fiat aliquod ex aqua maluarum, oleo & melle cum uncia i. eraderij, & in-  
 iiciatur, & erit contra iliacam & contra arteticam, chiragram, & podagram. Item herba ipsa si habere poterit conteratur aliquantulum, & decocta in uino & oleo dolenti superposita, strāgurię, iliacę & podagrę subuenit. Ad mēstrua prouocāda puluis electuarij conficiat cum oleo mustelino uel rosato, & bombex intinctus superponatur, & apostemata frigida maturāda electuarij uncias 5. ex farina hordei conficiantur cum uitello oui, & superponatur. Ad apostemata rumpenda sit optimum ruptoriū ex electuario & therebintina. Ad uermes auris conficiatur electuariū in quantitate granorum quinq; cum modico aceto, & modicum infundatur tepidum. Ad omnem dolorem stomachi ex frigida causa inungatur ex cōfectione electuarij & aceti. Ad lētigines faciei & ad omnes superfluitates eius remouendas, accipe cerussam & camphorā & electuarij in quantitate illorum duorum, & conficias cum aceto in modum unguenti, & pista in mortario plumbeo uel pistello plūbeo, & ponatur in uase uitreo per quindecim dies, & postea in prædicto mortario cum pistello eodem moueatur addito aceto, si durum sit, ex eo unguatur facies, omnem enim panum abstergit, & lentigines.

## De Dictamnō.



**D**ictamnus qui alio nomine dicitur fraxinella, qui frōdes habet ad modum fraxini, calida & sicca est in tertio gradu, radix eius est similis cuiusdam herbę simili nomine appellatę, quę in locis calidis, lapidosis & siccis præcipue reperitur, habet autem præcipue ipsa radix uirtutem attrahendi, cōsumendi & dissoluendi uenenum. Cōtra morsum uenenatorū animalium ipsa herba uel radix trita superponatur. Succus etiam eius cum uino detur, puluis eius cum succo mente conficiatur, & superponat & potui detur. Isidorus insuper dicit, quod est tantę uirtutis, ut ferrum à



corpore extrahat, unde & eius pabulo feræ percussæ eijciunt sagittas corpori infixas.

## De Endiuia.



**E**ndiuia (que alio nomine dicitur scario-  
la) uel lactuca agrestis, frigida & sicca est  
in secundo gradu, semina & folia com-  
petunt usui medicinæ, & folia etiam usui ciborū  
cōpetunt. Sed radix nullam habet uirtutem. Fo-  
lia uiridia maxime sunt efficacitæ, sicca nullius  
uirtutem habet confortandi & alterandi, un-  
de contra oppilationē splenis & epatis ex chor-  
lerica causa prouenienti, ualet cōtra tertianam  
duplicem & simplicem, & icteritiā & calefactio-  
nem epatis, & apostemata calida curant cōme-  
ste elixæ uel crudæ. Itē sirupus ex decoctione  
eius & saccharo ualet ad idem. Item succus eius uel sirupus cum rheubarbo  
datus in quarto uel sexto die materia existente digesta ualet. Itē cōtra dolorem  
epatis & calida apostemata ualet ipsa herba cōtrita & superposita, & ad idē ua-  
let succus appositus. Et si non habes folia coque semen herbæ tritum in aqua &  
pone super eius locum. Albertus dicit, quod aqua endiuia cum cerussa & ace-  
to est epithima mirabile ad infrigidandum quicquid infrigidari debet.

## De Enula.



**E**nula non seritur, quia semen non habet, sed  
plantatur corona eius tota, uel maior pars  
eius in terra pingui & alte fossa, & bene suba-  
cta. Calida & humida est in tertio gradu, hu-  
mida in primo. Cuius duplex est differētia, scilicet  
hortulana & campana quæ est maioris efficacitæ,  
secundum radices. Colligitur in principio æstatis,  
radix & sole siccatur ne humiditate corrumpatur.  
Radix in medicinis potest poni, per biēniū & triē-  
nium potest seruari. Item habet uirtutem leniendi  
& mundificandi, unde ualet contra neruos ex frigi-  
ditate indignatos, cōtra dolorē spiritualium ex frigi-  
dida causa detur uinum decoctionis eius, secundum istud: Enula campana red-  
dit præcordia sana. Contra dolorē stomachi ex frigida causa, & contra uentosi-  
tatem & contra tussim frigidam detur uinū decoctionis eius. Puluis cum pulue-  
re cinnamomi delicatis soluit uētositatem spiritualiū. Herba tota decocta in ui-  
no & oleo & cataplasmata dolorem spiritualium, iliacum, cholicum, & strangu-  
riam soluit. Contra frigidum asthma detur farina hordei in qua coctus sit pul-  
uis eius.



uis eius. Item nota quod inenula est uirtus rubificatiua, & abstractio ultima.

## De Epatica.



**E**patica frigida & sicca est in primo gradu. Herba est crescens in aquosis locis & præcipue lapidosis, habes folia multa terræ ac lapidibus adherentia, uirtutem habet diureticam ex subtili substantia, & in frigiditatem, unde ualet contra oppilationem epatis & splenis ex calida causa, & contra calorem epatis & ictericiam, & ideo detur epaticis. Sirupus ex aqua decoctionis eius addito rheubarbaro in fine decoctionis, optimus est contra ictericiam.

## De Eruca.



**E**ruca calida est & sicca in quarto gradu, domestica maioris efficacitæ quam syluestris. Semina præcipue competunt medicinæ, secundo folia, uirtutem habet consumendi, & coitum incitandi, decocta cum carnibus ualet ad coitum incitandum, stranguriam & dysenteriam soluit & paralytim. Item in uino decocta & renibus cataplasmata libidinem incitat, pectini supposita urinam prouocat. Semen eruce & maxime syluestris facit uirge erectionem.

## De Ebulo.



**E**bulus est calidus & siccus in tertio gradu, cortices radicum & turiones præcipue competunt medicinæ. Cortices radicum in uere colliguntur, & siccantur ad solem, per annum seruantur, habent autem uirtutem dissoluendi & consumendi & purgandi phlegma, & uiscosos humores. Succus eius purgat attrahendo superius & inferius angustiose, unde non debet dari nisi digesta materia & corpore fluxui preparato, ut in alijs uomitiuis medicinis. Valet febri quotidiane diurne, tertiane ex cholera citrina & uitellina, item epatis oppilationis

& ictericiæ & colicæ & iliace & aquam leucophlegmaticorum educit. Vtus eius est ut detur succus eius per se uel in eius decoctione distemperetur alia medicina, uel addat sirupus uel oxymelli laxatiuis, uel coquatur cum melle ad consumptionem



sumptionē succi. Contra tremorū extremitatū, & arteticā, & leucoplegmaticā  
fiat balneū ex aqua salsa decoctionis radicū eius, & turionū uel totius herbæ.

De Foeniculo.



**F**oeniculus seritur mense Decēbri, Ianua-  
rio, Februario & Martio, & toto tempo-  
re transplantatur. Calidus & siccus est in  
secundo gradu, uirtutem habet diureti-  
cam extenuādi grossam uētositatem. Comestū  
post prandiū cōfert acidis eructuationibus, que  
fiunt ex indigestione, & hoc facit ex subtili sub-  
stantia & qualitatibus suis. Semē eius, folia & flo-  
res & cortices radicū usui medicinæ cōpetunt.  
Semen colligitur in principio autumnī, & serua-  
tur per tres annos. Cortices radicū colligun-  
tur in principio ueris, & seruantur per medium annum.

Contra oppilationē e-  
patis, splenis, stranguriā, dysenteriā, & uitium lapidis ex frigida causa detur ex  
aqua decoctionis eius. Item fœniculus coctus & commestus ualet contra præ-  
dicta. Item eadem aqua uel uinum soluit dolorem stomachi ex frigiditate uel  
uentositate, & digestionem confortat, idem facit puluis seminis eius. Contra  
panum oculorū & pruritus succus radicū eius fœniculi in uase æneo per quin-  
decim dies ad solē ponatur, & more collyrii oculis apponatur. Contra pruritiū  
oculorum certum est experimentum, conficiatur aloë optima cum succo fœ-  
niculi, & ponatur in uase æneo ad solem per quindecim dies, deinde ponatur in  
oculis more collyrii.

De Flamula.

**F**lamula est calida & sicca in quarto gradu, flamula quia uirtutem habet  
incensiuam, est autem similis uidallæ in folijs & floribus, sed habet flores  
concauos, uiridis multa est efficacitæ, sed ex siccitate nullius uel modicæ.  
Ad cauterium siue ignem faciēdum conteratur flamula & super locum  
ponatur & dimittatur per diem, & postea inuenitur cutis combusta. Ad aposte-  
ma rumpenda quando uersum est ad saniem, & caput est durum, conteratur  
cum oleo, & supponatur oleum, ponitur ad relaxationem ne flamula nimis  
exiccet.

De Fumo terræ.


**F**umus terræ est herba nota, sic dicta, quia generaliter à quodam grossa  
fumositate terræ calidum est in primo gradu, sicca in secundo, uiridis &  
sicca à quadam magna efficacitæ. Principaliter purgat melancholiam, se-  
cundo phlegma salsum & choleram adustam, & est diuretica, contra sca-  
biem uncias duas succi eius additio saccharo, fiat sirupus, & cū aqua calida de-  
tur, ut addantur semina fœniculi. Item fiat hoc unguentum cum oleo nucum, &  
ponatur





panatur puluis fuliginis subtilis, & conficiatur addito aceto & succo fumiterræ in maiori quãtitate quã de alijs, & ungetur patiens in balneo, optimũ est. Et nota quod si succus eius detur ter in septimana, ut diximus, optime purgat humores inducentes scabiem. Item herba fumiterræ in uino cocta & posita super locum podagricum multum ualet.

## De Fungo.



**F**Vngi quidam sunt boni, quidã mortiferi, boni sunt parui, rotundi, ad modum pilei, qui in principio Veris apparent, & in Maio deficiunt, nũquam enim isti tales aliquem interfecerunt, aut multũ læserunt subito, sed tamen omnes malum generant nutrimentum. Mortiferi aut sunt qui nascuntur iuxta ferrũ æruginosum. Alij autem sunt mortiferi licet non statim interficiãt, scilicet illi qui nascuntur iuxta alias res putridas, aut iuxta habitationẽ alicuius

reptilis uenenosi, aut iuxta quasdam speciales arbores, quę in proprietate habent fungos corrumpere, sicut oliua est. Signum autem mortiferi est, quod in superficie eius quãdã humiditas uiscosa & corrupta est, & quod cito alterat & corrumpitur, inter manus colligentium fungos. In nostris autem habitationibus inuenitur fungus qui latus est, & spissus aliquod ruboris habens in superficie & in illo rubore habet multas ampullas eleuatas, quarum quãdam sunt fractæ, & quãdam non, nam & ille mortalis est, & statim interficiens, & uocatur fungus muscarum, eo quod in lacte puluerizatus interficit muscas.

## De Fœnugræco.

**F**Oenum græcum calidum est & siccum, substantiam habet conglutinofam, unde uirtutem habet maturandi & laxandi. Ad apostemata exterius maturandum farina fœnugræci cum uitello oui conficiatur, & superponatur, maturat enim & extenuat. Ad maturandum & rumpendũ conficiatur cum terebinthina, & superponatur. Herba etiã cocta in oleo superponat ad maturandum. Ad apostema spiritaliũ farina fœnugræci in saculo posita & decocta in aqua cum malua uisco ponatur desuper. Ad apostema stomachi & intestinorũ ex farina fœnugræci & aqua prædicta fiant pulues & superponatur.

## De Gabusia.

**G**abusia sunt de natura caulium & habent formam cauliũ, donec clausa fuerint, sed postquam clausi sunt folia ipsorum fiunt quasi alba & grossa, sicut tunicæ ceparum, aërem desiderant frigidum, nam in aëre calido



uel temperato non clauduntur, sed aperta remanent sicut caules, terram uero desiderant qualem caules, ex eis fiunt composita sicut ex rapis. Item seminantur ut caules.

## De Gramine.

**G**Raminis uirtus est stiptica, & uulnerum conglutinatiua, uentris cōstri-  
ctiua, uulnerum, renum & uesicæ sanatiua, & doloris splenis mitigati-  
ua, & eius succus potui datus sua proprietate lumbricos occidit, hanc  
herbam noscunt canes & eam comedunt quando se purgare uolunt,  
ut Plinius ait.

## De Gralega.

**G**Ralega dicitur impinguare terrā si uiridis uertatur in eā. Item dicitur quod  
eius semen mirabiliter facit ouare gallinas.

## De Gentiana.



**G**entiana est radix cuiusdam herbæ simili  
nomine appellatæ, cuius sola radix est  
medicinalis. In fine ueris colligitur, & ex-  
iccata per tres annos seruatur. Nascitur  
autem frequentius in mōtibus & in locis umbro-  
sis & humidis, calida & sicca est in primo gradu,  
uirtutem habet dissoluendi, consumendi & aperi-  
endi. Vnde diuretica est cōtra antiquum asthma,  
detur puluis eius cum uino addita aqua hordei,  
succus radice eius abstergit morpheam, & sanat  
plagas & ulcera corrosiua. Bibita etiam multū

iuuat eum qui cecidit ex alto & collisus est, & ultima medicina est contra mor-  
sum scorpionis, serpentium & uermium uenenatorum, ac canis rabidi, si bibun-  
tur ex ea cum uino due uncie.

## De Gariophylata.



**G**ariophylata similis est nouellis folijs rur-  
bi, seu flaponibus, & eius redolēt folia, ca-  
lida & sicca est in tertio gradu. Recēs ma-  
ioris est efficacitæ quàm exiccata, & serua-  
tur per annum, uirtutem habet dissoluendi, consu-  
mendi & aperiendi, & dicitur gariophylata quia  
odorem habet similem gariophylis secundum sa-  
porem uel effectum. Cōtra cardiacam passionem  
in aqua marina & oleo cocta parti anteriori & po-  
steriori superponat. Ad digestionem cōfortandā,  
& dolorem stomachi & intestinorū ex frigiditate  
uel uentositate detur uinum decoctionis eius.

## De Humu-



## De Humulo.



**H**umulus, id est, lupulus & liatigo, flos eius propter siccitatē suā cōseruatur per longitudinem maximā temporis in uirtute sua, ita uulgaris opinio est quod nunquam putrescit, & est acuti odoris & fortis, & est calidum & siccum, dissolutius uiscositatū & incisius, & conseruat à putredine liquores quibus admiscetur.

## De Hyoscyamō.



**H**ioscyamus est frigidus in tertio gradu, semen eius est cuiusdam herbæ quæ cassilago uocatur siue dens caballinus. Semen autem triplex est diuersitas, est enim albū, rubeum & nigrum. Album & rubeum competunt medicinæ, nigrum uero mortale est. Nota quod si hyoscyamus debet recipi per os interius, ponendū est semen, si exterius herba: & semen maioris est efficacitæ, uirtutem habet somniferam, constringendi & mortificandi. Ad somnum prouocandum in acuta ægritudine fiat fomentum ex aqua decoctionis eius herbæ circa frontem & tempora, & pedes, fiat etiam ablutio, postea fiat hoc emplastrum, puluis seminis subtilis cum albumine oui & lacte mulie-

ris puellam nutrientis & modico aceto, & fronti & temporibus apponatur. Itē ad lachrymas constringendas fiat idem emplastrum ex ipsa. Contra dissenteriam fiat emplastrum ex ipsa herba & superponatur, dolorem eius tollit. Cōtra dolorem dentium semina super carbones ponantur, & patiens fumum per os accipiat & teneat super aquam, & apparebunt quasi uermes supernatantes. Semen superpositum denti & in causa calida dolorem tollit, & nota quod per decem annos seruatur.

## De Hyssopo.

**H**yssopus est calidus & siccus in tertio gradu. Habet uirtutem secundum folia & flores, non secundū radices, diuretica est dissoluendi, cōsumendi & attrahendi. Cōtra frigidā tussim ualet uinum decoctionis eius & ficuum siccarū. Item uinū decoctionis eius & seminis fœniculi, dolorē stomachi & intestinorum tollit; fomentum factum ex aqua decoctionis eius ma-

tricem





tricem, a superfluitatibus mūdificat, & abstergit. Idem faciunt suppositorium ex puluere eius & oleo mustelino. Puluis eius uel ipsa herba in testa calefacta & superposita capiti per se uel in sacco ualeat contra frigidum catarrhum, & casum uuae. Contra uuam fit gargarismus ex aceto decoctionis eius. Item ipsa herba in uino decocta & cataplasmata tollit dolorem ex uentositate.

## De Irucnijs.



**I**runcij & saluida uel saliuca eadē est herba, multum spinosa, de quorum radicibus fit cincibarum, hoc modo: in duabus libris mellis, & una irunciorum mundatorum ponantur piperis libra uel dimidia & duę zinziberis uel medietas piperis tantū, hoc modo lauentur iruncij & abijciat lignum deinde minutatim incidantur, & posito melle ad ignem, & optime despumato ponantur in eo iruncij & zinziber siue piper, & usque ad spissitudinem congruam bulliat. Et si in fine decoctionis addatur puluis seminis eruce & pinei erit optimum ad coitum & mēbri erectionē.

## De Aro.



**A**rus qui alio nomine dicitur barba Iouis, & liās barbaron uel pes uituli, calida & sicca est in secundo gradu. In locis siccis & humidis montuosis & planis inuenitur, in hyeme & estate magnam habet efficaciam secundum folia, maiorem secundum radices, maximam secundū quosdam tuberositates quę colliguntur, scindunt & desiccantur, uirtutem habet dissoluendi, relaxandi & extenuandi. Contra tumorem aurium herba ipsa cum tuberositatibus decoquatur in uino & oleo, addito cymino, & fiat emplastrum, auribus superponatur. Cōtra frigida apostemata ipsa herba tota cū

tuberositate & axungia ursina terat, & postmodū in testa calefacta superponat. Contra scrophulas nouellas herba ipsa cum axungia ueteri & scylla uel axungia ursina si potest haberi teratur, & superponatur & liberabitur, si recentes fuerint.



tes fuerint. Ad faciem depurandam, & cutim subtiliãdam ex tuberositatibus de-  
siccatis fiat puluis subtilis & cum aqua rosata conficiatur, & ponatur ad solem  
donec aqua consumatur, & ita fiat ter uel quater uel amplius ex illo puluere so-  
lo, uel cum aqua rosata, puluis eius carnem superfluam corrodit.

## De Iride.



**I**RIS siue gladiolus, cuius folia sunt similia ensi, cum  
floribus purpureis uel albis. Nã iris purpuream  
habet florem, aut album, & sunt eiusdem uirtu-  
tis, radice tãtum utimur in medicinis, in fine ueris col-  
ligitur & siccatur, per duos annos seruatur, calida &  
sicca est in secundo gradu, uirtutem habet diureticã,  
unde dissoluit & aperit. Contra uitium spiritualium,  
& contra oppilationem splenis, epatis, renum ac uesi-  
cæ, & dolorem ex uentositate uinum decoctionis i-  
reos iuuat. Puluis eius leuiter superfluam carnem  
corrodit. Ad panum oculorum fiat colly-  
rium ex puluere eius, & a-  
qua rosata.

## De Liquiritia.



**L**iquiritia est radix cuiusdã herbe, quæ  
desiderat terram bene solutam, & præ-  
cipue sabulum, ut in eo facile multas  
& longas producat radices, quæ si plantatur  
faciliter comprehendit, & circa se multũ pul-  
lulat, & forte si hasta eius adhuc tenera flecta-  
tur ad terram & operiatur conuertetur in ra-  
dicem, sicut accidit in mēta, ruta & gramine,  
calida & humida est temperate. Eligenda est  
non nimis grossa, nec multum tenuis, interi-  
us crocea, non puluerizabilis, nigra uero & al-  
ba est abiicienda, succus eiusdem est efficacit̃

& etiam fortioris, qui hoc modo fit: Cum uiridis est bene conteratur, & in aqua  
bulliat & decoquatur usque ad consumptionem ferè, postea exprimatur, ualet  
contra omnia uitia pectoris. Decoctio eius ualet contra tussim, & ad idem ua-  
let electuarium confectum ex succo liquiritiæ & melle. Item liquiritia masti-  
cata & sub lingua retenta, sitim & asperitatem linguæ  
& gutturis mitigat.

## De Lingua



## De Lingua arietis.



Lingua arietis (quæ plantago uocatur) frigida & sicca est, folia eius sicca consolidant optime uulnera & ulcera, & ad hoc nihil est melius ea, ut dicit Dioscor. Et mirabile uidetur, quod si bibatur succus trium radicum eius, tribus uncijis uini aliquando curat tertianam. Et quatuor radicum succus cum quatuor uncijis uini bibatur, aliquando curat quartanam. Item dicit Dioscor. quod sanat uulnera canis rabidi. Hydropicos iuuat, ueneno repugnat, eius succus lumbricos necat, & uehementer eius solutionem uentris mitigat, menstrua constringit, & tumores apostematum in principio repercutit, & dissipat, gingiuas tumidas & sanguineas reprimit, & sanat.

## De Lilio.



Lilium plantat mense Octobri, Septembri, Nouembri in terra pingui & bene subacta. Nam accipiuntur spici siue bulbi eius uirides, uel sicci ponuntur per unam spannam, uel unum pedem, quod est melius, separati sicut sit de alijs. Item dicit Aristot. quod si hasta lilij quando nondum apertum est, semina siue flos eius flectat in terram, ita quod cepa non radiceatur & cooperiatur terra, infra paucos dies emittit in qualibet nodo hastæ cepam paruulam sicut sunt bulli eius. Calidum & humidum est. Aliud est domesticum, aliud syluestre. Sed syluestre aliud gerit florē purpureum, quod efficacius est, aliud croceum habet colorem. Domesticum autem cum axungia ueteri tritum uel cum oleo coctum & superpositum frigidum apostema maturat. Contra splenis duritiem radix lilij in multa quantitate cum branca ursina & radice misce, ponatur in uino & oleo per decem dies, & postea coletur & colatura addita cera & oleo, & fiat unguentum. Ad faciem colorandum accipe tuberositates radice lilij agrestis & sicca, & puluerem inde fac & distempera cum aqua rosacea, & desiccerur, quo facto ter uel quater illum puluerem solum & cū aqua rosacea confectum ducas super faciem. Item abluendo mundabit faciem & renouabit contractionem rugarum, item folia eius si trita cum oleo apponantur, quia uirtus eius mitigatiua est. Item educit purgationem menstrualem, quia est aperitiua ex uentositate, & est tumoris repressiua. Et ideo ualet contra apostemata ex uentositate, si radix eius trita cum oleo sepi-



oleo sæpius apponatur. Plinius dicit, quod cepæ cum uino decoctæ & oleo admixto clauos pedum & nodos soluunt, pilosq; locis adustis reddunt, in uino etiã coctæ addito melle uenis præcisus subueniunt, folia ipsius cocta in uino uulnera sanant. Ex floribus eius fit oleum & aqua sicut ex rosis, & sunt uere eiusdẽ uirtutis cum oleo & aqua rosata.

## De Lingua auis.

**L**ingua auis calida & sicca est in primo gradu, folia habet parua & acuta linguæ auis similia. Viridis multæ est efficacitẽ, exiccata nullius. Virtutem habet incitandilibidinem, & humectandi. Herba ista cum carnibus cocta, uel oleo cocta, uel sanguine, libidinem incitat, ualet etiam de cocta, addito saccharo, consumptis. Cõtra siccitatem pectoris detur aqua decoctionis ipsius & addito tragacantho magis ualet.

## De Lapathõ.

**L**apathum calidũ & siccum est in tertio gradu uel in secundo secundum Auicem. Est autem triplex lapathum scilicet acutum acuta habes folia, uirtutẽ habet dissoluendi & relaxandi, aperiendi & extenuandi. Contra scabiem succus lapathi acuti & oleum mustellinum & pix liquida simul bulliant, postea coletur & colaturæ addatur puluis tartari & fuliginis, & fiat unguentum quod satis competens est scabiosis. Auicenna dicit, quod radix eius cum aceto cocta confert scabiei ulcerosę, et impetigini, et eius



decoctio cũ aqua calida pruritu. Et similiter ipsa met in balneo est optima. Contra impetiginem & serpiginem fiat decoctio succi lapathi & ex puluere auripigmenti. Ad apostemata maturandum lapathum rotundum tritum & in oleo decoctum uel cum axungia superponatur ad rumpendum, eodem modo superponatur acutum. Contra stranguriam & dysenteriam fiat decoctio lapathi in uino & oleo & pectini superponatur, urinam prouocat in multa quãtitate. Aqua uel uinum decoctionis eius soluit oppilationẽ splenis & epatis. Contra scrophulas nouellas fiat emplastrum ex lapatho acuto & axungia simul tritis. Contra lumbricos ualet succus eius datus cum melle. Contra phlegma abundans in cerebro succus eius cum succo rutæ in modica quantitate naribus iniiciatur in aere calido uel balneo. Item lapathum crudum uel coctum commestum ualet scabiosis.

## De Lactuca.

**L**actuca seri & transplantari potest serẽ toto tempore anni in terra pingui bene subacta per se mixtũ cum alijs herbis, & quę sata fuerit in autumno,

V





tumno, utiliter plantat mēse Decēbri, circa are-  
 as aliarū herbarū que tūc serunt. Ipsa enim non  
 timet gelu, sed roboratur ex eo, & erit bona post  
 hyemem cū alijs herbis, quousq; semen produ-  
 cet. Sed quæ de natura paruarum non transplan-  
 tantur. Quæ uero sunt ex magnis quæ Romang  
 dicuntur, quæ habent alba semina transplantari  
 debent, ut crescant & dulcedinem habeant, mul-  
 tum iuuantur irrigatione tempore siccitatis. La-  
 ctuca frigida est & humida tēperate. Alij dicūt  
 quod est calida & humida temperate, & ideo est  
 melior cæteris herbis, & temperatissima respectu aliarum herbarum, sangui-  
 nem generat & lac, & urinam prouocat & choleram extinguit, sanguinis ebul-  
 tionem refrigerat, & somnum inducit. Item ualet contra calida apostema-  
 ta, capitis dolorem de cholera rubea, sanguinem factum amputat cataplasma-  
 ta. Sed cocta plus quam cruda fit esui conueniens, quia eius lac calore ignis mi-  
 nuatur, per quod fit somnum inducens, unde fit aperitiua. Sanguinem tamen  
 pessimum generat, idcirco ea assuescentibus fit nociua, quia tenebrositatem o-  
 culis facit, & spermatis materiam corrumpit. Sed cum est adhuc tenera ualet  
 multum in febribus elixata uel cruda in aceto cocta, addito croco, soluit oppila-  
 tionem splenis & epatis. Ad prouocandum somnum semen conficiatur cum la-  
 cte mulieris puellam nutriens & cum albumine oui, & fiat emplastrum super  
 tempora. Item puluis seminis eius cum lacte somnum prouocat. Idem facit se-  
 bricitantibus datus cum aqua calida. Contra calidum apostema cōficiatur cum  
 oleo rosato & superponatur & destruunt ipsum. Item cataplasma frondiū ipsi-  
 us habentibus crispilam subuenit. Item semen eius datum in potu sæpe polluti-  
 onem patienti celeriter succurrit. Item est quædam species lactucæ agrestis  
 quæ lōgiora & strictiora habet folia, subtiliora & asperiora & nimis uiridia, hæc  
 est amara & est maioris caliditatis & siccitatis quam domestica. Item dicit Plini-  
 us, quod est quædam species lactucæ sponte nascentis quam caprinam uocant,  
 quæ proiecta in mari protinus necantur pisces, qui sunt in circuitu uicini. Item  
 est alia species lactucæ quæ nascitur in aruis, cuius folia trita cum polenta conse-  
 runt uisceribus, & hæc *αγρία θηρία* grecis uocat. Item est alia species que cre-  
 scit in syluis quam uocant uulgo scaricion cuius folia trita cum polenta uulneri-  
 bus prosunt, sanguinem stringunt, & putrescentia uulnera sanant. Et est alia spe-  
 cies lactucæ habens rotunda folia & breuia, quam multietiam uocant uulgo a-  
 criam, cuius succum accipitres scalpando terram herbam extrahunt, & intin-  
 gentes oculos, discutunt obscuritatem, & caliginem cum senescūt. Cuius her-  
 bę succus sanat omnia uitia oculorum, & maxime quando ei lac mulierū admi-  
 scetur. Serpentem moribus & scorpionum ictibus medetur. Si succus eius cum  
 uino



wino potetur & folia trita super uulnus emplastrentur, omnem enim inflationem discutit & compescit.

## De Lentisco.



**L**entiscus calidæ & sicce complexionis est, uirtutem habet cōstringendi & consolidandi. Contra fluxum menstruorum & dissenteriam & uomitum ex debilitate uirtutis contentiæ, fasciculi parui facti cum folijs decoquantur in aceto, & pectini & renibus cataplasma factum superponatur. Cōtra uomitum super furculam pectoris. Alius usus contra prædictas teneritates, lentisci bulliant usque

ad aceti consumptionem, deinde siccetur, & fiat inde puluis, & detur in cibis & potibus. Contra ulcerationem uirgæ puluis factus ex folijs eius super testam calidam desiccatis & puluerizatis ulcera consolidat & sanguinem consumit, sed non debet poni nisi quando est sanies. Cōtra ulcerationem oris linguæ & labiorum in febre acuta, fiat decoctio eius foliorum in aceto, & patiens læpe gargarizet.

## De Laureola.



**L**aureola est herba multum laxatiua, calida & sicca est in secundo gradu. Cuius fructus siue semen eius est rotūdum, sub ruffum ad quantitatem piperis, quod est adhuc magis laxatiuū quàm laureola, & tamen ipsa herba multum est laxatiua, & purgat multum phlegma & uiscosos humores, principaliter à remotis partibus & iuncturis membrorum, secundo melancholicam, unde ualet ischiaticis, arteticis & podagricis. Item contra apoplexiam & paralytim. Vsus enim eius est cum alijs medicinis in oxymelle & similibus, datur etiam in apo-

zematibus, per se non datur, quoniam habet naturam ulcerandi intestina, ex nimio suo acumine. Si tamen ea per se uti uolumus decoctionem eius damus, addito gummi arabico, & mastiche, ut malitia eius exprimatur, non autem eis est danda nisi eis qui difficiles sunt ad soluendum, & carnosum uentrem & intestina habentibus, eiusdem uirtutis est semen eius.

## De Lappa.

**L**appa est herba quæ habet in summitatibus capitella uestibus ualde adherentia, Lappæ multæ sunt species omnes medicinales. Nam Plinius

V 2 dicit,





dicit, quod ictibus scorpionum medentur, nec ferit  
hominem, si inunctus fuerit succo eius. Decoctione radi-  
cis eius confirmat dentes, si tepida in ore teneatur. Se-  
men eius multa uitia stomachi curat, reijciētibz san-  
guinem prodest, dyssenteriae subuenit. Nam  
radix cum uino sistit, & folia adie-  
cto sale soluunt.

## De Liuistico.

**L**iuisticum est calida & sicca in secundo gradu.  
Semen non herba uel radix in medicinis po-  
natur, uirtutem habet diureticam aperiendi, &  
extenuandi, unde uinum decoctionis eius con-  
tra oppilationem splenis & epatis ualet, contra  
dolorem stomachi, & intestinorum ex uetustate  
prouenientem aqua decoctionis eius ualet.  
Puluis etiam eius cum puluere cymini  
datus ad praedicta ualet.



## De Melonibus.

**M**elones desiderant talem terram & ae-  
rem qualem citrulli, sed minus pingue  
& stercoreatam, ut saporiosiores & lo-  
lidiores fiant, & citius maturentur, &  
eodem modo & tempore plantari debent, & cu-  
nati sunt irrigari non audēt. Ex his quidem sunt  
longi qui comeduntur maturi, scilicet cum inci-  
piunt redolere & crocei fieri. Ex quibus grossi  
qui habent semina ualde parua sunt caeteris me-  
lonum generibus meliores. Alij uero sunt sub-  
tiles, uirides ualde longi, & quasi omnes curua-  
ti, & uocantur melanguli, qui comedunt acerbi  
sicut citrulli, & sunt eiusdem saporis, sed sunt mi-  
nus frigidi magisque digestibilis, & ideo meliores  
citrullis esse dicuntur. Melones sunt frigidi & hu-  
midi in secundo gradu, & qui dulces sunt tem-  
perate & frigidi. Auicēna dicit, quod radix me-  
lonis eodem modo est uomitiua, quo dictū est de radice citrulli, & cucumeris.  
Oportet autē utentē melonibus, ut melo precedat aliquod aliud cibariū, ne nau-  
seam facit. Sed Isaac dicit, quod eo comesto oportet aliquantulū expectare, do-  
nec sit





nec sit digestum, antequam alius sumatur cibus. Item dicit Auicenna, quod melo est tarde digestionis, nisi quando comeditur cum eo quod est interius eius, & ipsius nutrimentum est, & humor eius est conuenientior quam citrulli & cucumeres. Sed cum melo corrumpitur in stomacho conuertitur ad naturam uenenosam, oportet ergo ut cum grauat extrahatur uelociter. Et de his que iuuant post eorum commestionem in choleris sunt exicara, marathrum, mastiche. Phlegmatici uero accipiant oxymel, zingiber conditum aut zingiber solum, aut diacyminum & purum uinum bibant. Semen autem melonum mundatum urinam prouocat, renes & uesicam mundificat ab arenis & lapidibus.

## De Meliloto.



**M**elilotum calidum & siccum est in primo gradu, herba est cuius semine simili nomen appellatur, & dicitur etiam corona regis, quia formatur ad modum semicirculi. Semen cum ipsis corticibus in medicinis ponitur, quia admodum paruum est & coherens, quod uix separari potest. Virtutem habet confortandi ex aromaticitate, & diureticam ex subtili substantia, uinum decoctionis eius digestionem confortat, uentositatem excludit, oppilationem ue-

sicæ & renum aperit. Semen eius in brodio & cibus positum eos boni saporis & odoriferos facit.

## De Mercuriali.

**M**ercurialis frigida & humida est in primo gradu. Viscosam habet substantiam, unde lenificando educit choleram ab epate, stomacho & intestinis. Datur autem succus eius cum saccharo non coctus, quia uim laxandi amittit ex parte si coquatur.

## De Malua.

**M**alua frigida & humida est in secundo gradu. Cuius duplex est differentia, scilicet domestica que subtiliorem & frigidorem habet humiditatem, & syluestris que dicitur uulgo malua uiscus & bismalua crescens altius, que minus est frigida, & habet substantiam uiscosam. Contra calidum apostema in principio folia malue terantur, & superponantur ad maturandum, & terantur cum axungia porcina recenti, & super tegula calefacta ponantur, hoc etiam ualet contra duritiem splenis & epa-





tis. Fomentum ex aqua decoctionis circa pedes ad prouocandum somnū in acutis febribus multum ualet. Malua cocta & comesta uentrem soluit, ualet etiam in febribus propter constipationē uentris, ex qua etiam aqua cōpetens fiat elytere, malua uiscus plus mollificat & maturat, secūndum folia sua, & magis radix cum axungia trita aliquantulū calefacta apostematata maturat superposita, & duritiem mollificat. Herba etiam cocta cum radice usq; ad consumptionem aquae apparebit quēdam uiscositas, quae superposita apostematibus ipsa maturat, & duritiem remollit & relaxat, & ex aqua addita cera & oleo fit unguentum cōpetens ad praedicta. Aqua decoctionis seminis eius & maluae ualet contra tussim siccam, confert etiam hecticis. Semina etiam facellata in oleo decocta duritiem soluit & mundificat. Isidorus & Plinius praeterea dicunt, quod si aliquis se inunxerit succo maluae admixto cum oleo puncturis apum laedi non poterit, nec parietur in membris inunctis puncturam, neq; morsum scorpionum nec aranearum.

## De Menta.



**M**enta est calida & sicca in secundo gradu, cuius tres sunt species, est enim quēdā domestica, quae proprie hortulana dicitur, & haec mediocriter calefacit, & cōfortat, & alia est syluestris quae mētastrum dicitur &



magis calefacit. Et est menta quae longiora, latiora, acutiora habet folia, & haec menta romana uel sarracena uocatur, uulgariter herba sanctae Mariae dicitur, & haec magis diuretica est quam alia. Menta domestica est herba facile se multiplicans, & cito de terra pullulans, & ascendens & cum hastula in terram reflexa, & si humo tecta fuerit conuertitur in radicem, & cito ex se nouam producit prolem. Haec esui magis quam medicinae competit, & uiridis & exiccata magna efficacitiae est, debet autem siccari in loco umbroso, & per annum in multa efficacitiae seruantur. Virtutem habet dissoluendi ex proprijs qualitibus, & confortandi ex aromaticitate. Contra foetorem oris & putredinem gingiuarum & dentiū abluatur os & gingiuae ex aceto decoctionis eius mentae hortulanae, deinde fricentur ex puluere mentae siccae uel cum menta sicca. Ad appetitum confortandum, quando impeditur ex frigidis humoribus in ore stomachi existentibus, fiat salamentum ex aceto & menta, & modico cinamomo seu etiam



seu etiam pipere. Contra uomitum ex debilitate uirtutis contentiuæ factum uel ex frigida causa, fiat decoctio mentę in aqua salsamentiuæ & aceto, & spongia intincta ori stomachi superponatur, & etiam ipsam mentam coctam patiens comedat. Contra sincopim ex debilitate ex febre uel sine febre, siue ex materia siue ex quacunque causa conteratur menta, cum aceto & modico uino, si sit sine febre, si cum febre solo aceto, & in eo pone panem assum, & aliquantulum dimittatur ut humectet & applicetur naribus, & ex eo fricentur labia, dentes, gingiuæ & tempora, & ligetur super uenas pulsatiles temporum, & brachiorum, patiens etiam mastice & humositate trāsglutiet. Contra coagulationem lactis facisculi coquantur in uino & oleo, & mammillis cataplasmentur. Et nota cum aliqua medicina datur contra uenenū, debet dari cum succo mentæ, uel cum uino decoctionis eius, si non habeas succum. Contra uenenum solus succus mentæ romanæ uel uinum decoctionis uel succus cum melle commixtus ualet. Item ualet contra oppilationem splenis & epatis & uiarum urinalium ex frigido humore, & ex calido siue febre. Succus etiam datus cum melle lumbricos interficit, auribus instillatus uermes necat decocta in uino & oleo. Herba ipsa & cataplasmata soluit duritiem apostematum frigidorum. Mentastrum & carice & saluia decoquant in uino, & detur patienti, contra frigidam tussim uinum decoctionis ipsorum. Item eius somētum infrigidatam matricem calefacit & mundificat. Sacellatio facta ex puluere eius frigidum rheuma capitis constringit. Et nota quod menta romana pro hortulana poni potest,

## De Mandragora.

**M**Andragora frigida & sicca est, scilicet eius excessus non determinatur ab autoribus. Cuius duæ sunt species scilicet masculus & femina, & utraque indifferenter utimur, & quidem ut Auicenna & alij dicunt sceminam esse formatam ad modum sceminæ, & masculum ad modum uiri, quod falsum est, sed masculus habet folia longiora, scemina uero latiora. Quidam tamen operantur tales incisiones, ut decipiant mulieres. Radicum autem cortices competunt principaliter usui medicinæ, secundo poma, tertio folia. Cortex radice collectus per quatuor annos seruetur in magna efficatia, uirtutem habet constringendi, infrigidandi, somnum inducendi in acutis febribus. Ad somni prouocationem peluis corticis eius conficiatur cum lacte mulieris puellam nutrientis, & albumine oui & superponatur fronti & temporibus. Contra dolorē capitis ex caliditate folia ipsius trita super tempora ponant, inungatur etiā oleo mādragorato, quod sic fit: poma mādragore trita in oleo communi diu macerentur, postea fiat aliquantulū decoctio, & coletur, & illud postea erit oleum mandragoratum, quod ualet ad somnū prouocandum & dolorem capitis ex caliditate, si frons & tempora inungatur,

V S & calorem



& calorem febrilem reprimat. Item ipsius oleum repercutit materiam apostematam calidiorum in principio, fructus etiam uel folia cataplasmentur supra, uel saltem puluis eius cum succo alicuius herbae. Contra fluxum uentris ex impetu cholerae ex praedicto oleo uenter & tota spina ungetur & injiciatur modicum cum aliquo leui clistere. Auicenna dicit, quod maculae fricatae cum folijs eius de lent lentiginibus. Item statim facit somnum, & posita in uino inebriat uehementius. Cura eorum & omnium nocuamentorum mandragore est cum butyro, melle & uomitu. Item nota quod publice praedicatur mandragoram habere uirtutem impregnandi mulieres steriles, si ex ea comedant, quod uerum non est, nisi forsitan comedant cum sterilitas esset ex superflua matricis caliditate, tunc enim reduceretur ad temperamentum matrix, ut semen uiri non aduratur in ea.

## De Meu.



**M**eu calidum & siccum est in secundo gradu, herba est cuius semen simili nomine appellatur, quae praecipue medicinae competit, per duos annos potest seruari, uirtutem habet diureticam ex subtili substantia sua, uinum uel aqua decoctionis eius ualet contra oppilationem splenis & epatis ex frigida causa, & stranguriam dissoluit, aqua uero competentius potest dari in esca iuuenibus, uinum in hyeme senibus. Puluis meu cum semine foeniculi in cibo uel potu datus uet

tositatem intestinorum & stomachi excludit, & digestionem confortat.

## De Marrubio.



**M**arrubiū calida et sicca est in tertio gradu, quae alio nomine dicitur uulgariter prasium, folia eius praecipue competunt medicinae, secundo cortices & radices. Herba suspensa in umbroso loco per annum seruetur, uirtutem habet consumendi & dissoluedi ex qualitatibus, dissoluedi & aperiendi ex amaritudine. Contra uitium pectoris scilicet asthma ex frigido & uiscoso humore detur diaprasium, uel fiat electuarium ex una parte sua, & quinta mellis dispumati, & fiat decoctio aliquantula usque ad spissitudinem, & postea ponatur puluis dragachati & gummi arabici & liquiritiae, quod erit optimum contra uitium pectoris, uel saltem puluis eius conficiatur



ficiatur cum melle dispumato, addito puluere liquiritiæ. Contra tussim ualet decoctio eius & ficuum siccarum. Contra stranguriam & dyssenteriam detur uinum decoctionis eius, & ficuum siccarum, fiat etiã emplastrum ex ipsa herba cocta in uino & oleo supra renes & pectinem. Item ualet contra colicã ex frigida causa. Contra hæmorrhoides inflatas & influentes fiat eucarisma ex aqua salsa & uino decoctionis eius, & postea suppositorium ex puluere eius cõfecto cum melle, uel fiat decoctio pulueris uel succi eius cum oleo mustelino & bombix superponatur. Contra lumbricos detur puluis eius confectus cum melle. Contra uermes aurium succus eius auribus iniiciatur. Contra splenis uitium cortices radicum cum ipsa herba macerentur 15. dies in uino & oleo, postmodum fiat decoctio & colet, & colaturæ addatur cera & oleũ & fiat unguentum.

## De Maiorana.



**M**aiorana calida & sicca est in secundo gradu, alio nomine dicitur eseron, cuius flos & folia competunt medicinæ. Colligitur in estate cum floribus, & in umbroso loco siccatur, & per annũ seruatur. Virtutem habet confortandi ex aromaticitate, dissol uendi & consumedi ex qualitatibus & etiam mundificandi. Puluis maioranæ in cibo datur, uel uinũ decoctionis eius stomachum in frigidatum calefacit, & digestionem confortat, naribus aposita cerebrum confortat. Flores & folia in testa calefacta

& in saculo posita & loco dolenti superposita dolorem ex uentositate prouentem soluit. Item capiti superposita ualet contra rheuma capitis. Item nota quod mures insidiantur radicibus eius, inde medicinam quærentes.

## De Napo.



**N**apus omnem ferè aërem patitur, terrã desiderat pingue, & in solo sicco & tenui & prope riuum & defexo & sabuloso melius nascit loco. Proprietas napi in rapam, & econuerso transmutat, sed ut optime proficiat subactũ solũ stercoratũq; & uersatũ querit, & in illis locis optime prouenit in quibus segetes eo anno fuerunt. Si spissi sunt nimis interualles aliquos, ut alij roborentur, quos in locis uacuis trãsferre poteris. Serunt circa finẽ Iulij & toto tẽpore mēsis Augusti, si pluiiæ defunt, irrigatione iuuent, possunt etiã comode serri inter milium & panicum maxime serotanũ, in secunda sarculatione ipsius sarculatione iuuantur naps & rapa, ex naps nobilioris saporis sunt illi, qui sunt longi & ferè rugosi, non grossi, multas radices habent.



ces habentes, sed unam tantum acutam & rectam. Ex naxis fiunt optima cōposita cum raphano & modico sale, aceto, melle & sinapi & speciebus odoriferis, & sine speciebus possunt fieri satis bona. Calidi sunt in secundo gradu & multū nutriunt, sed duræ digeruntur, mollem & inflatam minus tamen quam rapē faciunt carnem, qui si in aqua coquatur & illa eiecta in alia recoquatur duritia eius substantiæ temperatur, & mediocriter inter bonum & malū generant nutrimentum, qui bene cocti sunt non difficile digeruntur, uentositatem faciunt, & in uenis & poris oppilationem. Idcirco utiles sunt si bis coquatur, & utraq; aqua proiecta in alia recoquantur, cum pinguisima carne.

## De Nasturtio.



**N**asturtium calidū & siccum est in quarto gradu, semen eius præcipue competit uisui medicinae, per quinque annos seruat, herba etiam uiridis multæ est efficacitæ, sicca modicè: uirtutem habet consumendi, dissoluendi ex qualitatibus suis. Contra paralytism linguæ cum oppilantur nerui & replentur ex humiditatibus, ut solet accidere in acutis febribus, semen nasturtij masticetur & superponatur linguæ. Cōtra paralytism aliorum membrorum semē eius in saculo positum, & in uino coctum membro dolenti superpositum. Ipsa herba decocta cum car-

nibus & commesta ualet contra humiditatem superfluam cerebri, & in lethargo prouocetur sternutatio ex puluere seminis nasturtij naribus appposito. Contra relaxationem uuæ, fiat gargarismus ex aceto decoctionis eius & sicum siccarum. Contra iliacam passionem calidam & ex frigida causa semen eius in saculo positum etiam in uino decocto superponatur. Ad idem ualet, & ad straguriam, herba ipsa decocta in uino & oleo superposita. Contra tenasmon ex humore conglutinoso cum anus eminent puluis superponatur ano, renes etiā inungantur melle & superspergatur puluis seminis & cymini & colophonix.



## De Nenuphare.

**N**enuphar est frigida & humida in secundo gradu, herba est lata habens folia in aquosis inuenit locis. Cuius duplex est differētia, una purpureos habes flores, & alia croceos, que nō est adeo bona, flos cōpetit uisui medicinæ, in Septēbri colligit, & per duos annos in multa efficacitæ seruat. Ex floribus fit sirupus præcipue cōtra acutas febres, & pro distēperato in calidi-



in caliditate. Flores coquantur in aqua addito saccharo, & fiat sirupus, contra dolorem capitis ex caliditate. Saraceni ponunt in aqua per noctem unam & mane talem aquam cum floribus naribus applicant.

## De Napello.

**N**Apellus est napsus marinus, in littore maris crescens, & est uenenu pessimum & perniciosum, quod in summo caliditatis & siccitatis est, linitum delet maculas cutis, etiam cum in potu sumitur rectificatū studio medicinæ, ualet contra lepram, Est autem uenenum homini bibere ultra diuidiam unciam, & minus hoc interficit hominem, & quod miraculosum est, ut quidam dicunt, mus paruulus qui pascitur & inuenit iuxta ipsum & ille mus est theriaca contra uenenum ipsius napelli.

## De Nigella.

**N**igella calida & sicca est in tertio gradu, semen est cuiusdam herbae, quæ in locis paludosis & inter frumentum reperitur. Semen per decem annos seruatur. Est autem rotundum & planū subruffum & sub amarū, unde habet uirtutem diureticam ex amaritudine, dissoluendi & consumendi ex suis qualitatibus. Emplastrum factum ex farina nigellæ & succo absinthij circa umbilicum, & præcipue pueris, lumbricos necat, maioribus conficiatur cum melle & detur farina nigellæ facta cum aceto tepido, & auribus inflata uermes necat. Unguentum autem sic fit: nigellæ in multa quantitate fiat decoctio in forti acetosque ad consumptionem, & ad aliquantulam spissitudinem, & tunc addito oleo fiat quasi unguentum, quod optimum est ad scabiem, & impetiginem facile tollit.



## De Origano.

**O**Riganum calidum & siccū est in tertio gradu. Alio nomine dicitur uulgo gonella. Cuius duplex est differentia, scilicet organū agreste, quod latiora habet folia, sed & fortius operatur, & est domesticū quod in hortis reperit, & minora habet folia & suauius operat, & est domesticū quod in hortis reperit quod in medicinis ponitur. Colligitur autem in tempore productionis florum, debet in medicinis poni abiectis stipitibus, per annum seruat & in umbra suspenditur, & siccant folia. Virtutē habet dissoluendi, consumendi & attrahendi. Contra frigidū rheuma capitis folia cum floribus in testa sine liquore bene calefacta in saculo ponantur & saculum capiti superponatur, & patiens cooperiatur panis, ut caput sudet, uinum decoctionis eius gargarizatum gingiuarum & faucium consumit humiditatem. Cōtra frigidum asthma detur uinum decoctionis eius &



eius & ficuum siccarum, uel puluis eius digestionem confortat confectus cum melle detur cum aqua calida, uinum decoctionis eius digestionem confortat, dolorem stomachi & intestinorum excludit. Item fasciculi facti ex herba ipsius decocti in uino & renibus superpositi stranguriam & dysenteriam soluunt.

## De Porris.



**P**orri sustinent ferè omnem aërem, & terram desiderant mediocriter solutã, ut optime proficiant, & pinguem & stercoreatam. Seruntur autem in locis calidis & temperatis proximis mense Decembri & mense Ianuario, & Februario & Martio in temperatis & frigidis cū terra fuerit ad æqualitatem redacta. Hæc autem satio fit aut sola aut in alijs herbis mixtim in terra optime culta, & desuper letamine cooperta. Hæc semina sunt spissa spargenda, deinde euelluntur flores, primo nec aufertur aliquid de ipsarum radicibus, cum sulcis plantantur, sed quando cum palis debent plantari abscinduntur radices & summitas foliorum, & plantantur mense Aprili & Maio per totum mensem Iunii, sed plantari possunt mense Iulio, Augusto, Septembri & Octobri, & erunt utiles in sequenti mense Martio, & Aprili. Nec in plantatione porrorum quærenda est mollis terra, sed mediocris est optima, & satis bona est illa quæ fuerit ferè sicca. Fit autem duobus modis porrorum plantatio, uno modo subtilis, ut Bononiæ moris est, ut scilicet per unam completam spannam unus sulcus ab altero distet, & sint ab inuicem in sulco iacentes positi quaternis separatis digitis, & cum sequens sulcus terra trahitur super porros & pedibus molliter conculcatur. Secundo autem modo palo plantantur, scilicet ut optime pastinatis & dispositis areis fiant foramina cum palo grosso, ferè ut læcea & concaua per unam spannam, & ultra uno semisse distantia, in quibus ponunt præparatæ porrecte, foramina uero replentur, aut quicquid terre in eis ponit, sed elapsis tribus septimanis cum herba in eis nascitur sarculant, & herbis mutantur. Et quod porri sic plantati sint meliores alijs, nec possunt facile furtim euelli, sed hic modus magis laboriosus existit. Item hoc modo plantatur optime inter cepas iam quasi grossas, & euulsis cepis sarculantur & inueniuntur optime prouenire, cum euellentur, aliqui in uno loco relinquuntur, & pro seminibus reseruantur. Cuius quidem semina possunt per triennium illæsa suspensa seruari, calida & sicca est in tertio gradu, secundum cibum illauidabilis est, nocet enim stomacho faciens inflationem ac uentositatem, & cum sui acumine neruos eius mordet, habet etiam proprietatem faciendi fumum nigrum melancholiæ generatiuū, qui ad caput saliens uisui tenebrositatē facit, atq; somnia terribilia & formidulosa



midulosa inducit, unde caueant ab ipso cholericis, maniaci, & oppilationē in capite habentes. Sed diligentes eos comedere accipiant post eos lactucas, & portulacas, endiuias, & similia, ut eorum calor temperetur ab istis, aut elixentur, deinde bis aut ter lauentur & esui postea dentur, ualent tamen secundum medicinam, crudi enim comesti pulmonem a grossis mundificant humoribus, & oppilationem epatis aperiunt. Item succus porri cum aceto, oleo & thure naribus immixtus sanguinem ex eis fluentem stringit, eis scilicet qui frigide sunt nature. Item in aure distillatus dolorē ex frigidityte & humiditate factum placat. Item porrum crudum cataplasmatum super morsum serpentis bene prodest. Itē coctum cum oleo amygdalino conditum uenerem suscitatur. Plinius autem dicit, quod porrum contritum cum melle emplastratum super uulnera, sanat ea. Cū uino bibitus succus eius lumborū dolorem soluit, cum sale mixtum uulnera cito claudit & sanat, duritias relaxat & rupturas cito consolidat. Item porrū crudum comestum ualet contra ebrietatem, & stimulat uenerē. Item solo odore fugat serpentes, & scorpiones. Item ualet cōtra dolorem dentium, & eorum interficit uermes, sed aciem oculorum hebetat, stomachū grauat, sitim creat, sanguinem incendit & inflammat, si ex eo nimium comedatur. Semen porri siccus est & fortioris actionis, de quo tres drachmæ potui datæ cum duabus seminis alij mire sanguinē de pectore screantibus fluentem stringit.

## De Papauere.



**P**apauer feritur mense Septembri in locis calidis & siccis, temperatis uero & frigidis mense Ianuario, Februario & Martio & Nouēbri, potest etiam cum alijs herbis feri, & est frigidum & siccū in primo gradu, cuius duplex est differētia scilicet album & nigrum. Album frigidum & humidum, nigrum frigidum & siccū, & magis fortificat. Semen eius collectum per decem annos seruatur, habet autem uirtutem inducendi somnum, leniendi & mortificādi. Ad somnum prouocandum fiat emplastrum ex semine utriusq; uel alterius cum lacte mulieris &

albumine oui circa tempora. Mulieres Salernitanę dant pueris puluerem seminis papaueris albi cum propria lacte. Semen autem papaueris nigri non debet dari, quia magis mortificat. Contra calida apostemata in principio & contra calesfactionem epatis semen papaueris uel ipsa herba trita coniciatur cum oleo rosarum & superponatur. Contra siccitatem membrorum, ut est in hectica & in alijs infirmitatibus oleum uiolatum calefiat aliquantulum, & puluis papaueris albi conficiatur cum eo, & inungatur spina per totum, idem contra siccitatē pecto-



ris multum ualet. Dicunt Plinius, Dioscorides & Macrobius quod ex succo fo-  
liorum capitulorum eius fit opium, unde somnus febricitantibus prouocatur,  
quod cum cautela dari debet, quia multum oppilat, infrigidat & mortificat, &  
maxime nigrum papauer.



## De Peucedano.

**P**eucedanus est herba quæ alio nomine di-  
citur uermiculus porcinus, quæ calida &  
sicca est. Et uinum decoctionis eius ualet  
contra stranguriam, dyssenteriam & oppilationem  
splenis & epatis. Herba eius etiam decocta in ui-  
no & oleo & cataplasmata spleni & epati duritiem  
eorum remollit. Contra frigidos humores in spi-  
ritualibus existentes, detur aqua decoctionis hor-  
dei, & si fuerit multum frigidum detur uinum de-  
coctionis eius & succi liquiritiæ.



## De Petroselino.

**P**etroselinum seri potest mense Decembri,  
Februario, Martio & Aprili, & transplan-  
tari fere toto tempore anni solum & cum  
alijs herbis simul: semina eius per quinque annos  
possunt seruari. Est autem calidum & siccum in  
secundo gradu, diureticum est, & incidens uri-  
nam & menstrua prouocans, uentositatem & in-  
flationem dissoluens, & precipue semen eius. Ga-  
lenus dicit, quod cataplasmatum super pustulas  
scabiem & morpheam mire mundificat, unde cõ-  
fert hydropicis, periodicam febrem patientibus,  
renum dolorem & uelicæ placat, & corporis po-  
ros uiasq; rarificat, & humores extenuando cum

sudore projicit, & urinam, epas & uulnera mundificat, oppilationem eorū ape-  
rit, & apostemata eorum curat, maxime quæ sunt in renibus, uentositatem coli-  
cæ passionis dissoluit, tritum & in uuluam immissum menstrua prouocat, secun-  
dinam & mortuum foetum educit, & expellit etiam potui datus, mundificat fo-  
tus ab humoribus grossis & uiscosis.

## De Psyllio.

**P**syllium frigidum & humidum est in quarto gradu, herba est, cuius semen  
simili nomine appellatur, semen in medicinis debet poni, in æstate colligit,  
per duos annos potest seruari. Habet autem uirtutem infrigidandi & hume-  
ctandi. Contra ariditatem linguæ in acutis febribus semen in subtilissimo panno  
ligetur,





ligetur, & in aqua infundatur, & tali aqua illiniatur lingua, prius tamen abrasa cum cultello ligneo. Contra siccitatem spiritualium & constrictionem uentris in acutis febribus ponatur psyllium in aqua & dimittatur aliquantulū, deinde aqua abiecta illa psyllium detur cum frigida in sirupo. Etiam contra acutas febres cōpenter psyllium ponitur, & multa fiat decoctio, & postquam gutta adhæret taciæ, quæ cito adhæret propter uiscositatē ipsius psyllij. Contra dysenteriam comburatur in aliqua testa, & puluis inde factus cum ouo sorbili uel melius

cum aqua rosata detur, si fiat uitio superiorum intestinorum. Si uero uitio inferiorum cum athanasia puluis eius superponatur: ad idem ualet emplastrum ex puluere eius cum albumine oui, & modico aceto & aqua rosata super pectinem, & renes uel super umbilicum, si sit uitio superiorum. Contra fluxum sanguinis ex naribus ualet idem emplastrum super frontem & tempora positum, uel scutellum factum ex puluere eius & ex succo sanguinarię naribus imponatur. Contra calida apostemata saculus plenus ex semine psyllij prodest. Item sua frigiditate & humiditate conseruat camphoram, quia camphora nimis est subtilis substantia.

#### De Polipodio.



**P**olipodium calida est in quarto gradu, sic cum in secundo, herba est similis filici, quæ crescit super quercus, muros & lapides, sed quæ crescit in quercubus melius est. Radix eius collecta & aliquantulum mundata, & ad solem per unum diem exiccata per biennium in multa efficacia conseruatur. Illa autem quæ fracta interius apparet arida, abijcienda est. Habet uirtutem dissoluendi & consumendi & purgandi principaliter phlegma & melancholiam, & maxime a stomacho & intestinis, & est

parum laxatiua. Et nota quod in decoctione polipodij debet poni aliud exclusuum uentositatis ut anisum, sceniculus uel cyminum, quia polipodium solum mutat humores in uentositatem. Item utimur eo in apozematibus & cōfectio nibus & in iure gallinę uel alterius carnis, & damus etiam puluerem ipsius ad laxandū, & ualet quotidianę & tertianę, ex cholera uitellina & citrina, soluit etiã oppilationē epatis ex grossis & uiscosis humoribus: febri etiã quartanę cōfert & iliacis & cholericis & habentibus phlegma mucilaginosum intestinis utiliter



medetur. Contra quotidianam & iliacam passionem & alopeciam & dolorē articulorum & ad conseruationem sanitatis talis fit usus, conteratur polipodium unc. 1. uel 2. ad plus si sit multum laxatiuū, & fiat decoctio eius in aqua cum prunis & uiolis, addito semine sceniculi & anisi in multa quantitate & colatum mane uel sero detur patienti.

## De Pastinaca.



**P**astinaca seritur mēse Decembri, Ianuario, Febuario, & Martio in terra pingui, alte fossa & soluta, & optime pastinata. Alia est syluestris, alia domestica, et utraq; in radice duri est nutrimenti, & minus quam rapa nutrit, habet autē aliquid acuminis unde est extenuans & diaphoresim faciens. Ideoq; urinam & menstra prouocat, habet etiam aliquantulū inflammationis, unde coitus iuuatiua, quæ in frequenti usu laudabilem generat sanguinem. Igitur ut temperetur bis in aqua elixari oportet, & aqua eiecta, tertio coque. Pastinaca syluestris dicit̄ alio nomine daucus asininus, & domestica daucus creticus, earum radix secundum Isaac

calida in medio secundi gradus, & humida in medio primi, & folia et flores secundum aliquos sunt calida & sicca in tertio gradu, & una pro alio in medicinis ponitur, quia sunt fermē eiusdem uirtutis, sed domestica melior est. Item est quedam pastinaca rubea, quæ cruda potest comedi, & cocta cum napis optima est composita, & rubicundo colore decorata, quæ seritur ut aliæ pastinacæ. Pastinaca syluestris habet efficaciam præcipue secundum folia & secundum flores, modicam aut nullam secundū radices. Hęc herba debet colligi cum flores producit abiectis radicibus, & in umbroso loco sicari, & per annum seruatur, uirtutem habet dissoluendi, attrahendi ex qualitatibus, & diureticam ex subtili substantia. Contra frigidum rheuma facelletur caput expulueres facta ex ipsa herba bene calefacta. Ad dolorem stomachi ex uentositate uel frigiditate & cōtra stranguriam & dyssenteriam & iliacā passionem detur uinum decoctionis eius, & herba in multa quantitate in uino & oleo decocta, super locum dolentem ponatur. Contra stranguriam & dyssenteriam & uitium lapidis, detur uinum decoctionis seminis eius & saxiphragæ. Contra oppilationem splenis & epatis ex frigida causa, & contra hydroposim fiat sirupus ex succo sceniculi & decoctionis eius. Contra duritiem splenis, & epatis ponatur ipsa herba in multa quantitate in uino et oleo, maceretur ita per decem dies, in decimo die coquatur usq; redigatur in oleum, & exprimatur herba bene & coletur, & colatura postea ponatur ad ignem, & imponatur cera, et fiat cerotum quod contra prædicta et contra talia apostemata est multum conueniens.

De Portu.



## De Portulaca.



**P**ortulaca quocunq; serè tēpore seminā. Nascit̄ adueniēte calore, & præcipue nascit̄ mēse Aprilī, Maio & Iunio. Potest etiā serī per se cū puluere mixta, & inter caules optime prouenit, & inter cepas et porrum, & in uineis congrue seminā. Terram tamen ualde pinguem desiderat, ut optime conualescet, ubi semel sata fuerit quolibet anno sequenti nascetur, & maxime si ibidem ad aliquam maturitatem prouenit, multum læditur nimia siccitate aëris, nisi frequenti irrigatione iuetur, & sub umbris arborum non facit cespites. Eius quidem sunt duæ species. Est enim quædam portulaca ualde lata producens folia quæ Romana seu Beneuenta

na dicitur, quæ multum est humida, sed insipida, & est alia portulaca communis parua producens folia, & hæc minus est humida, sed plus sapida, sed si inter alias herbas spisse seminatis seratur in cespites non poterit dilatari. Portulaca frigida est in tertio gradu, in secundo humida. Viridis est multæ efficacit̄, exiccata non tantum, uirtutem habet leniendi stomachum, humectandi & infrigidandi, optimus cibus est febricitantibus cruda uel cocta. Contra constrictionem uentris coquantur cum prunis in aqua & comedat patiens pruna & portulacas, & postea bibat aquam, non quod portulaca conuenienter cum diureticis ponitur. Item portulaca aliquid ponticitatis habet, & ideo confortat stomachum & intestina, & ualet contra uulnera in renibus & uesica nascentibus. Valet etiam fluxui sanguinis, & undecunque manatum fuerit ipsum stringit. Item si in capite uel in frontibus uel temporibus inūgatur dolorem & calorem aufert. Item ualet commesta contra dysenteriam, & confert cholericas egestiones habentibus. Auicenna dicit, quod ipsa sua proprietate eradicat uerucas, si ex ea confricentur, & delet stuporem dentium, abscidit desiderium coitus, tamen in complexionē calida & sicca addit in coitum.

## De Papyro.

**P**apyrus dicitur quasi pabulum, *πῦρ*, id est, ignis, quia desiccatus ad nutrimentum ignis in lucernis & lampadibus est ualde aptus, est enim herba exterius ualde plana, habens interius medullam albam, bibulā & porosam, & nascitur in locis aquosis, & dicitur uulgariter apud nos iuncus. Sic catur enim & excoriatur parum remanēte de cortice in uno latere, ut medulla substet, & quanto minus habet de cortice tanto clarius ardet in lampade & facilius inflammatur, & ex eo fiunt sportulæ pulchræ, & ex eo fiunt in aliquibus locis uasa & naues, uidelicet in Memphi & India, ut dicit Plinius, & hæc testan



tur historiæ Alexandri. De papyris etiam fiunt chartæ in quibus scribitur. Item ex eis fiunt sportule & pulchra sextoria, & uaria utensilia, & ligatur ex eis uela nauium, & quidam ex eis faciunt uestimenta. Et dicitur Plinius, quod eius medulla multum ualet ad aquam de auribus extrahendam, quia eam naturaliter imbibit, & ad se trahit, & ideo cum papyro aqua de uino extrahitur.

## De Pulegio.



**P**vlegiū calida & sicca est in tertio gradu. Colligitur tempore florum, & in umbra siccatur, & per annum seruetur. Folia cum floribus abiectis stipitibus in medicinis ponuntur. Virtutē habet assumendi & dissoluendi. Satellatio capiti facta ex pulegio calefacta in testa sine liquore, ualet contra frigidum rheuma, gargarismus factus ex decoctione pulegij & aceto & sicuum sicuum ualet contra frigidam tussim, quæ est ex glutinoso uel frigido humore. Item uinum decoctionis eius ualet contra dolorem stomachi & intestinorum ex uentositate uel frigiditate factum. Item einplastrum ex eodem factum in uino coctum & superpositum ualet ad idem. Item fomentum factum ex aqua decoctionis eius, humiditatem matricis desiccatur, & uulnam coarctat, & ideo hac fomentatione mulieres Salernitanæ multum utuntur.

## De Rapa.



**R**apa in omni aëre habitabili prouenit, & desiderat terram solutam ac pinguem: & adeo solutam quod serè in puluerem sit redacta, ut optime conualescat. Seritur sermen eius, ne nimis spisse spergat, cum puluere mixtum circa finem Iulij & usq; ad medium mensem Augusti, uel parum post, & etiam per totum mensem Augusti, in principio Septembris, in locis calidis & siccis, & præcipue cum terra fuerit rorida per pluuiam præcedentem. Si rare seratur magis grandescit, & ideo ubi nimis spissæ plantulæ eius natæ fuerint, cum aliquod robur acciperint euellantur aliquæ, ut cæteræ roborentur, & in locis uacuis transferantur, uel abijciantur. Frequenti sarclatione & herbarum liberatione multum iuuantur. Seritur in agris nudis, & in stipulis etiam egregie, seritur si optime fuerint exarata &



ratae & solo opertae, semen eius operiendum est ne nimium mergatur in terra. Possunt etiam conuenienter seri inter panicum & milium serotinum, quae cum panicum & milium sublata sunt, sarculari debebunt. Latantur agro patenti, & ualde leditur umbris, quod si tanta fuerit aeris siccitas ut tempore congruo seri non possint, potest in aliquo irrigabili loco & etiam umbroso spisse seri, ut caules, deinde cum conualuerint plantae eius, & pluuijs terra fuerit madefacta, trasferri poterunt circa finem Augusti, & usque ad medium mensem Septembris in terra optime culta. Colliguntur mense Octobri, & quae pulchriores erunt sublatis frondibus plantentur, ut folia sequenti aestate producant. Ex rapis fiunt composita cum aqua ut pro coquina tempore hyemis & quadragesime habeantur, hoc modo: Rapae optime lauentur, deinde crudae componantur in uase de solo ad solum, & in quolibet solo seminetur sal mixtum seminibus foeniculorum, & saturia, uel sal tantum, ultimo ponderentur & seruabuntur per octo dies & dimittantur, deinde ponatur aqua frigida tantum, quod cooperiantur, & sic seruabuntur per totum annum. Item fiunt composita cum aceto & raphano, sinapi, foeniculis & sale hoc modo: uidelicet in quantitate duarum communium sitularum accipiatur de rapis, una libra raphani uel plus si bene fortes habere uolueris, & una libra sinapis, & dimidia libra foeniculi, & tres librae mellis, & una libra salis, & raphani incidantur subtiliter per longum & pistentur minutatim & cum illis semina & sal misceantur, mel liquefiat & cum sinapi distemperatio cum optimo aceto circa medietatem unius situlae misceatur. Deinde rapis uel napsis uel radicibus rubeis & pastinacis & piris & pomis si uolueris congruo modo coctis & optime infrigidatis & diuisis fiat solum de praedictis & seminetur desuper raphanum cum seminibus & sale prius posito sinapi usque ad equalitatem, deinde fiat aliud solum & ponatur sinapis & semina & sic fiat usque ad complementum & feruentur. Rapa secundum Isaac calida est in secundo gradu, multum plus ceteris herbis nutrit, dure tamen digeritur, mollem & inflatam carnem propter suuulentositatem & inflationem facit, proinde coitum suscitatur, quae si in aqua eoquatur & illa eiecta in alia recoquatur, duritia eius substantiae temperatur, & medio criter inter bonum & malum nutrit. Quae ut bene cocta est, difficile digeritur, uentositatem generat, & in poris oppilationem facit, idcirco utilis est & bis cocta & utraque aqua proiecta recoquatur, cum pinguisima carne. Praeterea secundum medicinam est congrua podagris, si in eius iure pedes eorum lauentur.

#### De Raphano.

**R**Aphanum non seritur, quia semen non habet, sed plantatur corona recens tota uel media, uel fiunt de radicibus eius parua frusta, & plantatur mense Nouembri & Decembri, Ianuario & Febuario & Martio. Terram desiderat profunde fossam, solutam, pinguem

X 4 & optime





& optime pastinatam, sicut cæteræ herbæ quarū radices grossas & longas fieri optamus. Raphano præcipue utimur ad faciendum composita de rapis. Raphanum calidum & siccum est in secundo gradu, radix enim magis competit usui medicine, uiridis & exiccata, sed magis uiridis, uirtutē habet incidendi & dissoluendi, & ex eo fit competens oxymel hoc modo: Cortex radicum aliquantulum teratur, & dimittat biduo uel triduo in aceto, postmodum addatur ei tertia pars mellis, & tamen oxymel ualet contra quartanam & quotidianam, nisi sit de phlegmate falso, si frigidi humores & indigesti sunt stomacho. Cortices radicum raphani persusas melle & in aceto comedat patiens usq; ad saturitatē, postmodum bibat aquam calidam & digitis in ore missis, uel penna uel inuncta oleo uomitus prouocetur. Contra duritiē splenis & epatis herba ipsa decocta in uino & oleo cataplasmetur, pectini etiam cataplasmata & stranguriam dissoluit. De proprietatibus eius est quod si frustum raphani ponatur super scorpionem moritur. Et ideo dicit Democritus, quod qui habet manum infectam maturo semine raphani, sine suo nocumento tractat serpentes. Hermes etiam tradit, quod si succus raphani misceatur cum succo lumbricorum terræ conculsorum, & per pānum expressorū, & in ipso extinguitur gladius, ferrum sicut plumbum incidet gladius ille. Et nota quod raphanum dicitur esse uitibus inimicum, & dicitur quod si prope serantur natura discordate refugiunt, ut Palladius peritus agriculator affirmat.



**R** De Radice.  
Radix est herba cuius radix simili nomine appellatur. Cæli statu nebuloso lætatur, licet in omni aëre proueniat, amat terrā pingue, lolutam, diu subactā & profunde fossam, totam & glaream reformidat. Seritur in mense Iunio & Iulio locis temperatis & siccis. Serendæ sunt radices spatijs grandibus, & alte fossis, melius proueniunt in arenis. Serant post nouā pluuiam, nisi forte possint irrigari. Quod satū est statim debet operiri leui sarculo. Letamen non est ingerendū sed potius paleæ, quia fumigosa sunt. Suauiores sunt si aqua salsa frequēter irrigentur. Radices femini generis esse putantur, quæ minus acres sunt, habent latiora folia, & cū iucunditate uirentia, ex his ergo semina colligemus, maiores fieri credunt si sublatis folijs omnib. & solo tenui calidissimo sæpe terris operiant, unde optime plantant in sulcis, ut terra sæpius circa eas possit amplius cumulari. Si ex nimis acris dulces



dulces fieri uelis, semina die ac nocte melle macerabis. Calidū & siccum est in secundo gradu, minus quàm rapa nutrit, propter suum acumen, quod est fortius acumine rapæ, nutrimentū tamen eius est grossius durumq; stomacho & indigestioni nociuum, & inconueniens oculis, dentibus & omnibus uulneribus & doloribus, sumpta secundū cibū, sed secundū medicinā cōuenit. Est enim lauatiua renū, & uesicæ, & grossis humoribus, & urinā prouocat, & māducata lapides frāgit, & si cocta comedatur tussi ex frigida & humida causa subuenit, & secundū cibum comesta torsionem & inflationem generat, & stomacho fit illaudabilis, quod testatur ructus putridus, qui ex ea fit maxime ante cibum. Illa enim quæ ieiunio esui datur eleuat cibum, & cohibet ne ad locum decoctionis descēdat, unde fit causa indurandæ digestionis & prouocandæ uomitum, maxime eis qui naturaliter uētositatē in stomacho habent. Sed post cibū accepta minorē agit uētositatem superius ascendentem, & cum sua grauitate ad inferiora descendit, deponitq; cibum ad locum digestionis, et digerit, ut oportet, proinde uolentes eam pro uomitu accipere, accipiant ante cibum. Item habet uirtutem similem raphano, & contra easdem causas et eodem modo datur, sed nō est adeo efficax, ut raphanum.

## De Ruta.

**R**uta seritur mense Augusto, & melius propagatur de abruptis ramusculis in terrā positis, et si summitas alicuius ramusculi eius incuruati in terram statim in terra fixa radiceatur & difficillime arescit. Hęc herba, ut Plinius dicit, odit frigidum hyemem & imbris humorem, siccis gaudet temporibus. Terra lateritia uel cinere uult nutriri, ideo diligit sicū quod melius sub eo uel iuxta eum quā alibi conualescit. uerno autem tempore transplantatur, aut in mense Septembri, & assidue irrigetur, si non habet imbrē. Si permittat florere, arescit, antiquata & lignescit, si rami eius bis omni anno terra usque ad folia nō operiantur. Quando autem indurata est & lignea facta, non bene pullulat nisi absindatur iuxta terram seu radices. Tunc enim renouatis ramis redit ad eam iuuentus. Calida & sicca est in secundo gradu. Cuius duplex est differentia scilicet domestica & syluestris, quæ *ῥῆγανον ἀγρῆον* dicitur, folia & semina competunt medicinæ usui. Semina possunt per quinque annos seruari. Folia sicca per annum, uirtutem habent diureticam, dissoluendi & consumendi. Contra cephalæam & epilepsiam in balneo iniiciatur parum succi eius calefacti per nares, quod phlegma & cerebrum mundificat. Item uinum decoctionis eius ualet ad idem. Contra defectum uisus ex fumositate collecta in dolio ponatur cum uino ruta, & patiens tali uino utatur. Item cum aqua rosata





rosata mixta & super oculos lippos aut sanguinolentos posita, mirabiliter eos sanat & mundat. Contra dolorem dentiū ruta cocta cum uino cataplasmetur super locum dolentem: uel aliter, accipe fustem eius & exure aliquantulum ad ignem & concauitatem eius cauteriza, & satis confert. Contra frigiditatem stomachi, & eius paralytim & aliorum membrorum detur uinum decoctionis eius & radicis sceniculi, uel puluis eius cum succo. Item contra stranguria & dyssenteriam ruta in uino cocta & oleo peccini cataplasmetur. Cōtra tenasmon ex frigida causa, decoquatur in uino, & fiat *εγχεϊσα* uel calefiat bonum uinum, & fundatur super rutam, & patiens recipiat fumum. Ad menstrua prouocanda & secundinam & foetum mortuum educēdum, detur triphera magna cum succo rutæ. Idem operatur succus eius solus per os receptus, aut pessaritatus, aut tene-ritates eius in oleo frixæ & superpositæ. Contra exteriorem dolorem ex cōcusione uel alia causa, ruta calefacta sine aliquo liquore superponatur. Cōtra lippitudinem & dolorem oculorum, puluis cymini cum succo eius conficiatur, & in eo bombix intincta super oculos ponatur. Ruta etiam bibita ualet contra uenum bibitum, & morsum uenenatorum animalium, & etiam cataplasmata. Et nota si quis esset totus circumdatus ruta uiridi, secure posset trāsire ad basiliscum. Eius odore de hortis fugantur serpentes, & omnia uenenosa, & ideo plantatur conuenienter in locis ubi sunt aluearia apum. Item succo rutæ liniti à scorpionibus, araneis, uespis, & apibus, non punguntur.



## De Rubula.

**R**ubula desiderat terram solutam & pingue, ut optime proueniat, & in mediocriter pingui prouenit: quæ cum uangis alte fodenda est mense Octobri & Nouēbri, & sequenti mense Februario, Martio, uel Aprili. Seritur spissa ut frumentum uel spelta, & fiunt areolæ sicut in hortis uel quaterni ut in seminatione frumenti ubi rastro semē aperiendum est. Et ab omnibus herbis & radicibus maxime gramine optime liberentur cum uangatur, & cum areolæ fiunt, deinde refecatur quoties herbe nascunt in ea manibus uel sarculo. Deinde in Augusto semina cum nigra fuerint colliguntur cum tota herba & bene siccata seruant ad fumū. Et postea mense Decēbri, Octobri, uel mēse Nouēbri fodiunt sulci ex ipsa terra, areæ modicū operiunt, deinde sequenti æstate runcat quotiens in ea herba nascuntur, & mēse Augusti iterū ut dictū est semina colligunt, & ipsius herbæ radices, si placet effossæ terra paulatim sub radicibus colliguntur, & in sole siccantur, sed melius est quod usq; ad sequentem annū dimittant in terra, ut grossiores fiant & meliores, cauando iterum sulcos & operiendo areas ut dictum est. Cum radices siccate fuerint, circuli uerberant ut rumpantur, & à terra & à puluere liberentur, & clare fiant,



clare fiant, & si de ipsis fiat puluis, plus ualebit. Et nota quod terra ubi ponitur tubula solo aratro bene submerso fodi potest.

## De Spinachia.

**S**pinachia optime seritur mense Septembri & Octobri pro hyeme & quadragesima sequente. Item mense Decembri in locis calidis, Ianuario, Februario, & Martio, pro mense Aprili & Maio, & alijs etiã mensibus potest serri. Seritur autem & sola in areis & cum alijs herbis mixta in terra pingui & bene pastinata, cum colligitur si una uice inciditur medietas cespitis & alia uice alia medietas diu durabit utilitas eius. Frigida est & humida in fine primi gradus, uentrem humectat, & ualet gulæ dolenti de sanguine & cholera rubea & melior est stomacho quàm atriplex.

## De Solatro.



**S**olatrum, græcis est *σπύρατος*, frigidū & siccum est, aliquantulum diureticū, uirides secundum folia & flores multæ sunt efficacitæ, exiccatum nullius. Virtutem habet infrigidandi, cōtra oppilationem splenis & epatis, & maxime contra icteritiã, quãdo oppilata est pars superior cistis fellis. Succus eius detur in potu, aut fiat sirupus ex saccharo & succo eius, uel quod melius est, dentur lib. 2. succi eius cum unc. rheubarbari. Contra apostemata in stomacho & intestinis & in epate detur succus eius cum aqua hordei. Contra calefactionem epatis petia intincta in succo eius superponatur, uel quod melius erit, si cum succo eius addatur acetum uel agresta, uel oleū rosatum. Contra calidam podagram herba ipsa sæpius superponat. Cōtra calida apostemata in principio ad repercussionē materiei herba ipsa trita superponat.

## De Semperuua.



**S**emperuua est herba sic dicta, quia semper uiridis reperitur, frigida est in secūdo gradu, sicca in primo, uiridis multæ est efficacitæ, exiccata nullius, uirtutē habet infrigidandi, plagellę intinctæ ex succo eius & aceto uel agresta & epati epithimati multū ualēt cōtra calefactionē eius, & cōtra dolorem ex frigida causa. Itē herba ipsa trita & superposita ualet cōtra calida apostemata in principio ad repercussionē materiei. Contra uulnera ex igne uel aqua fit unguentum ex succo eius, oleo rosato & cera, sed nō debet poni in primis quatuor diebus, sed calida apponatur ut fumi tantum fiat euaporatio, unde prius unguimus sapone & similibus, deinde ungueto predicto.

Contra



Contra fluxum sanguinis qui fit per ebullitionem eius in epate & in renibus, in estate plagelle in succo eius aquæ rosatæ intinctæ frigidæ fronti & temporibus superponantur & gutturi.



## De Satyrion.

**S**atyrion dicitur esse apium sylvestre, & est calidū & siccum in tertio gradu. Virtutem habet attrahendi à remotis partibus, unde testiculi eius cum melle confecti coitum prouocant, melius tamen si fiat confectio ex eis & dactylis & pistacijs & melle. Item succus eius cum melle datus prodest arteticis.

## De Sponsa solis.



**S**ponsa solis, cichorea, incuba, & solsequiū, herba ipsa cōmesta ualet contra uenenum si fit ex morfu. Item succus eius superpositus ualet ad oppilationem epatis ex frigida causa. Item ualet etiam contra calefactionem eiusdem.

## De Silermontano.



**S**ilermontanum, siue ut uulgo officinæ uocāt, silseleos, calidum est & siccum in secūdo gradu. Semē eius collectum per tres annos potest seruari. Semen ponitur in medicinis, & habet uirtutem diureticam dissoluendi & consumendi & attrahendi. Contra asthma ex frigida causa detur uinū decoctionis eius & siccum siccarum, uel detur puluis eius cū ficibus siccis & assatis. Contra oppilationem epatis, renum & uesicæ, stranguriam & dysenteriam, detur uinum decoctionis eius.

## De Staphisagria.

**S**taphisagria calida & sicca est in tertio gradu. Semen eius herbae simili nominis appellatur, magne efficacitæ est, & dicitur etiam caputpurgiū, quia ipsum a phleg-





à phlegmate purgat, uiam desiccatur, & rheuma prohibet, & stomachum mundificat, uinum decoctionis eius & rosarum contra prædicta gargarizetur. Contra scabiem & pediculos unguentum factum ex puluere eius & aceto ualet. Item ualet contra paralysem si ex eo fiat inunctio. Semen pulueris eius cum melle datus lumbricos necat.

## De Scylla.



**S**cylla calida & sicca est in secundo gradu, herba est similis capule, unde tuberosa magis competit medicinæ, quam herba. Si sola reperitur mortifera est. Habet autem uirtutem diureticam, unde ualet ad digestionem materiæ tam in quotidiana quam in quartana, ualet etiam contra opilationem splenis & epatis & contra dolorem iliaca & articularum, ut testatur Isaac. Contra dictas passiones talis sit usus: scylla diuidatur per medium, & tot tunicæ ab inferiori parte abijciantur quot ab exteriori, & tot in medio reseruentur, exteriores debent abijci, quia uenenosæ sunt & multum calidæ, interiores similiter abijciantur, quia mortiferae sunt ex nimia frigidityte, mediæ tunice sunt temperatæ. Vnde istarum fiat

decoctio in furno pasta inuolutarum, postea fiat decoctio in aceto & in colatura addatur mel. Si uis ut oxymel fortius operetur scyllæ non fiat decoctio in pasta, sed tantum in aceto. Contra omnem dolorem exteriorum partium ex frigida causa ualet.

## De Sinapi.



**S**inapis seritur ante hyemem & post, & terram pinguem desiderat si rara seratur melior efficitur, quod si nimis spissa est poterunt aliquæ plantulae inde transferri, & alibi transplantari. Hæc herba ita se multiplicat, quod ubi semel seritur, uix locus ille ab ea postea liberatur, & ubi semen eius cadit protinus uiret. Calidum & siccum est in medio quarti gradus, habet uirtutem dissoluendi, attrahendi & extenuandi, non herba, sed semen, quod collectum est per quinque annos potest seruari. Contra paralysem lingue semen eius masticatum & sub lingua retentum, ualet. Contra paralysem

**Y** aliorum



aliorum membrorum ponatur in sacculo & decoquatur in uino, & super locum dolentem ponatur, & præcipue in principio ægritudinis. Puluis eius naribus impostus sternutationem prouocat, & cerebrum à superfluitatibus mundificat. Contra antiquum asthma ex glutinoso humore detur uinum decoctionis eius & ficuum siccarum. Contra oppilationem splenis & epatis & leucophlegmatiam decoquatur in aqua cum radice fœniculi, aqua colata addatur mel, & talis confectio detur contra splenis duritiem. Herba ipsa cum axungia porcina bene trita superponatur. Fomentum factum ex aqua decoctionis eius menstrua educit. Item herba ipsa decocta in uino & cataplasmata dyssenteriam, & stranguriam soluit. Vinum decoctionis seminis eius & dragachantum, humiditatem uix, cerebri & faucium exiccat, dragachantum ponitur ne uehementer exurat & excoriet. Pythagoras autem ultra omnes herbas sinapim comendat. Vnde Plinius dicit de ipsa quod humores grossos & uiscosos extenuat, & puncturas serpentum & scorpium ictus addito aceto sanat, fungorum uenena superat, dentium dolorem mitigat, ad cerebrum penetrat, & ipsum mirabiliter purgat, frangit lapidem, & menstruis imperat, appetitum excitat, & stomachum confortat, epilepticos iuuat, & hydropicos curat, & lethargicos excitat & eos multum iuuat. Capillos mundat, & eorum calum compescit, incongruos aurium sonos & tinnitos tollit, & oculorum caliginem detergit, paralyticis subuenit, quia poros aperit & humorem prementem neruos dissoluit & consumit. Et dicit, quod maior est uirtus in semine quam in herba.

## De Scutio.

**S**cutium & culiculus agrestis idem sunt, calidum & siccum est in secundo gradu. Semen, succus & folia competunt usui medicinae. Contra paralytim lingue semine eius masticatum in ore diu sub lingua teneatur. Et si aliqua in parte corporis fuerit, folia cocta in uino cataplasmentur. Contra lethargiam puluis seminis eius naribus insuffletur. Item fiat decoctio seminis triti ex succi rutæ agrestis in fortissimo aceto, & ex ipso fricentur posteriores partes capitis, tamen prius rasæ. Fomentatio ex folijs decoctis in uino & oleo si pectini et uirgæ superponatur meatus prouocaturinales.

## De Scordione.

**S**cordion, id est, allium agreste, est calidum & siccum in tertio gradu. Solum flos eius competit medicinae, aqua uel uinum decoctionis eius spiritu- alia mundificat à phlegmate & ualet contra dolorem stomachi & intestinorum ex uentositate, & contra oppilationem splenis & epatis ex frigida causa. Item stranguriam & dyssenteriam soluit.

## De Asparago.

**A**sparagus calidus est in tertio gradu, frutex & semen competunt medicinae, frutices tenerrimi cocti scilicet cum carnibus siue cum aqua ualet contra oppilationem splenis et epatis, stranguriam, et dyssenteriam.



teriam. Item contra dolorem stomachi & intestinorum & contra iliacam passionem ualet. Item uinum decoctionis eius ualet contra praedicta.

## De Sisymbrio.

**S**isymbrium calidum & siccum est in tertio gradu, aliud est domesticum, aliud syluestre quod calamentum dicitur, uirtutem habet diureticam consumendi & dissoluendi. Contra uitium pectoris fiant pultes ex farina hordei & aqua, addito puluere eius, & detur patienti. Contra frigidum rheuma folia eius in uase sine aliquo liquore torrefacta & in sacculo posita capiti superponantur. Vinum decoctionis eius ualet contra dolorem stomachi & intestinorum ex frigiditate, & contra oppilationem splenis & epatis, & urinales uias aperit. Item herba in uino decocta & cataplasmata ualet contra dolorem stomachi ex uentositate, menstrua etiam adducit & matricem mundificat, fomentatio eius conceptum adiuuat.

## De Salvia.



**S**alvia plantatur plantulis aut ramulis in uenibus mense Octobri, Nouembri, Februario & Martio. Calida est in primo gradu, sicca in secundo. Sola folia competunt medicinae, uirida & sicca per annum seruantur. Alia dicitur domestica, alia syluestris, quae dicitur eupatoriū, domestica magis consumit & fortificat, syluestris magis est diaphoretica. Vinum decoctionis salviae ualet contra paralytim, & epilepsiam in uino decocta & cataplasmata super partem paralyticam multum ualet, contra stranguriam, & dyssenteriam, mundificat matricem, Item in balsamentis conuenienter ponitur.

## De Scabiosa.



**S**cabiosa calida & sicca est in secundo gradu, sicca nullius est efficaciae. Succus eius cum oleo & aceto bulliant usque ad spissitudinem aliquantulum. Et hoc unguentum aliquantulum ualet contra scabiem, balneum ex aqua decoctionis eius ualet contra alopeciam, succus eius ualet ad idem, & lumbricos necat, & auribus cum oleo iniectus eas mundificat, fumus uini decoctionis eius ualet contra haemorrhoides.



## De Senetione.



**S**enetion calida est & sicca in secundo gradu. Alio nomine dicitur nasturtiū, aquaticum, cocta in aqua uel cum carnibus spiritalia mundificat. Fomentum ex aqua salsa decoctionis eius ualet ad iliacam passionem, ad stranguriam & dyssenteriam in uino etiam decocta & cataplasmata ad idem ualet.

## De Serpentaria.



**S**erpentaria, columbina, dragachatea idē sunt. Dicitur autē serpentina sine dragachatea, quia hasta eius in modum serpentis maculis repleta. Calida & sicca est in tertio gradu. Radix eius per frusta minuta diuiditur & siccatur & pulverizatur, & per pannum cribellatur, & tunc conficiatur cum aqua, & ad solem siccetur, & ex tali unguento cū aqua rosata uel sine facies illiniatur, ipsam enim reddit nitentem & claram, panum etiam deponit. Item si puluis eius conficiatur cum sapone, & fistulae imponatur in tantum foramen eius dilatat, ut inde os fractum uel putrefactum extrahi possit, puluis etiam eius cum calce uiua confectus & aceto fortissimo, optimus est ad cancerum, ita ut pars tertia sit calcis. Dioscorides dicit, quod ipsa odore suo serpentes fugat, nec laeditur corpus à serpente si eius succo corpus inunctum fuerit.

## De Serpillo.



**S**erpillum calidum est & siccū in secundo gradu, & aliud domesticū, aliud syluestre. Domesticū ramos per terrā diffundit. Syluestre crescit in longum & altū flores & folia cōpetunt medicinae, quae in rudi olla calefacta et in sacculo posita, et capiti superposita, ualet contra frigidum rheuma capitis. Vinū decoctionis eius & succus liquiritiae ualet contra tussim, & contra dolorē stomachi ex uentositate. Item uinū decoctionis eius & anisi ualet contra dolorem stomachi. Item fomentum ex aqua decoctionis eius ualet ad stranguriam & dyssenteriam, & mundat matricem & calefacit & cōfortat. Vinum decoctionis eius stomachum in frigidatum & epar & splenem calefacit.

## De Satur.



## De Satureia.

**S**atureia calida & sicca est in secundo gradu. Seritur mense Decembri & Martio mixtim cum alijs herbis. Et sola seri potest. Puls ex farina & aqua eiusq; puluere spiritualia mundificat, puluis etiam confectus ualet ad idem. Dioscorides dicit, quod usus satureie est conueniens ad conseruationem sanitatis, & ponitur in cibis. Albumasar dicit, quod proprietas eius est expellere uentositatem & inflationes & torsiones, & digerere cibū, & expellit superfluitates stomachi, & prouocat urinam & menstrua, & acuit uisum debilitatum ab humiditate mala.

## De Sclarea.

**S**clarea seritur mense Decembri, Ianuario, Febuario, Martio, & Aprilis. Talem desiderat terram qualem alia herbæ communes. Optima herba est & est perpetua, quia postquam est in ordinibus transplantata, sicut cepæ plantatur cum fecerit semen & maturum collectum fuerit, si incidatur per tres uel quatuor digitos supra terram reuiuiscit, & pulcherrima efficitur in autumnis. Et si incidatur stipes arefcit, & nihilominus in Septembri pululat, uel in æstate sequenti sicut sceniculus, & optime uiuit in umbra.

## De Scalonis.

**S**calonia plantantur mense Febuario, sicut allia per se in areis, & in areis aliarum herbarum, & unaqueque facit multas filias, & maxime si terra fuerit bene pinguis cum plantatur. Item dicit, quod si spicula allei ponatur in cepa factis in ea foraminibus in quibus ipsius spicula possit poni, & sub terra plantentur fient scalonis. Sunt autem de natura cepearum, sed sunt minus humidæ, appetitum confortant & malitiam ciborum uenenosorum emendant, nocent uisui & dolorem capitis efficiunt, & fœtorem oris inducunt, & non competunt habentibus calidas complexionis, sed cum carnibus pinguis edendi possunt, quia malitiam ipsarum emendant.

## De Tetracta.

**T**etracta, id est, herba Iudaica, calida & sicca est in tertio gradu. Vinum decoctionis eius digestionem procurat, & dolorem, confortat stomachum & intestinorum dolorem ex acetositate curat. Crispellæ ex eo & farina & aqua factæ, naturalem calorem confortant, urinam prouocant.

Emplastrum ex ipsa herba decocta in aqua stranguriam soluit.

Item fomentum ex aqua decoctionis eius matricem calefacit & mundificat.



## De Thapsia.



**T**hapsia est calida & sicca in tertio gradu, per tres annos seruatur, & inuenitur in Arabia, India, & Calabria. In uomitiuis medicinis ponitur. Caute poni debet. Si autem inflammationem inde fieri contingit, fricetur cum panno aceto infuso, uel pars tumens inungatur cum populeo & aceto addito.

## De Tapfa.

**T**apfa est herba tunicanorum contrita, facit enim inflare faciem & corpus ac si esset leprosus, & curatur ut hic cum succo semperuine.

## De Tapso barbato.

**T**apsus barbatus calidus & siccus est. Fomentatio ex uino decoctionis eius contra hæmorrhoidas ualet, ad idē ualet si anus patientis inde post assellationem tergatur. Valet etiam eius decoctio in aqua ad tenasmon & contra fluxum uentris.

## De Testiculo uulpis.

**T**esticulus uulpis est bona & dulcis in gustu, facit autem in uino sumptus appetitum coitus, & adiuuat ad ipsum, & est calidus & humidus, & est species satyriæ.

## De Testiculo canis.

**T**esticulus canis est alia species satyriæ, & est in folijs & stipite similis testiculis uulpis, & radix ipsius est duorum modorum, habet enim unū globum superius, & alterum inferius, & unus est mollis, alter durus & plenus, & in illo est humiditas superflua. Et si ante coitum masculus sumat maiorem testem, id quod concipitur ex coitu erit frequenter masculus. Si autem fœmina sumat minorem & concipiet, fiet magis fœmina, dicitur autem quod maior auget coitum, minor uero abscidit ipsum, & sic uterque amborum destruit operationem alterius, & hoc dicit Albertus de plantis.



## De Thimo.

**T**himus est herba ualde aromatica, cuius flos dicitur epithimum, & est flos medicinalis, habet enim uirtutem purgandi melancholiam & phlegma, & ideo ualet contra quartanam & alias melancholicas passiones, & ex eo debemus acuire medicinas, nō ipsum per se dare, quia naturam habet inducendi sincopiam & angustiam præcordiorum.



## De Viola.



**V**iola est frigida & humida, de uiolis fit sacharum uiolaceum. Sirupus autem uiolaceus fit deinde de uiridibus & siccis. Sacharum uiolaceum fit eodem modo quo rosaceum. Sirupus sic fit: uiolæ in aqua decoquantur, & ex colatura & sacharo fit sirupus. Si autem ex ipsarū succo & sacharo fieret, me-

lior esset. Oleum uiolatum ualet interius receptum contra discrasiam laboris totius corporis. Item inunctio ipsius facta super frontem & tempora remouet dolorem frontis ex calore factum. Violæ habent uirtutem leniendi, humectandi, infrigidandi, laxandi, sed parum sunt laxatiuæ, & purgant principaliter choleram rubeam, unde ualet febris tertianæ, & contra distemperantiam epatis, & in calore & contra oppilationem epatis & icteritiam, contra defectum appetitus ex cholera. Item uiolæ cōtritæ positæ super calida apostemata in principio conferunt, idem facit ipsa herba. Fomentatio ex aqua decoctionis ipsius herbæ facta secundum pedes & frontem in acutis ægritudinibus somnum prouocat. Sirupus uiolaceus est magis coquendus quàm rosearius alioquin cito corrumpetur.

## De Virga pastoris.



**V**irga pastoris est carduus sylvestris, & est frigida & sicca, solū folia eius competunt medicinæ uiridia & sicca, sed uiridia maioris sunt efficacitæ, uirtutem habet constringendi repellendi & infrigidandi. Emplastrum ex puluere eius & aceto & albumine oui super pectinē & renes ualet, & contra fluxum uentris. Puluis etiam datus in ouo sorbili ad idem ualet, & ad profluuium mulieris. Item ad idem ualet fomentatio ex aqua decoctionis eius. Trita ualet ad calida apostemata in principio ut

ad erisipelā, & cataplasmata capiti abrafo ualet contra phrenesim & dolorem ex calida causa. Item hæc herba multum est consolidatiua recentium uulnerū. Semina & uermiculos quæ sunt in carduis super radices siccatis quærunt auiculæ & cantant cum dantur eis. Isidorus dicit, quod radix eius in aqua decocta cupiditatem potatoribus administrat. Item quod matrici utilissimus est carduus, & iuuat mulieres ut filios masculos generent.



**V**olubilis est herba inuoluens se super plantas proximas. Est autem parum calida, sed multum sicca, quod ostendit eius tortura. Quædam autem species eius quæ uocatur funus pauperū, & hæc terrestris est & aquea. Habens ex terrestritate sua constrictionē, & ex aquositate mundificationem & lenitionem, folia autem eius sunt cōsolidatiua uulnerū magnorum, nec est eis par in illo effectu, coquuntur autem in uino & emplastrētur super ea cum aceto, sunt etiam medicina adustionis ignis. Est etiā alia species quæ dicitur uolubilis maior, & lac ipsius abradit pilos, & interficit pediculos.

De Vrtica.



**V**rtica dicitur, quia tactus eius corpus adurit. Est enim igneæ nature, ut dicit Macrobius, hæc duplex est, nam quædam est pungens, & quædam mortua, quæ non pungit, & eius folia sunt albiora & molliora & magis rotunda, & utraque est medicinalis, nam succus eius uino bibitus ualet contra ictericiam & contra colicam passionem, cum melle curat antiquam tussim & mūdāt pulmonem & uentris inflationem, & tumorem sedat. Folia eius cum sale contrita uulnera sordida mundant & curant. Similiter morsum canis atq; caneros sanat, Radix eius contrita in uino & cocta in oleo ualet contra tumorem splenis. Succus eius fluxum sanguinis de naribus sistit, semen eius cum uino bibitum præcipue mixtum melle & pipere mouet uenerem, uentrem mollit si comedatur, & præcipue mense Martio cum oleo cocta.

De Vitriolo.



**V**itriolū quod alio nomine dicitur parietaria, est herba calida & sicca in tertio gradu, & dicitur uitriolum quia ex eo optime uitra mundant. Exiccata nullius est efficacitæ, uiridis multæ. Virtutem habet diaphoreticā & extenuatam. Contra frigiditatem stomachi & intestinorum & eorundem dolorem, & contra stranguriam & dysenteriam parietaria calefacta in testa sine aliquo liquore superponatur loco dolenti, uel etiam decocta in uino albo aliquantulum acido cum fursure. Contra stranguriam & dysenteriam coquatur in aqua falsa & oleo pectini cataplasmetur. Cocta & comesta multum ualet contra dolorem stomachi ex frigiditate uel uentositate. Item contrita aliquantum calefacta cum uino & fursure tumorem minuit.

P E T . D E



259

# PET. DE CRESCEN

TIIS, DE PRATIS ET NEMORIBVS,  
L B I E R VII.

**P**ostquam in libris superioribus sufficienter dixi de cultu cāpe-  
strum agrorum, uinearum, arborum & hortorum, quę multā  
requirunt industriam, dicam nunc de pratis & nemoribus, quę  
non tantam quærunt doctrinam, sed serè sponte idonea proue-  
niunt à natura, & primo de pratis, quare creata fuerint, & qua-  
lem aërem, terram, aquam, & situm desiderant, ad ampliorem copiam & uber-  
tatem herbarum, & qualiter fiant, & qualiter procurentur & renouentur, & de  
sceno quod est eius fructus qualiter colligat, & cōseruetur, & de utilitate ipsius.

Qualiter prata creata fuerint, & qualem aërem, terram & aquam  
desiderant. Caput I.

**P**rata fuerunt à natura diuinoq; mandato creata, ut terra quę primo nu-  
da fuit uestiretur & ornaretur. Et ut ipsarum herbæ tam uirides quam  
siccæ nutrimentum conueniens animalibus herbis utentibus præstent.  
Nascuntur autem in ipsis diuersarum herbarum genera, ex diuersitate humo-  
rum in superficie terræ contentorum, quam quidem sagax natura, quę nusquā  
in necessarijs deficit, operata est, propter diuersitatem animalium nutriendorū  
ex eis, quorum appetitus in omnibus est diuersus. Aërem uero desiderant tem-  
peratum, aut frigiditati & humiditati proximū, si enim superflua fuerit in loco  
rigiditas erunt ibi perpetuo niues & glacies, quę omnino impediunt generatio-  
nem herbarum. Et similiter si caliditas aut siccitas superflua fuerit omnem uigo-  
rem consumit, nisi ei succurratur irrigatione frequenti. Terram desiderāt pin-  
guem ad herbarum copiam, uerum si non fuerit multę pinguedinis saporosio-  
res & magis odoriferas & subtiliores creabit herbas. Si fuerit nimis macra, mo-  
dicas aut nullas producit, talis enim terra & similiter salsa uel amara, sua imbecil-  
litate aut malitia se uestire non potest. Aqua cōpetens magis pratis est aqua plu-  
tialis quę calida coruscatione descēdit. Et similiter aqua mense Aprili & Maio  
subtilis descendit, & quęcunq; in æstate de cœlo prouenit bona est, dū tamen  
gelida nō existat ex natura grandinis liquefactę. Secūdi meriti est aqua lacualis,  
quę clara, calida & pinguis est. Tertio aqua fluminū. Ultimo aqua fontium, &  
quanto magis à suo elongatur principio, tanta melior, quia minus frigiditatis in  
se habet. Prata desiderant sitū depressum ubi cōtinuo sit humor inclusus, uerū si  
adeo sit profundus talis locus quod ibi quasi semper aqua operiat superficiē ter-  
ræ, non erat aptus ad aliquas herbas, sed erit accedens ad naturā paludis, pro-  
ducetq;



ducetq; iuncos & pannias, quadrellum, & similes herbas paludales grossas, insipidas, aquaticas, & ferè omnibus animalibus inutiles. Et si fuerit adeò emittens quod irrigari non possit, facile siccitatem & ariditatem patietur, nisi fuerit in alpibus & locis frigidis, in talibus enim locis & si paucas proferunt herbas, subtiles tamen sapidas & odoriferas ferunt, felix autem prati positio est, quæ super se riuum fluentem habeat, quo possit quotiens opus fuerit irrigari.

Qualiter prata fiunt & procurantur & renouantur, Cap. II.

**P**Rata quidem naturaliter proueniunt ubicumq; terra solis radijs illustratur, & fiunt etiam opere manuali, aut ex locis agrestibus nemorosis, aut ex campestribus agris. Et primo quidè modo extirpandus est locus mensè Septembri uel Octobri, & impedimentis omnibus liberandus, non solum spinetis & uirgultis, sed etiam herbis latioribus & solidis, deinde cum frequenter excultus fuerit, ac multa ratione solutus, submotis lapidibus & glebis confractis stercoretur luna crescente, recenti letamine. Ab ungulis iumentorum summa intentione seruetur intactus, præcipue cum humescit, ne inæquale solum reddant multis locis impressa uestigia. Si uero ex campestribus locis fiant equandus est omnis locus, & glebis confractis, tam huic quam superiori semen uicig cum sceni semine spargendus est. Rigari uero antequam durum solum fuerit nõ debet, ne eius ætatem minus solidam materia superflui corrumpat humoris. Qui uero uolunt quibusdam annis habere pratum, & alijs segetes, etiam ex terris macris cum irrigatione optime faciunt, hoc modo: immittunt in agrum aquam turbidam, ut ex terra noua sulci repleantur, & ager æquetur, & fiet optimum pratũ sine herbarum satione, & si taliter dimittatur per quatuor uel quinque annos, & postea aretur omni anno usq; ad quinque uel sex, poterit congrue de frumento seri, & melius si post duos annos genus segetis transmutetur. Qui autem uolunt uno anno habere frumentum, & sequenti pratum conuenienter hoc modo procurant, immittunt enim aquam in agro extracta blada ibiq; dimittunt in æstate, & in autumnò, si æris fuerit siccitas, sequenti uero æstate cum secum secauerint terram arumpunt, & secunda & tertia uice arant, & seminant. Sed si etiam uolunt granum habere non arant, nisi circa finem Augusti extracto gramine, & tunc arant, secundo reiterant & seminant, & tamen bonum frumentum ibi prouenit. Et quidam omni anno seminant, & tamen herbam graminis scenifeca colligunt, hoc modo, scilicet quod existente frumento in campis uel statim post extractionem eius mittunt aquam in agrum potius claram quam turbidam, & à pecore custodiunt, deinde gramen cum stipula secant, & hyeme animalibus præbent, quæ herbas secernunt, & de stipulis sibi lectum & finum faciunt, stipula autem & herba secata, arant semel, & bis, & tertio seminant, & ibi bonum



ibi bonum frumentum nascitur. Procuratur autem ut ex pratis euellantur omnia impedimenta quot nascuntur in eis, & etiam herbe pratis incongruæ, præcipue post magnas pluias quæ terrâ ad eò mollificauerint, quod herbe nocive radicibus euellantur. Plurimum etiam confert pratis si tempore hyemali recenti sumentur letamine ad ubertatem herbarum, amplius si statim cum secata fuerint copiose irrigentur ter aut quater fructificabunt in anno, sed cum uetusta fuerint musco cooperta radantur, ad muscum autem necandum, ait Palladius, sæpe cinerem ingerendum. Quod si sterilis omnino factus est locus aretur pluries, & denuo æquatus formet pratum.

Qualiter fœnum colligatur & conseruetur, & de utilitatibus eius. Caput III.

**S**ecanda sunt prata cum herbe ad debitum augmentum peruenerint, floresq; compleuerint, nam si maturius, antequam ad casum florum & foliorum & siccitatem peruenerint, secantur, erit fœnum aquosum, non præbens solidum nutrimentum equis & bobus laborem tollerantibus, & si nimis fuerit maturum calore & humiditate naturali cūsumptus, erit insipidum & modicum, & abominabile nutrimentum animalibus præbens. Sunt autem secanda tempore sereno cum aëris caliditas & siccitas duratura speratur, secatū uero in pratis dimittendum est per unum uel duos dies antequam uoluatur, deinde uoluendum & conuenienter siccandum, demum colligendum, portandum & reponendum sub tectis, quibus deficientibus sub diuo ponatur, taliter præparatum, ut aqua in illud intrare nequeat, quod si eo nouiter in partis secato pluuia superuenerit antequam uoluatur modicum uel nihil leditur. Sed, ut ait Palladius, post pluiam non debet conuerti antequam pars ipsius summa siccetur, siue iam fuerit siue non fuerit reuolutum. Si uero eo reuoluto superueniat, omnino destruitur, nullius utilitatis fœnum erit. Et toto anno seruetur, quod etiam per biennium seruari commode poterit, & bobus, equis, asinis & quibusdam alijs animalibus nutrimentum congruum præbet, ut possint sustinere labores, qui eis propter necessitates hominum iniungantur. Quibus uero tempore niuum subuenit, quo de terra nutrimentum sumere nequeunt. Si quod fœnum subtile, frondosum, odoriferum & laudabile fuerit, erit quasi annona solum animalibus, tam calido quam frigido tempore sufficiens ad laborem. Si uero fuerit fœnum grossum, paludale aut nimis mature uel serò secatum, non erit sufficiens animalibus multum laborem tollerantibus, nisi eis annonæ auxilio aliquando succurratur, uel nisi tempore magni frigoris in quo animalia non laborant & omne pabulum auidius appetunt.

SECVN



S E C V N D A P A R S L I B R I H V I V S D E N E M O  
ribus & primo de his que naturaliter proueniunt.

**D**ico in primis, quod nemora uel naturaliter proueniunt, uel hominum industria instituantur, & quæ à natura producuntur, fiunt ex humore & semine in matrice terræ contentis, quæ uirtutæ cœlesti erumpunt ad superficiem terræ, & eriguntur in stipites diuersarum plantarum, secundum diuersitatem humoris, seminis, & locorum, in quibus proueniunt, fiunt etiam sine hominis ministerio ex seminibus, quæ à propinquis arboribus in terram decidunt, aut ab aëribus uel fluminibus de longe feruntur. In alpibus uero naturaliter nascuntur siluæ pinorum maximarum & fagorum, castanearum, quercuum, cedrorum & similium, in locis uero depressis & paludosis sponte nascuntur salices, populi, & alni, cannæ syluestres, uindectæ, & similes plantæ. In pluribus autem locis nascuntur spineta, & arbores paruæ tortuosæ, & infinite spinetæ diuersorum generū, & piri & mali, sorbi, ulmi, fraxini, populi & similes arbores, & quantopinguior erit terra tanto proceriores proueniunt arbores, in macra uero & salsa uel amara nascuntur spineta, & arbores paruæ, tortuosæ, spinosæ, scabiosæ & hyssidæ. Hæc autem nemora procuranda sunt diuersimode. Nam ea in quibus sunt castanæ, piri, mali & similes arbores fructum ferentes extirpanda & purganda sunt ab omnibus spinetis, & plantis extraneis. Et fructifere arbores rarificandæ, ubi nimis spissæ fuerint, & incidendæ in altiori loco, quæ bestiarum attingere possint, & ex plantis domesticis & nobilibus inserendæ secundum doctrinam traditam in libro secundo cum de insitionibus locutus fui. Ea uero quæ alijs arboribus & spinetis occupata sunt si arbores nobiles & pulchras habuerint edificijs & alijs operibus aptas similiter sunt extirpanda, & ubi nimis spissa fuerint sublatis turpioribus lignis rarificanda pauli per ut omnis humor conuertatur totaliter in substantiam meliorem. Et uero in quibus sunt arbores igni solummodo congruæ non sunt mouenda nisi forte spinis purgentur & tribulis, quæ quolibet quinto aut sexto uel rarioribus annis sunt incidenda, & ligna ad focum paranda.

## De Nemoribus que hominum industria fiunt, Cap. IIII.

**Q**ui cupit nemus seu syluam plantare uel serere, consideret primo situm & naturam terræ in qua facere syluam constituit, & ubiq; tales conferat arbores quæ illi loco conueniant, & tantum uotum insituentis adimpleat. Nam si fiunt in altis alpibus aut earum uallibus, si quidem soluta terra est, congrue recipiet plantas & semina castanearum, que ad minus 40. pedibus ab inuicem distare debent. Si uero terra cretosa uel lapidosa in talibus locis extitit, ei competunt precipue quercus, rouer & cernus. Quod si talis terra fuerit in montibus calidis, remotis ab alpibus, amygdala ei conuenienter aptantur. Quod si loca sint pingua congrue recipient piraria & pomaria,



pomaria, & in locis calidis oliuetū & siccetum & malorū granatorū syluā, in fri-  
 gidis uero & temperatis auellana, scoctana & mespila: si uero locus fuerit hu-  
 midus & depressus, solutus, conuenientius recipiet salicetū, albaretum, alnum,  
 & populum. Et si cretosus talis locus extiterit, ei cōueniet ulmetum, fraxinetū,  
 opulus & rouer. Quod si locus marinus arenosus & serè sterilis extiterit, deside-  
 rabit pinetum, & in calidis climatibus palmam fœminam & masculum. Institu-  
 untur autem prædicta omnia uel ex plantis aliunde translatis, uel seminibus sa-  
 tis, aut manu in congruis locis plantatis, non tamen ignores quod castaneę 40.  
 pedibus ad minus quaq; uersum distare debent, ut in ramis possint cōgrue di-  
 latari & plurimū fructū ferre, quercus uero nō minus distare cōueniet, quia na-  
 turaliter plurimū per latera se diffundit, rouer & cerrus uiginti pedibus aut pau-  
 cioribus distare sufficiet. Hęc enim tria genera arborū glandē ferunt, quę cibus  
 optimus est porcorū. Piraria uero & pomaria 20. pedibus uel usq; ad 30. dista-  
 bunt. Oliuetū, ficus, malagranata, auellanæ, coctana & mespila 12. uel usq; ad 20.  
 pedes distare poterunt. Salicetū uero aut ppter perticas minimas aut ppter na-  
 turam ædificiorum plantat. Primo quidem modo decem pedibus ab inuicē di-  
 stent, secundo uero per duos uel tres aut quatuor pedes distare sufficiet, quia e-  
 ius spissitudo in altum procurabit rectitudinem & augmentū. Populus aut & al-  
 nus qui non multū diffundunt se, in altum uero naturaliter extolluntur, nō sunt  
 rare ponendæ. Sed albarus utilior est si ingrosset in stipite, propter assides quę  
 multis operibus congrue ex ipso fiunt, & propterea ramos plurimum per late-  
 ra spargit. Ideoq; non inconuenienter usq; ad 20. pedes uel amplius separate  
 plantetur, quę etiam ex quibusdam ramis aliquid corticis habentibus summa fa-  
 cilitate nasceat, possunt etiam spisse poni ut ramos faciant subtiles & longos, ul-  
 mus aut oplus & fraxinus non incongrue spisse rareq; poni possunt, quia tam  
 grossæ quàm subtiles & lōgæ tales arbores diuersis diuersis operibus adaptan-  
 tur. Pinus uero & palma circa triginta pedes distare ab inuicē satis cōgrue pos-  
 sunt. De singulis autem arborum generibus prædictorum plene tractatum est  
 in libro quinto, prout disponunt in campestribus agris, nunc uero prout ex eis  
 nemora fiunt & syluæ breuiter de ipsis tetigisse sufficiat.

## PET. DE CRESCEN

TIIS, DE RE VIRIDARIIS ET REBUS DELE-

ctabilibus ex arboribus, herbis & fructu ipsorum,

LIBER VIII.



In superioribus libris tractatū est de arboribus & herbis secun-  
 dū quę utilia corpori humano existūt. Nunc uero de eisdē dicē-  
 dum est, secundū quod animæ rationali delectationē afferunt,  
 & consequenter corporis salutem conseruant, quia complexio  
 corporis animi semper adhæret affectui.

Z De uiri-



## De Viridarijs herbarum prauis. Cap. I.

**V**iridaria quædam ex herbis tantum, quædam ex arboribus, quædam ex utroque fieri possunt, & quæ de herbis solummodo fiunt desiderant terram macram & solidam, ut herbas subtiles capillares creare possint, quæ maxime uisum delectant. Oportet igitur locum qui ad uiridarium tale parat primo bene liberari ab herbis & radicibus adulterinis & magnis, quæ uix fieri poterit, nisi primum effossis radicibus optime planetur locus, & ubique fortiter infundatur aqua feruentissima ut reliquæ radicum & seminum in terra latentium germinare nullatenus ualeant, & deinde cespitem macro subtilis graminis totus locus impleatur, & ipsi cespites fortissime comprimantur ligneis malleis & conculentur gramina pedibus, donec uix de ipsis aliquid appareat, & tunc enim paulatim erupent capillariter & superficiem ad modum panni uiridis operient. Sit autem locus uiridarij quadratus tantæ mensuræ quæ sufficiat his qui in eo stare debent, in circuitu uero eius herbæ aromaticæ omnium generum plantentur, ut sunt ruta, salvia, basilicon, maiorana, menta, & similes, & similiter omnis generis flores, sicut uiola, liliū, rosa, gladiolus & similia. Inter quas herbas & cespitem planū sit cespis eleuatiore, & quasi per modum sedilium aptatus, flores & amœnus, in cespitem etiam contra uiam solis plantandæ sunt arbores aut uites deducendæ, ex quarum frondibus quasi protectus cespis umbram habeat delectabilem & refrigerantem, in arboribus autem illis plus queritur umbra quàm fructus, & ideo non curet de eorum fossura & simatione quæ cespitem nocentem afferrent. Cauendum est autem in his ne sint arbores nimis spissæ aut plurimæ secundum numerum, quoniam ablatio auræ sanitatem corrumpit, & ideo uiridarium liberum aërem desiderat, & superflua umbra infirmitates generat. Amplius non sint arbores malæ sicut nux & quædam aliæ, sed sint dulces, aromaticæ in flore, & iucundæ in umbra, sicut sunt uites, piri, mali, malapunica, lauri, cypressi & huiusmodi. Post cespitem sit magna herbarum medicinalium & aromaticarum diuersitas, cum non modo delectet ex odore secundum olfactum, sed & flores diuersitate reficiunt uisum, in quibus ruta pluribus locis admisceat, eo quod pulchre est uiriditatis, & ipsa sua amaritudine fugat extra uiridaria animalia uenenosa. In medio autem cespitis nihil sit arborum, sed potius ipsa planicies libero gaudeat aëre & syncero, quia ille aër salubrior est, & etiam aranearum telæ extenso de ramo arborum ad ramum impedirent & inficerent uultus transeuntium, si arbores in medio uiridarij siue cespitis plantatas haberet. Si autem possibile sit fons purissimus deriuetur in medium, quia ipsius puritas multam affert iucunditatem. Ad aquilonem & etiam ad orientem uiridarium sit patulum, propter illorum uentorum sanitatem & puritatem. Ad oppositos autem uentos scilicet meridionalem & occidentalem sit clausum, propter eorum uentorum turbulentiā, impuritatem & infirmitatem, quamuis etiam aquilonaris impediatur fructus, miro tamē modo conseruat spiritus, & sanitatem custodit, delectatio enim querit in uiridario & non fructus.

De uirida-



## De uiridarijs mediocribus &amp; mediocrium personarum, Cap. II.

**S**ecundum facultates & dignitatem mediocrium personarum mensuretur spacium terræ uiridario deputandæ, uidelicet duo uel tria aut quatuor uel plura iugera, cingatur fossatis & sepibus spinarum uel rosarū, & desuper fiat seps de malis punicis, in calidis locis, & in frigidis de nucleis seu prunis uel malis citonijs. Item aretur, & ligonibus planetur undiq; locus, deinde funiculo uniuersus signetur locus, ubi arbores sunt plantadæ, plantentur in eis acies pirorum & malorum & palmarum, in locis calidis & citoniorum. Item mororum, cerusorum, & prunorū, & similibus arborum nobilium, ut ficuum, nucleorum, amygdalorum, citoniorum, & similibus, unum quodq; uidelicet genus in suo ordine. Distent autem ordines uiginti pedibus ad minus, aut pluribus pro domini uoluntate, in acie distent arbores ab inuicem magnæ uiginti pedibus, paruæ decem. Inter arbores ab inuicem in aciebus plantari poterunt uites nobiles diuersorum generum quæ delectationem & utilitatē afferent, ligonizentur acies arborum & uites melius conualescunt, & uniuersa spacium deputentur pratis, atq; sæpe de ipsis adulterinæ siue magnæ euellentur herbaræ. Secantur bis in anno prata uiridarij, ut pulchriora permaneant, plantentur & formentur arbores, ut supra libro quinto dictum est per ordinem de unoquoque genere. Item fiant in eo pergularia in conuenientiori parte ad modum domus uel papilionis formata.

## De Viridarijs regum &amp; aliorum illustrium &amp; diuitem domorum, Cap. III.

**Q**uoniam tales personæ propter eorum diuitias & potentiam possunt in huiusmodi uiridarijs, rebus integris suæ satisfacere uoluntati, nec deest eis plerunq; nisi industria ordinandi, sciunt quod uiridariū multam delectationem habens hoc modo facere possunt. Eligant igitur planum locum non paludosum, neq; impeditum ab insufflatione bonorum uentorum, in quo sit fons per loca fluens. Sit autem locus 20. iugerum aut plurimum pro domini uoluntate, cingatur muris conuenienter altis, plantetur in eo ex parte septentrionis nemus arborum diuersarum, in quo fugiant & lateant animalia syluestria in uiridario posita, ex parte uero meridiei fiat palatium speciosum, in quo rex uel regina morentur cum uoluerint graues cogitationes effugere. Ab hac enim parte faciet æstiuo tempore umbram uiridario, et ipsius fenestræ ad uiridarij temperatum habebunt aspectum, non feruore solis infectū. In eo fiant in aliqua parte uiridaria suprascripta. Fiant etiam in eodem piscinæ, in qua diuersa genera piscium nutriantur. Atq; etiam terrestria ut lepores, cerui, capreoli, cuniculi, & similia, rapacia ponantur in eo supra quasdam arbustulas prope palatium positas. Fiat sicut domus quædam tectū & parietes habens de folio rameo spissæ reticulatus, in qua ponantur phasiani, perdices, philo-



mene, merule, cardilinum, fumelli, & omnia genera auicularum canētium. Sint autem acies arborum uiridarij à palatio ad nemus non ex transuerso, ut facilis de palatio uideantur quęcunque agunt animalia quę in uiridario posita sunt. Fiat etiam in dicto uiridario palatium cum caminatis & cameris de solis arboribus, in quo possunt rex & regina cum baronibus & dominabus esse tēpore nō pluuioso, huiusmodi autem palatium fieri commode poterit tali modo: Mensurentur & signentur spacia uniuersa caminatae & camerarum, & in locis parietū plantentur arbores fructiferae, si placet, quę facile crescant, ut sunt cerasa & mali, uel, quod melius est, plantentur salices uel ulmi, & tam insitionibus quā palis & perticis & uinculis per plures annos eorum procuratur augmentum in tantum, ut parietes & tectum ex eis fiant. Velocius uero & facilius poterit palatium siue domus praedicta fieri de lignamine sicco & undiq; circa ipsum plātari uites & uniuersum aedificium operiri. Poterunt etiam in ipso uiridario fieri tentoria magna de lignamine sicco uel arboribus uiridibus & uitibus operiri. Atq; etiam multam affert delectationem si in uiridario fiant insitiones mirabiles, & diuersę in eisdem arboribus, quas diligens uiridarij cultor facile scire poterit ex his quę infra in eodē libro dicētur. Propterea scire oportet quod omnia genera arborum & herbarum in tali uiridario sunt ponenda unumquodq; separatim ab alio, & distinctum ne aliquem inueniatur habere defectum. In tali autem uiridaria non semper delectetur rex, sed aliquando cum serijs necessarijsq; satisfecerit rebus, renouetur in eo, glorificans deum excelsum, qui omnium bonorum delectationem autor principium est & causa.

De his quę ad delectationem fieri possunt in munitiōibus curiarum & uiridariorum, Cap. IIII.

**C**irca tumbas & curias siue circa uiridaria cōgrue fieri possunt munitiōnes ex arboribus uiridibus, similes munitiōibus murorum, seu palan-gatae uel stictatae cum turribus, modo in summitate riparum cingentium locum, liberatum optime ab omnibus spinis & arboribus uetustis, profunde plantentur salices uel populi, si solum competat eis, uel ulmi si diligant talem terram spisse per unum pedem, uel minus, & linea recte ducta. Hac cum optime conualuerint incidantur iuxta terram, & sequenti anno surculorum proles per loca lineę quaternis digitis inspissentur, & cum palis perticis & uinculis sursum directe ducāt donec augmentū 8. uel 10. pedū susceperint in ea altitudine, cum aliquantulum ingrossatae fuerint incidant, infra locum uero munitiōnis per quinque pedes uel circa similes plantę tempore priorū primarū ponant 10. pedibus æque distantes, quę cum praedicta fuerint altitudine incidantur, & cum auxilio perticarum uersus proximas & uersus posteriores plicentur plantas & exteriores, similiter circa eas, & sic totiens quolibet anno fiat donec quasi cratis quaedam fortis effecta sit, super quā possint homines secure morari, deinde pars exterior dimittatur augeri ad modum muri super cursorium positi, quę in altitudine



tudine congrua quolibet anno incidi cum forma merlorum super mures positorum poterit, & tali modo teneri. Circa talem munitionem in angulis, & alibi si placuerit poterunt quatuor arbores plantari, & sursum directe conduci, & singulis 10. pedibus incidi, & uersus seipsas plicari cum auxilio perticarum, & uelut solaria ex eisdem fieri, & iterum in altum extolli, & eodem modo formari, & tandem desuper plicari ad modum tecti domorum, uel cum merlis formari, supra ianuam uero optime stabit domus, & ante ipsam solarium arborum predictarum. In curijs etiam siue uiridarijs fieri potest domus cum columnis uiridibus ipsis iam grossis optime transplantatis, & trabibus super ipsis affixis & tecto cannarum uel palearum opertis, dum tamen aliquis ramus ex singulis columnis emineat supra tectum, qui ipsam columnam semper ab ariditate tueatur, & domum ipsam mirabiliter ab æstiuo seruore defendat.

De his quæ in campestribus agris ad delectationem fieri possunt, Cap. v.

**I**N agris plurimum delectat pulcher ipsorum situs, quod non sint plures formes agelli, Sed magna quãtitas in unum sine interuallo redacta directos habens confines. Et ideo procurare debet diligens paterfamilias prope suos agros potius quàm alibi emere, & in alijs partibus agellos uendere, & cum uicinis permutare partes superfluas, & tortuosas agrorum, & suum agrum cum uicino rectificare, & omnem locum fossatis & sepibus spinorum uiridium cum arboribus conuenientibus permixtim aque distantibus cingere, atq; fossata parua scolatoria quæ in planis necessaria sunt intrinseca recte formare, quantum possibile est, seruata semper utilitate agrorum, delectationem enim utilitas præcedere debet in agris: licet in uiridarijs oppositum sit seruandum, & ideo quæcunq; in eis maiorem frugum pollicentur ubertatem sunt meliora, & magis eligenda. Atque etiam procuretur pro posse quod per agros aquarum riuus decurrat, quibus possint cum opus fuerit irrigari, & ab eis cum necessarium sit auerti, per spaciosos agros formentur etiam itinera cõgrua, quibus paterfamilias eques & pedes & coloni cum plaustris & bobus commode accedere possint, ad omnes partes agrorum, hæc enim omnia plurimum cum utilitate delectant.

De his quæ circa uites & fructus ipsarum delectationem præbent, Cap. vi.

**P**LURIMUM delectat habere pulcherrima uineta in planis siue in paruis montibus orienti exposita, diuersorum generum uuas ferentia, & ideo diligenter procuret dominus ea in congruo situ plantare, & in locis pinguibus in arboribus & pergularijs ea formare, in exilibus uero iuxta solum in directis aciebus disponere, atque plurium generum bonorum uuas in his conferre, insitionesq; mirabiles in eisdem experiri, quæ ab antiquis sapientibus, & præcipue Palladio, posse fieri prædicantur, quarum unus modus est, ut plantetur uitis iuxta cerasum uel aliam arborem, & cum optime apprehenderit & cõua-



luerit perforetur arbor acuta terebra, & per foramen uitis ducatur, & luto ab utraq; parte obturetur foramen, ne sol aut pluuia uel uentus consolidationem impediatur. Deinde cum lignum uitis optime cum ligno arboris unitum fuerit, iuxta corticem arboris incidatur uitis, ut deinceps succo arboris nutriatur, sic enim uua fertur tempore fructuum arborum maturari. Est quidem modus faciendi uitem & uuam theriacam aut muscatam uel gariophylatā uel laxatiuam, uel alterius qualitatis, quod sic fit. Sarmentum quod pangandum est in una parte scindatur, & sublata medulla loco eius theriaca uel muscus puluis gariophylorum uel alterius rei ponatur, & terrę mandetur, uinculo diligenter astridum, quo facto uua quę nascetur uirtutem eius quod in uite positum est tenebit. Sane si sarmentum de hac uite sumet & plantetur materni medicaminis potentiam non tenebit. Oportet autem theriacę uel alterius rei assidua infusione senescerit succi uim reiterare. Sed in hoc idem breuius fieri posse puto, si in initio maturitatis uuarum scindatur sarmentum uuę pendens, & medicamine immisso ligetur. Est quaedam pulchra species uuę quę granis interioribus caret, quę Græcis autoribus sic, recitante Palladio, fit. Sarmentum quod obruendum est quantum placebit in terra debemus tantum funder e, ut omni medulla subtrahat ac diligenter exculpta membra iterum diuise partis adunare & uinculo dimissa constringere, & deponere. Vinculum autem de papyro asserunt esse faciendū, & sic in humida ponendum, diligentius quidem sarmentum reuinctum quantum excisum est inter scyllæ bulbum demergunt, cuius beneficio asserunt fata omnia comprehendere posse facilius. Alij tempore quo uites putant sarmentum frugiferum putatæ uitis in ipsa uite quam possunt de alto sublata medulla excuāt non diuisim, & calamo affixo a ligant, ne possit inuerti, tunc *τεναιδρι* quod Græci sic appellant in excauata parte suffundunt ex aqua prius ad sapę pinguedine resolutum. Et hoc transactis octo diebus semper renouant, donec uitis germinauouella procedant. Ut uites botriones serant albos & nigros, sic fieri Græci asserunt: si uicinæ sunt uites alba & nigra cum putantur sarmenta utriusq; sic diuisa inter se coniunge, ut medios utriusq; oculos æquando possis reddere unitatis. Tunc papyro stricto ligabis, & molli, atq; humida terra linire curabis, & interiectis trinis diebus ad aquare, donec germē nouæ frondis erūpat, & sic cū tempore poteris hoc genus efficere per plura sarmenta. Quidam expertus mihi asseruit, se inseruisse surculum album & nigrum in una uite continuatis summitatibus gemmarum, corticula tātum gemmarum de medio sublata, & optime comprehendisse. Vel potest hoc fieri exceptis duobus surculis, & diuisis iunctis oculis diuisis simul & optime ligatis tanquam sit unus surculus inseratur, uel duabus gemmis diuisis & coniunctis cum modica quantitate ligni, & in loco gemmę infertis. Plurimum etiam delectat habere uina diuersorum colorum & saporum, & ideo diligens paterfamilias tempestiue quasdam colligat uuas, ut uinū habeat acerbum, quasdam bene maturas, ut potens, quasdam nimiū maturas, ut dulce, faciat



ce, faciat etiam uina diuersorum colorum cum rebus colorantibus & saporem non corruptentibus, facit etiam ea diuersorum saporē cum rebus odoriferis, & saporem nouum tribuentibus, in quibus delectetur odor & gustus, quę in aliqua parte mixti in caldario ad ignem mittantur, & demittantur donec optime uinum in illo sapore uel odore infectum fuerit. Et tunc in uas in quo fit simile uinum, uel alterius generis immittatur, seruetur usui mox futurū. Bonum est etiā habere uina medicinalia quibus utatur corpus, cuius ad aliquam ægritudinem facile sit declinans. Hoc quidem fiet cum medicinę simplices uel composite cōtra illam ægritudinem habentes uirtutem prædicto modo miscebunt uino. Procure etiam semper habere in domo agrestum, sapam, uuas passas, acetum & similia, quę facias secundum modos supra in libro quarto notatos, multū enim delectat animum tam pro se quā pro amicis, quę appetit facile inuenire. Si botrio postquam defloruerit mittat in uasculum terreum uel uitreum paruum tamen, ex toto botrione dicitur fieri unum granum.

De his quę circa arbores delectationem augent, Cap. VII.

**E**X his quę patrem familias delectant, est habere in locis suis copiam bonarum arborum, & generum diuersorum, & ideo procurare debet ubi cunq; inuenit arbores nobiles afferentes fructus inde ad loca sua transferre, & plantare siue inferere de eisdem, & non inordinate, ut fere omnes faciunt, eas disponat, sed in congruis ordinibus, uidelicet magnarū arborum generare ut in ramis dilatari possint, & superfluis umbris non consumant fertilitatem agrorum, eas uero quę paruę natura proueniunt spissiores ponere potest, & unumquodq; genus formare secundum naturam ipsius, maiores a partibus septentrionis & occidentis ponere debet, minores uero ab oriente & meridie, hoc enim modo frumenta quę patenti campo lætantur minorem sentient læsionem, propterea incisiones faciēt mirabiles & diuersas, in eodem uel diuersis truncis, quę ualde admirabiles se ostendunt, his qui experimenta in talibus probant, nam infinitorum priorum & malorum genera, citoniorum & sorbarum & similibus in eodem trunco inferi possunt. Inferitur etiam malus in salice & populo, & uitis in ulmo & moro. Item si persicus inferatur in spinam uel faginam proueniunt maiora & meliora alijs. Et si amygdalus & persicus coniectis oculis inferantur in pruno erunt eorum poma carnem persicorum habentia, & ipsorum ossa mutabuntur in amygdalarum naturam. Morus etiam inferi potest in ulmo, sed magne parturit infelicitatis augmenta. Asserit Martialis candida genera in malis punicis fieri si argillę & cretę quartam partem gypsi misceas & toto triennio hoc genus terrę radicibus eius adiungas, idem dicit mirę magnitudinis eius poma fieri, si olla fictilis obruatur circa arborem punici, & in ea ramus cum flore claudatur, ne resiliat ligatus ad palum. Tunc cooperta olla cōtra aquam quę minatur incurfus autūno patefacta, suę magnitudinis exhibebit poma. Sed etiā mense Maio & Iunio posse fieri cōmodius affir-



matur. Varro autem aliter specificat modum dicens: Si mala punica immatura cum hæreant in sua uirga, demerferis in ollam sine fundo, eaq; si posueris in terram & operueris circa rimum ne extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiam maiora quam in arbore unquam penderint. Ut uarios fructus ficus exhibeat, ramos duos nigre & albæ ita inter se uinculo constringes ac torques ut germina miscere cogatur, sic obruti & stercorati & humoribus adiuti, ut prodire cœperint, germinantes oculos aliqua adiunctione conglutina, tunc germen adunatum parturiet duos colores quos unitate diuidet & diuisione coniungat. Rosas nõdum patefactas hoc modo seruabis, in canna uiridi stante scissa recludas, ita ut patiaris coire scissuram, & eo tempore cannam recidas, quo rosas uirides habere uolueris. Aliqui olla rudi cõditas ac bene munitas sub diuo obruunt & reseruāt. Cerasa ut sine ossibus nascantur, sic asserit Martialis, arborem teneram ad duos pedes recides, & eam usq; ad radicẽ findes, medullam partis utriusq; abrader e ferro curabis, & statim utraq; partes uinculo stringes, & oblinis fimo summam partem & laterum diuisuras, & post annum solidatur dicta cicatrix, in hanc arborem surculos qui adhuc fructum non attulerint inseres, & ex his sine ossibus poma nascantur. Si ramus paruus cerasi scindatur & loco medullæ ponatur scamonea, fructus illius ramieo anno laxandi uirtutem acquirit. Affirmantibus Græcis persicus scripta nascetur, si olla eius obruas, & post septem dies ubi patefieri cœperit apertis his nucleos tollas, & hos cinnabari inscribas, mox ligatis simul cum suis ossibus obruas diligentius adhæretes. Sine ossibus persica fiunt si persicus & salix propè plantentur, deinde inclinato salice ad modum arcus perforet in medio, & per foramen persici planta ponatur, & cera uel luto perfecte obturet forame, & usq; super ipsum terra cumuletur, & cum anno uel biennio transacto persici & salicis lignum unitum fuerit, sub arcu salicis persicus incidatur, ut ex solo salicis humore alatur.

[De delectationibus hortorum,

Cap. VIII.

**Q**uoniam multum delectat hortum bene dispositum & industria sufficienti cultum habere. Ideo paterfamilias diligenter procuret habere hortum in solo pingui & soluto. Cui fons uel riuus si fieri potest per spacia decliua defluat, ut possit irrigari tempore magni æstus, ibi omnia genera herbarum bonarum tam comestibilium quam medicinalium nutriat, unumquodque secundum quod requirit natura eius, in areis rectis & cum exteso fimo & latitudinis modo formatis equaliter prout in hoc sexto plene traditum est. Fimum in eo semper habeat abundanter, ne propter macredinem tædio conspicientem afficiat. Et ut plenius delectetur, res musicatas operetur in eo, possunt enim in eis quædam naturalia fieri, quæ quibusdam miraculosa uidentur, nam si capri ni stercoris baccam subtiliter subula excauaueris, & in eam semen lactuæ, nasturtij, eruçæ, radicis immiseris, & tunc inuoluta fimo baccam terræ optime cultæ breui scrobe demerferis, Raffanus nititur in radicem, cætera semina in summo,



summo, lactuca pariter emergente, prosiliunt, singulorum sapore seruato. Si plura semina porrorum in unum ligata deposueris grandis ex omnibus nascentur porrus. Item si capiti eius rapae semen immittas sine ferro, & pangis multum crescere fertur, uel plantas semina in unum strictum foramen posita, omnium pululatio in unum grande porrum concrescit. Si aqua in patenti uasculo sub cucumere uel citrullo aut cucurbita ponas in flore tales fiant. Aliqui florem cucumeris cum uiticulae suae capite abscisso cannae inserunt, cui prius omnes nodos perforauerunt ibi cucumer nascentur nimia longitudine tensus. Oleam sic metunt, ut si iuxta posueris uelut arcus plicetur. Si eius florem sicut in uite sua est in forma fictili claueris, ac ligaueris qualis uultus formam hominis uel animalis habuerit, talem cucumeris figuram prestabit. Haec enim omnia Virgilius, Martialis asseruit. Rem mirandam de ocimo Martial. affirmat, quod modo purpureo modo albos flores modo roseos afferat, et si ex eo semine frequenter seratur modo in serpillum modo in sisymbrium mutetur. Hermes autem dicit, quod cucurbita in cineribus ossium humanorum plantata & oleo rigata nono die habet fructum. Et quod mirabile est, semina quae in uase cucurbitae sunt, in sublimi nata, faciunt cucurbitas longas & exiles, quae autem in medio eius nascuntur, faciunt grossas, & quae in profundo iacent, faciunt latas.

## PET. DE CRESCEN

TIIS, DE RE PECVARIA ET OMNIBVS

animalibus quae in rure nutriuntur,

LIBER IX.



**I**N superioribus libris dictum est de cultura agrorum, uinearum, hortorum, arborum, pratorum & nemorum, & de omni utilitate ipsorum, & etiam de his quae ad delectationem spectant tam in uiridarijs quam in mirabilibus ex herbis & arboribus artificiose agendis, in hoc autem nono libro dicetur de animalibus quae propter utilitatem & delectationem nutriuntur in rure. Verum ne antiquitas ignoretur, sciendum est (ut ait Varro egregius philosophus) quod primis temporibus fuerint animalia semper quae naturaliter uiuebant ex his rebus quas inculta terra ferēbat, ex hac uita in secundam descenderunt, agriculturam uidelicet & pastoriam, & propter utilitatem coeperunt colere agros, & fructus percipere, plantare arbores utiles & colligere fructus: Item deprehendere animalia, concludere & mansuafacere ipsa. Et primo coeperunt oues propter utilitatem & facilitatem, haec namque maxime natura quiete sunt, ad uitam hominum aptissime, ad cibum enim lac & caseum competunt, ad uestitum uero pelles & lana. Deinde autem coeperunt & domesticauerunt animalia caetera quae humano generi utilia esse



lia esse perpenderunt, & ad hæc ex omnibus generibus domesticatis multa syluestria esse affirmantur in locis diuersis. Nam in Phrisia multi dicuntur esse ouium ferarum greges. In Samotræce capræ. In Italia multas esse sues feræ. Asini feri in Phrigia & Caonia. Equi feri in Hispania citriore. Dicam itaq; de animalibus nutriendis quæ scire potui ex doctrina prudentium antiquorum & experientia neotericorum. Et quia non omnes per omnia, sed certi & per certa peritiores uel minus periti inueniuntur. Supplementum huius operis relinquo uiris maxime expertis in talibus, nam ut ait Philosophus, experientia facit artem, & plenius ea cui naturalis ratio est annexa. Verum quia inter cetera animalia equus censetur nobilior & magis necessarius regibus & alijs principibus tēpore bellorū & pacis & ceteris, dicā primo de ipsis plenius, de ceteris sub cōpendio, quibus de genere equorū dicta multa poterūt aptari, ppter affinitatē naturę ipsorum.

## De ætate equorum &amp; equarum,

## Cap. I.



**C** Reges equorū & equarum qui habere uoluerit primū, ut ait Varro, spectare oportet ætatē, uideat ne sint minores trium annorum, maiores decem annorum. Aetas cognoscitur equorum & feræ omnium quæ ungulas indiuissas habēt, & etiam cornuta sunt, ut idem ait, & similiter Pallad.

quod equus in triginta mensibus primum dentes medios dicit amittere, duos superiores, & totidē proximios, & primis eiectis, totidē inferiores incipientes quartū agere annū eijciunt, & totidē proximios, & primi eiecti renascunt. Quinto anno incipiēte amittūt similiter alios quatuor, scilicet duos superiores, & duos inferiores prædictis proximios, qui renascentes sexto anno implere incipiunt. Septimo omnes habere solēt relictos & cōpletos. Cum aut sunt maiores cuius ætatis sint intelligi negāt posse, præterquam cum dentes sint facti plicati & supercilia cana, & sub eius lacus, id est, cōcauitas, quod cum apparuerit dicitur habere annos sedecim. Vir autem prudens & expertus nostris temporibus ait, quod equus habet duodecim dentes, scilicet sex superiores, & sex inferiores, qui omnes sunt anteriores, cum quibus cognoscuntur ætates & tempora equorum, deinde habent scalones, & postillos habent molares. Et potest esse quod quidam equi plures habent, & tūc dentes sunt dupli, & potest esse quod equus eijciat ex his aliquos, & amplius nō renascuntur, & non nocet equo nisi ad pascendum, quoniam ipsi per dentes anteriores



teriores pascuntur. Et ideo erit minoris pretij, & masticare equorum est per dentes molares, dentes autē primi quos ibi mittant sunt duo superiores, & duo inferiores, qui uocantur primus morsus, & uocatur pullus primi morsus, quod quidam dicit fieri secundo anno, & postea mutat alios quatuor dentes proximos, scilicet duos superiores, & duos inferiores, qui uocantur medij, id est, secundus morsus, & tunc uocatur pullus secundi; morsus deinde mutat alios quatuor, scilicet duos superiores, & duos inferiores, qui uocantur quadrati, id est, tertius morsus, & quando pullus nascitur cum anterioribus nascitur, & postea nascuntur scalones, & quando isti scalones nascuntur nimis longi adeo quod equū impediunt annonam molere & impinguare, propter quod marischalchi quos uocant, scalones resecant, & quando pullus factus est equus dentes eius fiunt rariiores, & capita dentium fiunt nigra & elongantur, & per aliquos annos stabūt cani, & cum incipit senescere color dentium reuertitur ad albedinem, & transit ad colorem mellis, & post hoc fiunt albi ut color pulueris, & fiunt longiores. Sed ipsa dentium longitudo est aliquādo per naturam absq; senectute, propter quā causam resecantur senibus dentes, ut iuuenes esse credantur.

De forma bonarum equarum & admissarij & qualiter teneri debent, Cap. VII.

**F**ormam esse oportet, ut ait Varro, magnitudine media, quia nec uastitas nec exiles decet esse equas, clunibus ac uentribus latis: equos quos propter admissurā uelishabere legere oportet amplo corpore, formosos, nulla parte corporis incongruos, equorum pecus pascendum in pratis potissimum herba, in stabulis ac præsepibus arido sceno cum pepererint hordeo adiecto, bis in die data aqua. Horum sceturæ initium admissionis facere oportet ab æquinoctio uerno ad solsticium, ut partus idoneo tempore fiat, scilicet multarum herbarum, ut mater habeat abundantiam lactis. Ex hoc enim corpus & membra pulli grandiora fient. Duodecimo enim mense, die decimo nasci dicuntur, qui ante ipsum tempus nascuntur inutiles existunt. Admitti oportet cum tēpus anni uenerit bis in die scilicet mane & uespere, sed alternis diebus equa alligata celerius admittuntur, neque equi frustra cupiditate impulsī, semen eijciunt. Satis autem concepisse significatum cum se defendūt. Si fastidiū saliendi est scyllæ mediū conterūt cum aqua ad mellis spissitudinē cum natura eque cum ea tangunt, & postea cum eadē nares equi. Sciendum etiam quod equus debet gigni à stellione quem gnaragnū uocamus uulgariter, diligenter custodito, parum uel nihil equitato, & cum minimo labore poterit, quia quanto magis cupiuerit equam, tanto plus & completius sperma emittet, & maior in uentre matris gignet pullus. Amplius, mater cum fuerit prægnans nō nimis pinguis nec nimis macra existat, sed mediū teneat, quia ex nimia pinguedine intrinseca locus pulli arētatur, ut corpus & membra pulli sufficienter dilatari non



tari, non possint, nimis aut macra non potest sufficiens nutrimentū filio ministrare, quapropter macilentus & debilis nascitur. Iterū, ut ait Palladius, equa pręgnans non urget, nec famę frigusq; tollerat, nec inter se locis comprimat angustijs. Item equas generosas & quę masculos nutriunt alternis annis submittere debemus, ut pullis copiam puri lactis infundant, cęterę passim replendę sunt. Item dicit quod admissarius quinq; annorū ad minus esse debet, sed semina recte bima concipiet, quę si decennium excedat iners ex ea nascetur soboles. Itę scribit Varro, quod equas pręgnantes cauere oportet ne laborēt plusculū, neq; frigidis locis sint, eo quod algor maxime pręgnantib. obest. Ideo in stabulis humū aut ab humore prohiberi oportet, clausaq; habeat ostia ac fenestras, & in pręsepibus inter singulas ponantur longarij, id est longa ligna quę eas discernant, ne inter se pugnare possint. Item dicit pręgnantem neq; impleri cibo neque esurire oportet.

De natura equi & natis qualiter teneri debent, Cap. III.

**C**Um pullus nascitū utile est quod nascat in loco petroso & duro & montuoso, eo quod ex loco petroso & duro fiunt ungułę duriores, ex loco montuoso fiunt crura meliora, propter exercitium eundi superius & deorsum. natus pullus per bona pascua matrem sequatur duobus annis, non amplius, eo quod tunc naturaliter incipit se habere ad coitum, & uolens matrem uel aliam equam ascendere & ascendens deterior redderetur, & de facili possit in aliqua parte lædi, uerum si sine matre ac cęteris equabus stare usq; ad triennium possit in pascuis plurimum sibi confortet ad crurium & totius corporis salutem. Quinq; mensium pullis factis cum reuertunt ad stabulum dandā farinam hordeaceam mollitam, & furfures & si quid aliud terra natum libenter edent, ut ait Varro, anniculis iam factis dandum hordeum & furfures donec erunt lactantes, nec prius biennio sunt remouendi à lacte, donecq; stant cum matribus interdum tangendi sunt manibus ne cum seiuncti erunt exterreantur, eademq; causa ibi frenos suspendentes ut simul consuescant hominum uidere facies & frenorum audire strepitus.



De captione & domatione equi, Cap. IIII.

**C**Um pullus est duorum annorum laqueari debet molliter, laqueo grosso & forti de lana cōposito, eo quod lana propter suam mollitiem ad hoc habilior est lino uel cannabi. Debet autem laqueari recenti uel nubilo tempore, nam si tēpore calido insueta captione nimium laborent, possent facile lædi. Ipso aut capto & laqueato



& laqueato ad societatem cuiusdam equi domiti conducatur. Tum enim salubrius conducetur, quia similia similibus gaudent. Varro autem dicit, meliorem fieri equum qui triennio completo domatur, à quo tempore dari farrago, id est, farina, solet, quæ propter purgationem equino pecuri maxime necessaria est, quod diebus decem fieri debet, nec pati ullam alium cibum gustare. Ab undecimo uero die usque ad quartumdecimum diem & decem diebus ultra dandum hordeum quotidie adijcientem minutatim, deinde mediocriter extergendum & extrahendum, & cum sudarit oleo perungendum. Si frigus erit, faciendus in stabulo ignis erit. Ad domandum binis retinis de forti corio, & humili præsepio alligetur, ne propter suam sæuitiam fractis retinis lædatur in cruribus, uel alia sui parte, & donec in sua perseverauerit sæuitia semper sui similis domiti societatem obtineat, & cum manu sæpe tangatur leniter & suauiter, nec unquam cum eo grauius indignetur domans, ne ob indignationem uitium aliquod sibi assumat, sed enim cum magna perseverantia lenitatis mansuescat, donec mansuetus efficiatur, ut decet, & pedes lauari & percuti patiatur ad modum ferrandi. Imponendus est etiam super eum bis in die puer aut ter uel pluries.

## De custodia equorum, Cap. v.



**E** Quo talis præbeatur custodia, capistrum factum de corio forti, primo in equi capite imponatur, & binis retinis alligetur præsepio, ut superius est expressum, & eius pedes anteriores pedica de lana facta uinculentur, & uni pedum posteriorum alligetur, ne ante ire aliquo modo possit, inde quidē fit profanitate crurium conseruanda. Locus præterea ubi equus morat bene mundus existat in die, nocte uero fiat eidem lectus de palea uel grossiori fœno usque ad genua pro

quiete, summo mane inde tollat & tergat eius dorsum & crura & omnia membra equi, decenti terforio, deinde pro potu ducatur ad aquam paruo passu, teneatur autem equus tam mane quam sero usque ad genua uel paulo supra spatium horarum in aqua dulci frigida uel marina, eo quod aquæ naturaliter equis conueniunt, uel propter frigiditatem dulcis, uel siccitate marinæ coartando humores descendentes ad crura quæ sunt ægritudinum causæ. Postea uero cum equus redit ad stabulum non intret ullo modo donec eius crura tergantur & desiccantur ab aqua, quia fumositas stabuli ex sua caliditate solet adducere galas & malos humores cruribus madefactis. Est etiam utile ualde quod equus assidue comedat in terra iuxta pedes anteriores, ut uix possit fœnū ore capere, ita quod collū cogatur extendere pro cibo sumendo, quia ex hoc collum efficitur

A a gracilius



gracilius & pulchrius. Comedat equus iuuenis scenum, herbam, hordeum, aene nam, speltam & similia, nam scenum & herbam propter humiditatem ipsorum uentrem & corpus totum dilatant & augment. Cum uero fiunt in completa ætate comedat etiam paleas hordei, ex quibus non superflue impinguatur, sed in competentibus carnibus retinetur, & sic potest securius fatigari, nam equus esse debet nec nimis pinguis, nec nimis macer, sed medius inter ea. Si enim fuerit nimis pinguis, humores superflui facile ad crura descendunt, & ægritudines creant, quæ solent in equorū cruribus euenire, & præcipue accidunt eis facile cum subito aliquibus laboribus uexantur. ex nimia uero macie deficiūt uires eius, & redditur turpior ad uidendum, equus præterea perfectæ ætatis in ueris tempore circa messem herbas solum comedat ad purgandum, non foris, sed sub tecto permanens, grosso tegmine laneo coopertus, ne ex frigiditate herbarum infri gidetur, uel morbos grauiore incurrat. Aqua præterea pro potu equi aliquantulum salita sit suauiter, currens uel parū turbata eo, quod tales aquæ sunt calidæ & grossæ, ideoq; nutritiores & magis congruæ sunt equorū corporibus. Nā quanto aqua frigidior & uelocior est in motu, tātō minus equū nutrit & reficit. Ferrari debet equus ferris sibi convenientibus rotundis admodum ungulæ leuibus, & unguis in circuitu strictis, & bene adherentibus nam leuitas ferri reddit equum agilem ad leuandum pedes, & ipsius strictura ungulas maiores & fortiores facit. Equus præterea sudatus uel fortiter calefactus nō debet aliquid comedere uel potare, donec coopertus uel paulisper ductus à sudore & calore fuerit liberatus. Est sciendum quod insueta equitatio serotina nocet equo, sed matutina plurimum commendatur. Oportet præterea equum habere cōtinuē cooperturam lineam tempore calido, propter muscas, & laneam, tempore frigido, propter frigus. Et nota, quod propter sanitatem equi seruandam, de uena colli consueta quater est phlebotomandus in anno, scilicet uere, æstate, autūno & hyeme. Notandum est etiā quod equus bene & diligenter custoditur, & moderate, ut conuenit equitatus, ut in plurimū circa spatium uiginti annorum ualidus perseuerat.

## De doctrina &amp; morigeratione equi, Cap. vi.

**I**N equi morigeratione primum adhibeat ei frenum leuissimum & ualde debile, cuius morsus sit melle uel alio dulci liquore perūctus, nam tale frenum facilius & acceptabilius sustinebit, & propter dulcedinem ipsum libentius iterato recipiet, & postquā frenū sine difficultate recipiet, aliquibus diebus mane & sero ducatur ad manum, donec optime ductorem sequatur. Deinde absq; strepitu sine sella quā suauius & leuius potest fieri potum equitet paulisper, et paruo passu, & à dextris & sinistris sæpe uoluatur: & si oportuerit pedester cū aliquibus antecedit, & omni die per loca plana nō saxosa mane tempestiue usq; ad mediam tertiam equitetur: cum uero spacio unius mensis sine sella fuerit equitatus, eidē sella suauiter & sine strepitu imponatur, & cum ea ducat leuiter, donec



donec tempus uenerit hyemale. Cum autem equitator equū ascenderit, eū non moueat, donec sibi pannos aptauerit, nam equus ex hoc quietum usum assumit ad commodum equitantis, post hoc aut frigidum tempore accedente modus instruendi equū talis sequat, uidelicet quod equitator faciat ipsum per agros aratos summo mane moderate trotare, ut uulgus loquitur, tam à dextris quam à sinistris sæpe uoluendo habena freni dextera per unum pollicem ex transuerso curtiore alia existente, quia equus naturaliter est pronior ad sinistram, & si expeditur mutet sibi frenum fortius, aded quod pro uelle facile teneatur. Trotare iubeo equum per terramaratam & non aratam & per equalem & inæqualem, ut assuescat pedes & crura leuius eleuare, & idem fiat per loca arenosa eadē ratione, & cum bene trotare sciuerit per eadem loca, & eadem hora breuiori saltu quo poterit calopetur, hoc autem non fiat nisi semel in die, nam ex superfluitate calopandi sæpe retrogradi fiunt. Obseruet etiā equitator in principio cursus & in trotando, & calopando, ut manibus teneat freni habenas inferius iuxta dorsum, itaq; equus paulatim curuādo collum caput inclinet in tātum quod os semper deferat iuxta pectus, ex hoc enim clarius uidet gressus suos, & melius ad utranq; partem uoluitur, & facilius retinetur ad libitum equitantis. præterea considerari & cognosci debet durities & mollities oris equi, & secūdum eius duritiem & mollitiem imponatur eidem frenum, quorum multa sunt genera, nam sunt ualde leuia, & quædam minus, & quædam sunt asperrima & durissima, quædam minus & quædam media inter prædicta, sed ipsorum formas scribere omitto quia nota sunt apud frenorum artifices, nec possunt sic apte scribi, quemadmodum possunt oculata fide uideri. Est etiam plurimum utile per ciuitates equitare frequenter & præcipue ubi ars exercetur fabrilis, uel sit strepitus uel tumultus. Ex hoc enim desinit esse pauidus, & securitatem atque audaciam sumit, quod si prædicta loca transire trepidat, non cogatur acriter calcari, aut uirgæ uerberibus, sed leue uerbere blandiendo ducatur. Oportet etiā sæpe ascendere equum & de ipso descendere leuiter, ut assuescat in ascensu & descensu stare pacifice & quiete. Et prædicta omnia seruanda sunt donec dentes equi perfecte fuerint immutati, quod fit per spacium quinque completorum annorum, mutatis dentibus quam salubrius poterit sibi de maxilla inferiori quatuor extirpentur dentes, duo uidelicet ex parte una, & totidem ex altera, qui scaliotes & plani nuncupantur à pluribus, freni morfu continue aduersantes, & ante quam frenum imponatur eidem permittant uulnera solidari paulisper, & tunc frenum bene sibi adhibeatur. Et nota quod os equi debet esse nec nimis durum, nec nimis molle, sed mediū inter ea. Item nota quod equus propter dictā dentium extirpationē fit pinguior, eo quod ex hoc amittit ferociā & furorem, post extirpationē dentium equitet, ut dixi remouendo eum ad saltus paruos, & sæpe obuiando ut assuescat intrare in eos, & discedere ab eisdem. Cum frenū inuentum est conueniens equo, non mutet, ne ipsa mutatione os deuaslet equi. Et cu-



retur summo mane, semel qualibet hebdomada per uiam bene planā circa spā-  
tium quartę partis milliarij unius in principio, & deinde usq; ad unū milliare cur-  
sus poterit augmentari & amplius, si placebit. Et est sciendū, q̄ quanto frequen-  
tius moderate curat̄ tanto fit celerior & agilior, propter usum. Est tamē cōtra-  
rium frequentato usui currendi, quod equus ex hoc fit flagratior defacili, & im-  
patiens, si nimis festinatur ad cursum, & suę assuetę affrenationis maximā par-  
tem perdit. Sciendum est etiam quod postquā equus perfecte doctus & consue-  
tus fuerit affrenandi, equitator frequēter ipsum debet facere calopare, currere,  
& salire, moderate tamē, quia lōga quies desidiā parit equo, & ea in quibus sue-  
rat instructus facile obliuiscet. Quę dicta sunt de instructione equorū locū ha-  
bent in equis ad rem militarē pertinētibus tantū, nam alij deputant̄ ad uecturā,  
alij ad admissurā, alij ad cursurā, ut qui ad prædicta parant̄, alij ad quadrigā, qui  
diuersimode sunt ad sua officia instruendi. Itē quidam equos habere uolunt pla-  
cidos & quietos, & tales castrandi sunt, quia demptis testiculis quietiores sūt.

De cognitione pulchritudinis equorum, Cap. VII.

**E**quus pulcher habet corpus magnum & longum & suę longitudini  
proportionaliter omnia membra respondent. Caput eius sit gracile, sic  
cum & conuenienter longum, & magnum & laceratum, habeat nares  
inflatas & magnas, oculos grossos uel non occultos, auriculas paruas & aspi-  
deas deferat. Collū habeat longum & gracile, uelut caput, crines paucos & pla-  
nos, pectus grossum, & quasi rotundū, dorsum curtū & quasi planum, lumbos  
rotundos grossos, costas grossas & bouinas, uentrem longum, anchas lōgas &  
densas, crinem longum & amplū. Caudam habeat longam cum paucis & pla-  
nis crinibus. Cropas latas & bene carnosas. Garetā satis ampla & sicca. Faleas  
habeat curuas, ut ceruus. Crura bene ampla & pilosa, iūcturas crurū grossas &  
curtas ut bos, ungulas pedum amplas, duras & cōcauas, prout decet. Sit etiam  
equus altior aliquantulū in parte posteriori quā in anteriori, ut ceruus, collum  
deferat eleuatum, & sit in eo grossities circa pectus. De pilo diuersi diuersa sen-  
tunt, sed pluribus uidet̄ quod bouinis sturus super omnibus est laudandus. Sci-  
endum est deniq; quod pulchritudo equi melius potest cognosci in macie quā  
pinguedine equi existente.

De signis bonitatis equorum, Cap. VIII.

**M**elior equorū est ille qui habet uisum amplū, & acute uidet in longin-  
quū, & habet quadratum corpus & fortes aures, & lōgas comas, &  
curtas gambas de retro, & subtile musellū, & caput fastū, & suaves  
pilos, & amplas grappas, & collū grossum, & comedit bene. Equus  
habens nares magnas & inflatas, & oculos grossos, non concauos, audax natu-  
raliter reperit̄: equus habens os magnū, maxillas graciles & macras, & collū  
longum & gracile uersus caput, ad frenandum est habilis. Equus habens costas  
grossas, ut bouinas, & uentrē amplū pendentem laboriosus & sufferēs indicat̄.  
Equus



Equus habens garetta quę uulgo uocant ampla & extensa, & falces extensas & curtas, quod garetta interius respiciat in gressu celer & agilis debet esse. Equus habens garetta curta, & faces extensas & anchas firmas debet naturaliter ambulare. Equus habens iuncturas crurium naturaliter grossas, & pasturalia curta uelut bouina fortis esse censetur. Equus tenens ad se truncum caudę stricte inter coxas, fortis & sufferens est, ut in pluribus, sed non celer. Equus habens crura & iuncturas crurium satis pilosas, & pilos in eisdem longas, laboriosus existit, sed agilis non de facili reperitur. Equus habens clunem longam & amplam, & anchas longas & extensas, qui sit altior posterius quam anterior, uelox in longo cursu, ut in pluribus reperitur.

## De signis malitię &amp; utilitate equorum, Cap. IX.

**E**quus habens maxillas grossas & collum curtum non facilis affrenatur decenter. Equus habens albas ungulas uniuersas uix uel nunquam duos pedes habebit. Equus habens auriculas pendentes & magnos, oculos concauos lentus & remissus existit. Quando supremum nasi equi est multum crassum, non potest respirare per nares, & ideo minus ualet. quando equus uidet in die & non in nocte dimidiatur pretium eius, hoc autem cognoscitur si ducis equum in nocte ad rem quam timet in die & tunc non timet, & quando non mouet pedes in die, sicut in nocte. Si oculi equi sunt albi minoratur ualde pretium eius, quia ductus ad niuem uel locum frigidum non uidet, sed in loco non lucido & tempore calido bene uidet. Equus iactans aures suas retrorsum in omni tempore minoris est pretij, quia surdus est. Quando equus non hinc neque clamat nec aliquem sonum cum ore facit surdus est. Equus habens durum collum & ipsum est semper extensum, & cum ambulat non leuat caput & non mouet ad collum ad dextram uel sinistram est pessimi uitij, & est magni periculum equitantibus, quia non potest uolui pro uoluntate eius, ideoque pro milite non est bonus. Equus cui uadunt genua intra ut arcus, parui est pretij, quia pessime uadit. Equus cuius anteriora crura torquentur, ut arcus, teneri non debet cum sit pauci ualoris. Equus cuius anteriora crura mouere uidentur semper malorum est morum. Equus leuans caudam superius & inferius mali est uitij. Equus cui semper est inflatio super genu breui non poterit ire. Si equo uidetur inflatio dura in pedibus anterioribus uel postremis in sua operatione non nocet, & dicunt quod si in pedibus anterioribus est inflatio dura securus est, quod aliud malum non descendit ad ea. Equus habens in omnibus pedibus rapas & non potest curari, minoris est pretij, quia turpioris apparitionis existit. Equus cuius pili de iuncturis reuersantur & insorsum in sua operatione, & non læditur, & ungulae eius fortiores existunt. Si equus mouet pedes alio modo quam alij equi, læditur in sua operatione, ideoque minuitur pretium eius. Si unus pedum de retro eundo alium tangit multum in sua operatione nocet eidem. Si testiculi equi sunt multum magni turpior est, & in operatione nocent. Et si eius uirga semper est pendens tur-



dens turpior est, & non est ab honesto homine equitandus. Morphea, id est, albedo in collo mustellino uel supra oculos turpiorem facit equum, sed in operatione non lædit.

De ægritudinibus equorum & cura eorum, Cap. x.



**V**llo superius de pulchritudine & bonitate equorum, uidentur est de ægritudinibus & morbis eisdem ueniētibus tam naturaliter quā accidentaliter. Et primo de his que eis obueniunt per naturam, quæ quādoq; defectu uel occasione aliqua minutis, uel augmentat, auget tamen raro, ut tamē nascitur, habens maxillam inferiorem superiore longiorem & similia. Et quando nascitur cum aliqua superfluitate in pedibus uel aliqua corporis parte, quæ murus uel callum dicitur uulgariter, qui murus sine corio efficitur. Et quandoq; accidit quod in aliqua parte corporis quæ murus uel callum dicitur sunt superfluitates carniū, uelut glandulæ subtus corium. Minuit uero cum nascitur habens oculū uel auriculam aut nares alijs minores, uel habens unam ancham alia curtioem, unde totum crus aliquibus minuitur. Præterea natura & fallit quādo equus nascitur obliquis cruribus tam in anteriori parte quam posteriori, simili modo de unguis & pedibus, qui quandoq; naturaliter obliquantur, & quandoq; nascitur cum zardis & garectis & gallis in cruribus. puenientibus, ex patre uel matre habentibus eas. Est enim zarda quædā inflatio ad modū oui uel maior uel minor, quæ tam in parte inferiori quā exteriori nascit in garectis. Galla est quædā tumefactio ad modū paruæ uesicæ magna ut nux, quæ circa iūcturas crurū iuxta ungulas generat. Cura. In prædictis morbis qui nascunt equo in uentre matris ex defectu nature, nō potest medicina cōgrua inueniri, nā cū equus nascit obliquis cruribus posterioribus, ita quod ipsa crura obliquantur interiorius percutiendo uel intus ferrendo unū pedē ad aliū in egressu, equo in parte interiori coxarū iuxta testiculos ferris ad hoc decentibus. decoquat, faciendo ex trāsuerso tres lineas in utraq; coxa uel alia fricabitur, & ex frequenti tactu coxarū excoriabitur per cocturā, uelut plaga, ex quo equus crebros ardores sentiens perget apertius solito, simili modo fiat in cruribus anterioribus faciendo cocturas prædictas interiorius in laceratis obliquis unguis uel pedibus, hoc remedium inuenitur, nam ferrando equū frequenter possunt unguli aptari decenter, & ad modū rotunditatis ferri diriggi quoquomodo. Solet etiam equus aliquando infirmari de uno pede ad aliū propter maciei debilitatem cui potest adiuncta pinguedine subueniri.

De infir-



## De infirmitate muri curanda, Cap. XI.

**C**ontra infirmitatē muri dico q̄ illa superfluitas carniū quā p̄dixi usq̄ ad superficiē corij cauti⁹ incidat̄, deinde si locus nervosus nō fuerit ferris rotūdis calefactis decenter coquat̄. Si uero locus fuerit nervosus resalgarū puluerizatū pondere unius careni super aspergatur aut plus uel minus ponatur, ut expedire uidebitur. Nā resalgarū uelut ignis corrodit, deinde corrosis muri radicibus funditus, intromittat̄ in uulnere stuppa in oui albumine madefacta, ex ea tota impleatur uulnus & ad tertiu⁹ diē mutet̄ semel in die, ab inde in antea pro solidatione festina, accipiatur calx uiua & tantundem mellis & simul misceantur & ponatur in aliquo panniculo incendatur lēto igne donec ex eo fiant carbones, & puluerizētur subtiliter, & in uulnere ponatur cū stuppa inuoluta in dicto puluere mane & sero, donec carnes fuerint solidatę, semper prius abluto uulnere cū uino forti aliquantulum calefacto in defecto resalgarū ponatur cū calce uiua tartarū, auripigmentum & uerderamus, puluerizata simul equali pōdere ter uel quater, donec radices muri fuerint cōueniēter cōtuse, prius optime abluto uulnere cum aceto, qui puluis est minus uiolētus alio supradicto, sed uix aut nunquā ibidē pili nascuntur, sed de his nascendis aliquid infra scribetur.

## De glandulis &amp; scrophulis, Cap. XII.

**D**e ceteris supfluitatibus carniū que nascunt̄ inter coriū & carnes quę dicuntur uulgariter glādulę siue testudines siue scrophulę, dico quod scisso corio plōngū nisi est aliqua glādularū extrahatur manib. eā prius unguis excarnando, uel scisso corio supaspergat̄ puluis calcis resalgarū tritum, uel ferro cadēti coquatur, uel supaspergatur puluis calcis uiuę, auripigmenti & tartari quā in proximo capitulo muri dixi, deinde utatur cura in cap. muri scripta. Si uero post p̄dictā incisionē uel excarnationē aliqua uena prumpit in sanguinē cōstringatur hoc modo: accipiatur thuris duę partes, & tertia aloës epaticę & puluerizata subtiliter cū oui albumine agitētur, & misceant̄ & cū pilis leporū ponatur in uena, ad idē ualet gypsum cū calce tritū, & cum granulis uuarū. Itē ualet ad idē sterco equi recens mixtū cum creta, & cum aceto fortissimo agitata. Et nota quod p̄dicta super uenā cōstringendā posita nō debēt usq̄ ad diē secundū uel tertiam remoueri. Itē sciēdum est quod salubrius est p̄dictas glandulas destruere super dictis pulueribus corio prius scisso per longū quā uisione uel manuū extractione, si locis nervosis uel uenenosis existāt.

## De egritudinibus accidentibus equis, &amp; cura eorum, Cap. XIII.

**S**upra dictū est de morbis & egritudinib. naturalibus, sequit̄ tractatus accidentalium, dicā ergo primo quę accidūt eis in capite, & intra corpus, secūdo de his quę accidūt eis in capite, & intergo. Tertio de his morbis quę accidūt eis in membris, à pedibus supra. Quarto de læsionibus unguarum & pedum.

## De infirmitate, quę uulgariter dicitur uermis, &amp; cura eius, Cap. XIII.

**H**ęc infirmitas euenit equo in pectore prope cor, & in coxis prope testiculos, ex malis humoribus calidis congregatis in quibusdam glandulis



dulis quas habent in pectore & in coxis, qui concurrunt ad loca illa, propter a-  
 liquem dolorem ibi accidentaliter uenientem, deinde descendunt ad crura, & in  
 eis faciunt inflationes, & ea crebris ulceribus perforant, & quandoq; occasione  
 uermis prædicti fiunt in equi corpore, præcipue in capite diuersa ulcera, pluri-  
 mum tamen parua, ipsum caput inflantia, & quandoq; per nares faciunt emitte-  
 re humores uelut aquam, & tunc dicitur uermis uolatiuus. Cognoscitur autem  
 hæc ægritudo ex inflatione quæ fit ex dictis humoribus in locis prædictis, & ex  
 ulceribus quæ dicti humores faciunt eum exire conant. Curatur autem hac uia: Cū  
 dictæ glandulæ tumefieri uel plus solito augmentari uidentur, statim de cōsue-  
 ta uena colli iuxta caput & in utraq; parte pectoris uel coxarum consuetis uenis  
 usq; ferè ad debilitatem equi minuatur, & superflui euacuentur humores, dein-  
 de ponantur decentes setones in pectore uel in coxis, qui humores assidue attra-  
 hunt per crebram & congruam agitationem setonū, ex tali enim agitatione fit  
 dolor, & inde propter dolorem exeunt humores, nec ad crura descendunt, di-  
 cti uero setones agitari non debent nisi duobus diebus elapsis, deinde mane & se-  
 ro quotidie agitentur in tantum, quod duo iuuenes fatigentur, equo prius par-  
 uo passo, non modicum equitato, deinde non cesset equus die qualibet fatigari,  
 & caue ne comedat herbas, de rebus alijs adeo parū sumat, quod uix uires reti-  
 neat & in locis frigidis in nocte quiescat. Si uero glandula illa uel uermis per su-  
 prædictas curas non decrescat, sed per abundantiam humores tumefacientes su-  
 perflue grauent tibias, tunc illæ glandulæ uel uermis extrahatur hoc modo, scin-  
 datur coriū & caro per longum usq; ad inuentionem glandularū uel uermis, de-  
 inde uero illæ glandulæ unguis excarnent, & extra manibus extirpentur, ita  
 quod ipsis nihil ibi remaneat, uerme aut glandulis radicitus extirpatis, ex stup-  
 pa munda & albumine oui infusa, uulnus totaliter impleatur, & uulnus suat, ne  
 stappa possit exire, quod si uulnus sit in pectore ligetur ante pectus pecia linea,  
 propter uentum, deinde uulnus usq; ad diem tertiam mutari non debet. Sed ab-  
 inde semper bis in die mutet, stappa madefacta cum oleo & albumine oui agita-  
 to, uulnere tamen prius cū uino abluto, & 9. diebus talis adhibeat cura. Postea  
 uero bis in die abluatur uulnus cum uino aliquantulū calefacto, & intronmittatur  
 in uulnus, stappa in tali puluere inuoluta, ut in muri cap. dicit, quod fit de mel-  
 le & calce uiua, & prædicto utatur puluere donec uulnus fuerit solidatū, setoni-  
 bus nihilominus agitatis, & equo quotidie fatigato, ut superius est expressum,  
 nota tamen q̄ equus equitari nō debet usq; ad diem tertiam, postquā uermis fue-  
 rit extirpatus, sed postea sic curet die qualibet, ut prædixi. Aliud medicamen-  
 fortius ad dictum uermem omnino tollendum, scisso corio per longum & carni-  
 bus usq; ad denudationem uermis, ut dixi resalgatum bene tritum & pulueriza-  
 tum ponat super uerme prædicto, postmodū bombyce os uulneris sanat, ne re-  
 salgarum possit exire, quod uermem in nouē diebus potēter corrodit quo cor-  
 rolo uel destructo curet uulnus, ut superius est expressum. Si prædictis omnib.  
 humores



humores constringi uel exiccari non possunt, quin ad crura descendant foramina uelut uescas paruas uel ulcera facientes, tunc statim ferro rotundo in capite illa uel ulcera uel uescæ funditus decoquantur, prius coquendo magnam uenam pectoris extranuerso, quæ tendit à loco uermis inferius usq; ad pedē, postea uero decoctis foraminibus crurium, ut dixi, super aspergatur in lateribus calx uiua solummodo in die bis separata prius coctura foraminū ibi facta. Quod si ex uerme remansit crus inflatum, tali subueniatur cura, ponantur sanguisugæ ad crurium inflationes abrafo prius loco tumefacto uel etiā toto crure, deinde sanguine quantum poterit cum sanguisugis extracto, totū crus cum aceto & creta alba simul agitatis emplastre, uel teneat in aqua frigida quotidie mane & sero, & hæc fiant donec crura gracilia reddant. Contra uermē uolatiuum, ut humores à capite subtrahantur, de ambabus consuetis uenis temporum sufficienter minuatur sanguis, deinde setones sub gutture imponantur, & agitent, & nutriatur, & equitetur, & in loco teneat, & omnia fiāt, ut supra in alio uerme dixi. Si uero uermis uolatiuus in hæmoagrā conuertatur, quod sæpe accidit, danda sunt ei calida panno laneo, capite cooperto & in loco calido, pro quiete morante, ne fatigetur aliquo modo, & semper comedat calida ut fœnum & auenum, quia hic morbus frigidus est.

De morbo qui auticax uulgariter nominatur, & cura eius, Cap. xv.

**A**ccidit aliquando quod illa glandula dicta quæ circa cor extat & in tantum augetur propter humores ad eū decursos more solito non descendentes ad crura, quod augmentatio & inflatio eius facit apostemata, quia propinquum est cordi crudeliter aduersatur ei, & hæc infirmitas auticax uulgariter à pluribus antiquorum uocatur. Cura. Cum dicta glandula uideat cum furore subito augmentari uel plus solito ingrossari, absq; mora de pectore radicibus extirpetur, ut in cura uermis supra expressum, & cum sit cordi propinqua, cautissime & cum summa diligentia extirpetur. Si uero in extirpatione uel excarnatione ipsius aperiatur aliqua uena, & prorūpat in sanguinem, tūc statim capiatur & stricta manibus filo serica strictè ligetur, quod si propter sanguinis abundantiam uena capi non posset, ponantur in uulnere medicine stringentes sanguinem scripte supra de cura glandularum.

De cognitione strangulionis & cura eius, Cap. xvi.

**S**unt & aliæ aliquot glandule circa caput equi quarū aliquæ sunt sub gutture, quæ accidentaliter augentur propter humores equi infrigidati ad eas de capite descendentes, ex quarum augmentatione totum guttur inflatur, & constringuntur meatus flatus exeuntes per guttē, propter quod equus uix respirare potest. Cura. Cum dictæ glandulæ uidentur subito crescere, uel plus solito augeri statim setones duces sub equi gutture imponantur, & mane ac sero sufficienter ducant, ponatur etiā in equi capite lanea cooperta &

guttur



guttur pluries ungetur butyro, præcipuæ strangulonis locus, & in loco calido teneatur. Si uero dictæ glandulæ per setonum agitationem non detumescat, extirpentur radicitus, & uulnera curetur, ut in cura uermis prædixi. Sed in appositione resalgari diligens adhibeatur cautela, quia si immoderate ponatur, nimirum carnes corrodit.

De morbo uuularum & cura eius, Cap. xvii.

**S**Vnt & alię glandulę quę nascuntur inter caput & collum sub utraq; parte maxillarum quę similiter augentur ex fluxu rheumatis à capite, coarctantes adeo meatus gutturis, quod equus uix poterit comedere uel potare, & hæc egritudo uocatur uuulæ. Cui nisi succurratur instanter subito morietur. Cura. Cũ dictæ glandulę subito uidentur augeri & tumesceri uelut oua coarctantes gutturis arterias ferro decenti calido in cuspide decoquantur, uel acuta lancea cautius incidantur, uel quod melius est, modo dicto in uerme tantum ex una parte quantum in alia si expedire uidebitur, & uulnus eodem modo curetur, & nisi medicinis prædictis succurratur respirare impeditur & moritur.

De doloribus & ipsorum curis, Cap. xviii.

**D**Olores accidunt equis multis modis, primo ex superfluitate humorum malorum in uenis sanguinis interclusorum: secundo ex uentositate ingrediente in corpus equi calefacti per poros, uel orta in intestinis ex humoribus uiscosis in eis existētibus: tertio ex superflua cōmestione hordei uel alterius similis tumefacti in stomacho seu uentre: quarto ex superflua retentione urinæ uesicam inflantis, sit etiam, sed raro, ex nimia potatione aque frigidissimæ, cum equus fuerit multum calefactus. Cura. Si dolor sit ex superfluitate humorū uel sanguinis, quod cognoscit quia torquet & mouent ilia sine tumefactione aliqua, & frequenter cadit in terrā & iacet & uenę plus solito tumescunt, statim à uena cingularia quę est prope cingula ab utraq; parte sanguis minuatur. Et ex quacunq; parte corporis sanguis haberi potest usq; serè ad debilitatem corporis minuatur, deinde ducatur ad manū paruo passu, nec comedat, neq; bibat, donec ex toto cessauerit dolor. Dolor ex uentositate cognoscitur, quia dolet intra corpus, & habet continue ilia tumefacta, & serè totum corpus plus solito tumefactum. Cum hæc apparent, canolus unus de canna quā grossior poterit inuenire longitudine unius palmi unctus oleo superponatur in aluum equi, pro parte maiori, & optime ligetur cum aliquo spacio in capite caudæ, ne possit extra exire, deinde statim cum festinantia equitetur diu, trotando uel ambulando uersus montuosa, & si tempus frigidum fuerit cooperta lanea teneatur coopertus: & cum manibus oleo unctus fricentur ilia fortiter, ex his enim calefit equus & per canolum extra uentositatem emittit, deinde danda sunt ei calida pro commestione & potu, bibat enim aquam cum cymino & semine sceniculi coctū æquali mensura in bona quātitate, cum fuerit aliquantulū infrigidata



infrigidata & farina tritici ei admixta, & tam diu sitiatur quo ad huiusmodi aquam bibat, similiter comedat calida, & morem in loco calido tegmine laneo cooperatus. Si autem dolor fuerit ex superflua comestione hordei uel alterius similis tumefacti in uentre equi uel stomacho, quod cognoscitur quia uentrem habet durum & illa tumefacta, fiat decoctio maluae, mercurialis, branchae ursinae, uiolarum, paritariae, & aliarum herbarum laxatiuarum in aqua, & addat de melle sale & oleo & sulfure tritici & tepesacta ponat in quodam uentriculo habente canolam de canna conuenienter longum & grossum ad modum clysterij, & per illud instrumentum mittatur dicta decoctio in uentrem equi per anum, & tunc quando mittitur stet equus ualde altior posterius quam anterior, & aqua immissa oppiletur congrue anus, ne aqua possit exire, postea uero ligno rotundo bene polito uenter ducatur a duobus hominibus existentibus ab utraque parte, qui a parte anteriori incipiant & usque posterius premendo uentrem ducant, eo prius uncto cum oleo, uel re alia liquida unctuosa. postquam autem uenter bene fuerit ductus de oppiletur anus, & per loca montuosa equitetur paruo passu continue, donec egerit omnia quae in uentre sibi missa fuerint & de alijs magnam partem, & sic dolor cessabit. Si uero dolor fuerit ex retentione urinae uesicam inflantis, quod cognoscitur, quia sub uentre uel circa loca uirgae aliquantulum tumere uidetur, & saepe se iacet in terram, tunc accipiantur senationes, curtania, paritaria & radices asparagi quantitate aequali, & simul coquantur, & decoctae cum quodam fascia longa & ampla calidae circa loca uirgae ponantur, & hoc saepe fiat calefaciendo emplastrum cum fuerit infrigidatum. Quod si ex hoc non prouocatur urina experimentum tale fiat, uirga equi manibus unctis oleo extrahatur, oleo quoque fricetur, deinde teratur aliquantulum piperis cum oleo, & inter foramen uirgae auriculari digito imponatur, uel quod melius est tinices tritici aliquantulum cocti in oleo imponantur, quod si hoc non profuerit, equus cum quadam equa per stabulum libere permittatur abire, sicque necessario prouocabitur ad urinam. Et nota quod hoc remedium de iumento quod dixi ad omnes dolores utile reperit, quia uoluntas coitus ualde naturam corroborat & confortat.

## De morbo infunditi &amp; cura eius, Cap. XIX.

**H**ic morbus accidit equo ex superflua comestione uel potatione, ex quibus sanguis superflue augmentatur, & ad crura descendens per ipsa spargitur & impedit gressus eius. Item accidit ex immoderato labore faciente sanguinem & humores ad crura et pedes descendere, gressus eius impediens, ex quo ungulae mutari cogentur, nisi succurrat eidem. Accidit etiam quandoque propter dolores ex nimio labore & calefactione ueniens et humores ad crura descendere facientes, & haec aegritudo uulgariter infusio nominatur. Cura. Cum equus uideatur uno uel duobus aut pluribus pedibus claudicare & ingressu crura grauiter mouere, in sua etiam reuolutione grauiter se habere, ea enim sunt infusiti signa,



signa, si est pinguis & ætatis perfectæ, potus eidem ad eius libitum præbeatur, & postea de ambobus temporibus & singulis cruribus, de uenis solitis usq; ad debilitatem corporis minuatur, deinde in aqua frigida currenti usq; ad uentrem equi ponatur, uelociter & assidue teneatur in ea, nec aliquid comedat donec integer fuerit liberatus. Si uero fuerit iuuenis aut macer, non detur ei potus prædictus, sed in tantum cum freno in aëre frigido teneatur, quod collum & caput cogatur extendere quantum potest, deinde rotundi lapides grossitudinis pugili sufficienter pedibus equi supponantur, ac si ei ei fieret cubile ad stratum, nam ex assidua appositione lapidum rotundorum pedes & crura in motu existunt, ex quo nerui crurium indignati propter humores grauitatem expellunt, sed prius panno lineo in aqua infuso sit coopertus, nec comedat neq; bibat, nec in sole moretur, donec fuerit ad statum primum reductus. Et nota, quod hæc ægri-tudo parum uel nihil nocet iuuenibus equis, nam ex ea ipsorum tibiæ ingrossantur.

De morbo pulcini siue mulsini & cura eius, Cap. xx.

**A** Egri-tudo ista fit ex calore liquefaciente pinguedinem, quæ oppilat pulmonis arterias taliter quod equus uix respirare potest. Et cognoscitur quia fit narium magna sufflatio & iliorum crebra pulsatio, & hæc egri-tudo pulsiuus uulgariter appellatur. Cura. Fiat potio de gariophyllis, nucibus muscatis, zingibere, galanga, æquali pondere, cymino, semine sceniculi, æquali pondere puluerizatis cum bono uino, & addatur crocus in congruo quantitate, & tot uitella ouorum quanta est quantitas prædictorum, & dicta potio ponatur in quodam cornu bouino, & equo tenenti artificialiter os apertum, & caput altum sine freno propinetur. Ita quod in guttur eius descendat, equi capite spatio unius horæ; suspenso, ut potio in intestina descendat, deinde ducatur ad manum uel breui equitetur passu, ne ipsam uomere possit, qui per unum diem uel noctem nihil comedat, ut dicta potio non impediatur ex equi suum effectum. Die uero secunda comedat recentes herbas, uel cānarum frōdes aut salicis uel frigidarum herbarum, ut potionis temporetur calor, ex dicta namq; cura liberatur equus, si passio recens existat. Si uero fuerit antiquata, incurabilis esse cõsetur, tamen hoc modo curari tentetur: Vtraque ilia duabus lineis una super aliam ab utroq; capite coquantur, ut coarctatione ignis iliorum pulsatio minuat, nares etiam decenter per longum scindantur, ut leuius aërem attrahat & emittat, uel tempore uindemiarum cibetur uuis maturis, uel dulci multo potetur. Et sic curabitur à pulcina.

De morbo infestati & cura eius, Cap. xxj.

**A** Cedit etiam hæc ægri-tudo cum equus sudauit uel superflue calefactus ponitur in loco frigido uel uentoso, nam per poros apertos uentus per os & membra subintrat, unde sequitur neruorum attractio, parum tumoris habens, dolores inducens, ac impediens gressus equi, & uocatur hæc ægri-tudo



ægritudo equi uulgariter infestatus, quæ cognoscitur quia equus uidetur habere collum parum extensum ita quod digitis uix potest capi uel astringi, & in suo motu uelut infunditus impedire uidetur & eius oculi lachrimantur. Cura. Tunc ponatur in loco calido, deinde aliquod uini lapides fiat calidissimi prout potest, & ponantur in terra sub equi uentre, prius tamen sit coopertus de panno lanæ longo & lato in tantum, quod in qualibet parte satis super totam equi personam, cuius medium stet super dorsum equi, & extremitates ab utraq; parte deorsum pendeant, quæ à duobus hominibus inferius teneantur, & dicti lapides paulatim & sepe aspergantur aqua calida, donec totum corpus & membra equi redacta fuerint in sudorem, & tunc inuoluatur equus in dicto panno, & cinguletur, & sic tam diu teneatur quod sudor cesset, & tunc butyro uel oleo calido, uel aliquo alio liquido unctuofo sæpe in die singula equi crura fricentur, uel fiat decoctio paleæ frumenti, aristarum, allij, cineris & maluarum, & cum ipsa decoctione tantum calida quantum pati potest, crura, & specialiter nerui, madefiant, & semper in loco calido teneatur, & pro commestione utatur cibus calidis, donec ad statum pristinum reducatur.

## De morbo scalamati &amp; cura eius, Cap. xxii.

**H**æc infirmitas interiora equi desiccatur, & corpus maceratur, & firmum eius plusquam homines fœtere facit, & accidit eis ex diuturna macie, proueniente ex pauco cibo exhibito, & multo labore calefaciente, ac membra exiccante, adeo quod non potest impinguari, neq; assumere carnes, nec etiam comedere curat. Cura. In hac ægritudine quæ scalamatus uulgariter dicitur, instandum est uniuersaliter, ut corpus equi humectetur, fiat ergo decoctio herbæ uiolarum, paritariæ, maluæ & furfuris hordei, quibus bene decoctis, coletur, & in hac aqua ponatur butyrum in bona quantitate, & pondus septem drachmarum cassiæ fistule liquæfactæ, ac cum instrumento supra scripto admodum clysterij parum calida immittatur in anum equi, & fiat per omnia ut in capitulo dolorum supra dixi, eo excepto, quod hæc aqua tenenda est quantum potest in equi uentre, postea fiat de uitellis ouorum, croco & oleo uiolarum, agitatis decenter cum bono uino albo, & ponatur in corno bouino, & bis uel ter ei detur, ut dictum est in tractatu pulcini. Aliud experimentum: equus in stabulo solus ponatur, & per duos aut tres dies nihil comedat neq; bibat, postea detur ei ad comedendum lardum, uel carnes porcinae salitæ ad libitum eius, nam ipsa propter famem & lardi falsedinem libenter comedet, & detur statim ei ad bibendum aqua calida quantum uolet, deinde equitetur paulisper donec uentrem de prædictis euacuet, quo euacuato detur ei frumentum bene mundum, & cum pauco sale coctum, & ad solem siccatum. uel aliter, bis in die antequam bibat, nam tale granum adeo nutrit & reficit, quod equus ex eo facile impinguatur.



**H**Aec infirmitas aragaicus uulgariter dicitur, fit in equi uentre adducēs ei torsiones, & intestinis rugitum faciens, equū emittere indigesta co- gens stercola, & liquida, uelut aquā, quando uix potest equus aliquid comedere quin emittat antequā digeratur in uentre eius, quę quando que accidit ex comestione hordei uel alterius similis rei comestæ neq; digestę, aliquando ex potatione aque frigide, post comestionem hordei facta sine aliquo interuallo, & aliquādo propter festinum cursum seu galoppū factum statim post aquam pro uelle ab equo potatam, quę agitur in uisceribus propter cursum, fit etiam aliquando ex nimia inflatione corporis equi, dolorem habentis, ex qui bus causis equus debilitatur in tantum, quod uix potest à cruribus sustineri. Cu ra. Cum uidetur equus bis uel ter stercolū longe emittere, uelut aquam & hor deum indigestum, statim auferatur ei frenum & sella & liber per pascua dimitta tur, abire, donec fuerit constipatus, nec ante moueri debet, quia motus uētre m agitat, & facit ut cibum emittat antequam digestus existat. Item quantū potest cauetur à potu, nam in hac ægritudine aqua ei nocet, propter liquiditatē ipsi- us. Quandoq; etiam ex dicta ægritudine infundetur equus, & tunc curetur ut in dicto morbo docetur.

**E**st alia ægritudo quę cimona uocatur uulgariter, quę accidit cū equus diu stetit in frigidatus in capite, in qua fluxus rheumatis fit per nares cō- tinuē, uelut aqua, fit etiam aliquādo ex infirmitate quę uermis uolatiuus dicitur, unde sequitur ut equus per nares fere totam capitis humiditatem emit- tat. Cura. Fiāt equo in capite cooperta, & semper in loco calido teneat, & pro cibo calida dentur. Prodesse solet assidue paruas pascere herbas, quia cum pro ea extirpanda diu teneatur caput depressum maxima pars ipsorum humorū per nares discurrit. Valet etiam si fumus peciarum uel bombicis per nares ad cere- brum mittatur, nam humores antiquitus coagulatos dissoluit. Sed ut plurimum hæc infirmitas incurabilis reperitur.

**C**apitis frigiditas dolorem equo facit in capite, & sternutationes, & tuf- sim adducit & prouocat guttur, quę leuiter accidit cum equus in stabu- lo satis calido ponitur, & postea subito ad frigidum uentum producit, & plurimū quę ex alijs frigiditatibus occasione aliqua iam recepta un- de equus tussire aliquādo cogitur, & potationis atq; comestionis partem maxi- mam perdit. Cura. Cum oculi equi uidebuntur paululum inflati, & aliquādo la- chrimantes, aures frigide, flatus narium frigidus, & ilia, plus solito comedere & bibere satis & minus, & tussire ac sternutare sepius, frigiditas capitis esse cen- setur, propter quam coquentur glandulæ quę mulæ uocantur, existētes inter collum & caput sub maxillis cum ferro cuspidō glandulas perforāte, & similiter coquentur



coquentur in medio frontis ut humores frigidi calefacti extrinsecus uaporare cogant. Setones etiā ei sub gutture ponant, ut per eas humores uia habeant ex eundi. Teneat insuper laneam coopertam in capite, ac decenter fiat inter aurículas fricatio cum butyro. Ad idem ualet oleum laurinum in pecia linea positū, & morsu freni decenter ligatū, equo semper cum freno bibente. Et idem operatur sauina in freno ligata, ad idem ualet fumus panni linei combusti, per nares receptus. Item ualet frumentum bene coctum positum in sacculo calidum, quantum pati poterit, & in capite equi ligatū, ita quod positus ore & naribus inter sacculum per nares fumum recipiat, & de grano comedat ualet, cui proderit si dictum frumentum coquatur cum pulegio & sauina. Itē ualet si pecia stricta ligetur ad bacculum, & sapone saracenicō liniatur & quantū cōmode potest mittatur leuiter inter nares, & post paulum extrahatur, quia ex hoc equus sternutabit, & humores frigidos & liquidos uelut aquam emittet. Item ualet butyrum cum oleo laurino mixtum, & positum inter nares. Item ab omnibus caueatur frigidis & utatur calidis & assidue bibat aquam coctam & calidam, ut in doloribus capitulo continetur, & sic poterit liberari.

De morbo qui auticax uulgariter nominatur & cura eius, Cap. xxvi.

**A**ccidit aliquando quod ex dicta ægritudine capitis humores descendunt ad oculos, facientes eos lachrimare, uel in eis panum uel turbulentiam, ac ruborem uel caliginem, propter quæ non ualet equus, ut de cet respicere uel uidere. Cura: Si oculi lachrimantur fiat strictorium de olibano & mastiche puluerizatis, & cum oui albumine agitatis super una pecia quatuor digitis lato positus & longa, quæ posita super frontem sub temporibus possit ligari, abrafo tamen prius loco, ubi strictorium poni debet, & in tantum dimittatur ei strictorium, quod oculi desierint lachrimari, & quando lauari uoluerit cum aqua calida & oleo, uel alia re unctuosa agitata simul eleuetur. Ad idem ualet si ambæ uenæ utriusq; temporum intendantur cum igne. Si uero caliginati sint oculi astoleti sub ambobus oculis imponatur, quatuor tamē digitis dorsum & sal subtiliter pistus cum quodam cannalo in oculo sæpius infletur uel insuffletur. Si uero panus in oculo recēs uel antiquus, accipe tartarum & sal gemma æquali mensura subtilissime trita, bis in die oculis cum cannalo insufflet. Ad idem ualet sal nitidum cum stercore lacertarum tritum, & in oculos inflatum. Sed cauendum est ne superflue ponatur in eis ne oculi destruantur. Si uero panus uetus fuerit cum pinguedine gallinæ bis uel ter prius ungetur.

De corio & cura eius, Cap. xxvii.

**D**icto de infirmitatibus quæ accidunt equo in capite, & intra corpus dicendum est de his quæ eueniunt eis iuxta tergum, sit igitur quælibet læsio in equi tergo, rumpēs aliquando aliquam partem corij dorsi in tergo, & quandoque fodens dorsum usq; ad ossa, quæ ex nimia oppressione sellæ uel alterius ponderis efficitur, quæ lesio cornus à pluribus nuncupatur.

Bb 2 Cura;



Cura. Folia caulium cum axungia porci trita superponatur, & sella uel pannellū supponatur, ut prematur medicinam super ipsum cornu continue, ad idem ualet scabiosa cum axungia porcina simul trita. Item, ad idem ualet cinis suppositus cum oleo agitatus. Item, ad idem fulligo cum sale & oleo agitata. Item, ad idem sterco humanum recens superpositum multum ualet. Et nota quod cornus citius curatur radicitus, si equus equitet supposito aliquo medicamine prædictorum, & medicinis sæpius renouatis deuulso cornu & radicitus extirpato, locus stappa minutissime incisa & postea inuoluta in puluere de calce & melle, ut dictum est de uerme capitulo, impleatur, abluto tamen prius decenter uulnere cum aceto uel cum forti uino aliquantulum calefacto, & hoc fiat bis in die, donec fuerit solidatum. Cauendum tamen est ne aliquod pondus superponatur in tergo donec carnes uulneris corio fuerint adæquate.

## De morbo pulmonis &amp; cura eius,

## Cap. xxviii

**F**It & alia læsio in equi dorso faciens inflationes in eo, deinde generat ibidem carnes putrefactas, quæ accidunt expressione incidentis sellæ uel aliquid superflui oneris frequentati. Nam talis inflatio cum ueterascit putrefactionem inducit, quandoque putrefactione antiquata iuxta ossa efficitur quedam coagulatio carnis infectæ, eiciens continue putredinem, uelut aqua, & hic morbus dicitur læsio pulmonis uulgo. Cura. Hic morbus circumquaque funditus incidatur, postea supponatur stappa in albumine oui infusa, & usque ad tertiam diem semel tantum in die mutetur, deinde fiat, ut de cornu dictum est supra. Salubrius uero curatur cum puluere resalgaris, ut in infirmitate uermis dixi, nam sine incisione aliqua medicatur equo dolorem minimo patiente.

## De morbo spallatici &amp; cura eius.

## Cap. xxix.

**F**It & alia læsio in tergo, tumefactionem inducens in summitate spallarum equi, faciens quandam callositatem carniū circa spallas equi, superficiem superantem tumefactione supra dicta, eidem antiquitus imminente quæ accidunt similiter ex nimia oppressione, ut dixi, & hæc spallatiæ dicuntur nomen ex opere sumentes. Cura. Curatur per omnia, ut dictum est in præcedenti capitulo de pulmone. Si uero spallatiæ duræ fuerint, mollificentur cum maluaisco, & canalibus tritis cum axungia porcina ueteri, additis etiam absinthio, paritaria, & branca ursina, & simul bene tritis. Et postmodum decoctis in olla & suppositis, hoc autem mollificatiuum, fiat antequam spallatiæ inciduntur, uel resalgarū super aspergatur, ut dixi.

## De diuersis agritudinibus quæ tergo accidunt,

## Cap. xxx.

**F**lunt & alię multæ læsiones in dorso equi, propter oppressionem prædictam, ineptæ sellæ, uel ponderis uel oneris in humeris. Et quandoque fiunt ex superfluo sanguine, uel humore uelut uesicæ paruulæ plenæ sanguine putrido, quæ rumpunt corium, & carnem equi in dorso, deinde efficiuntur uulnera



uulnera paruula siue magna quæ omnes dicuntur uulgariter læsiones. Sed est sciendum, quod læsiones prædictæ quâto propinquiores sunt ossibus dorsi, tanto deteriores existunt, periculum aliquando inferentes. Cura. Omnes ferè læsiones quæ tergo accidunt, habent principium à tumore, unde cum principijs sit obstandum, statim cum uidetur tumor fieri in aliqua parte dorsi cum rasorio illa tumefactio abradatur, deinde fiat emplastrum cum farina tritici comminuta decenter, & cum oui albumine agitetur, & ea super linea pecia posita, super tumefactionem ponatur, nec remoueatur inde uiolenter emplastrum, sed cum leuiter uidebitur tolli posse tollatur, & si putredo erit ibi congregata, coriū cum ferro cuspeo aliquantulum calido in parte inferiori tumefactionis perforetur, ut inde egrediatur putredo, post hoc uero sæpe ungetur in die cū aliquo liquido unctioso, fiunt etiam quandoquidem rupturæ uel excoriationes in dorso equi ex oppressione oneris, ut prædixi, uel occasione alicuius baroli uel carbunculi ex superfluitate sanguinis generati, quæ ilico debent radi, & superaspergi assidue puluis calcis uiuæ cum melle combusto, ut in tertio capitulo edocetur, ablutis prius uulneribus cum uino calido uel aceto. Et caueri debet à sella, uel alio simili semper donec liberatus existit. Sciendum est tamen quod ubicunq; fiunt tumefactiones in dorso uel in tergo equi, subuenire debet cum emplaistro farinæ tritici agitatae cum oui albumine, ut supra dixi. Et in omnibus planis læsionibus solidandis, supponuntur ij pulueres scilicet myrtum siccum puluerizatū, uel gola leuis puluerizata uel pecia lini combusta, uel corium aptatum combustum, uel putredo ligni putrefacti, quæ carolus uocatur, & super omnibus alijs supradictis dictis puluis de calce & melle mirabiliter operatur, ante tamē applicationem puluerem prædictorum læsiones semper abluī debent decenter cum uino calido uel aceto. Et ut pili post consolidationem carniū renascantur, testa auellanæ uel testudinis cōbusta teratur, & cum oleo agitato sæpe ungetur, ad idem ualet charta bombycina, uel bombyx combustus, & cum oleo agitatus. Item nota, quod sal in aqua sufficienter infusum, uel in aceto, quod est melius, multum ualet contra omnem tumefactionem incipientem in dorso.

De morbis qui accidunt in cruribus equi & alijs quibusdam, & de morbo maleferruti & cura eius, Cap. xxxiii.

**C**ompleto tractatu læsionū tergi, sequitur de his qui accidunt in cruribus & pedibus & quibusdam alijs membris. Et primo de morbo maleferruti, qui ueniens in lumbis equi, dolores in eis uel in renibus equi infert attrahens neruos lumborū & renum incessanter, qui subito accidit ex superfluitate malorum humorum, & aliquādo ex frigiditate diu assumpta, & sæpe accidit propter superfluum & immoderatum pōdus in equi tergo improuè positum, unde equus uix potest se ex parte posteriori erigere, uel crura decenter leuare, & hic morbus uulgariter dicitur maleferrutus. Cura. In hac ægritudine renes uel lumbi equi patientis optime abradantur, deinde fiat ibi stricto-



rium tali modo, accipiatur pix noualis, uel liquefacta decenter in quadam pellucula, extendatur ad longitudinem & latitudinem lumborum uel renum, deinde accipiatur bolum armenum, ammoniacum, pix græca, galbanum, olibanum, mastiche, sanguis draconis, galla, æquali pondere, & omnia ista terantur & decenter puluerizata superaspergantur super picem prædictam aliquantulum calefactam, & ponatur super renibus patientis, pilis abrasis, & inde non moueat donec leuissime poterit remoueri. Ad idem aliud strictorium melius, accipiatur consolidida maior, bolum armenum, galbanum, ammoniacum, pix græca, mastiche, olibanum, sanguis draconis, sanguis equinus recens uel siccatus, tantum uero domesticæ picis græcæ, & olibani, quantum de alijs omnibus, & puluerizentur simul uel per se uel cum albumine oui, & bona quantitate farinæ tritici misceantur, & super una pecia forti de lana bene extensa ponantur, & fiat per omnia ut de præcedenti lumbi dixi emplastro. Item ad idem remedium ultimū renes uel lumbi patientis decenti ferro calidissimo coquantur, crebras & multas lineas per longum & ex transuerso faciendo, ab una parte renum, usque ad aliam procedentes, nam supradicta emplastra renes consolidant, humores desiccant, neruos mitigant, & ignis carnes desiccant, attrahit, & coarctat.

De morbo scalamati & cura eius, Cap. xxxii.

**A**ccidit hæc ægritudo quæ uulgo dicitur scalamatus, quæ mouet uel se parat caput anchæ de loco ubi stare naturaliter debet in motu uel cursu equi, cum pes labitur ultra uelle, uel cum uersus terram premitur indirecte. Accidit etiam quando pedes posteriores equi retinis mutilantur. Cura: Ponatur astalata conueniens per unum semissem sub læso capite anchæ, ut humores ad locum concursi per astalatum uiam habeant exeundi, & locus circum circa manibus sæpe prematur, ut egrediatur putredo, & paruo passu moueatur equus, ut humores facilius exeant propter motum, deinde fiat strictorium tali modo: Accipiatur pix naualis & græca, olibanum & mastiche & aliquantulum sanguinis draconis, & tantum de pice nauali quantum de omnibus alijs, & puluerizentur, & cum pice nauali simul omnia liquefiant, & tantum calida quantum poterit ponatur in capite anchæ læsæ extensa, & super ea ponatur stappa minute incisa, ad idem ualet si ponantur in loco læso setones, qui assidue humores ibi uenientes expellat. Ad idem quod ultimum est remedium, locus læsus anchæ tam per longum quam ex transuerso decentibus lineis decoquatur, ut restringatur humores.

De læsione spallati & cura eius, Cap. xxxiii.

**A**ccidit in spalla læsio, ut in ancha, ex eisdem causis, & etiã ex ictu calcium aliorum cuius equi, qui curat eodem modo, ut in ancha, ut in eius læsione prædictum est.

De grauedine pectorali & cura eius, Cap. xxxiiii.

**A**ccidit item quandoque quod pectus equi ex superfluo sanguine uel labore uel onere aggrauat, in tantum quod equus uidetur in motu antè aliquantulum



aliquantulum impediri. Cura. Cōsuetę uengę sufficienter ab utraq; parte pectōris minuantur, deinde setones ponantur sub pectore, quibus agitentur in die, ut in capitulo uermium dixi, & usq; ad quindecim dies.

De morbo zarde & cura eius, Cap. xxxv.

**L**icet supra dixerim morbum zarde naturaliter equo euenire, tamen etiā accidentaliter ei contingit, cum immoderate oppressus est & crebris equitatibus festinatus, propter debilitatē & teneritatem ipsorum, citius tamen accidit in cruribus equi superflue impinguati, cum oportet equitādo subito fatigari, quoniam dissoluuntur ex dictis causis humores superflui, & ad crura descendunt, unde fiunt zarde in garecto, ut supra dixi. Cura. Cum equus uidetur in garectis tumefieri admodū nucis uel amplius exterius uel interius, statim subueniatur cum decenti decoctione per longum & obliquū in tumido loco. Alia cura. Zardis decoctis sterco bouinum calidum cum oleo superponatur, semel tantum non amplius, deinde retinis & prædictis tam antierius quā posterius taliter alligetur, quod equus cocturas ore nullo modo carpere possit, nec ad alium pedem fricare, nec in aliquo loco duro pedē fricare, ne possint excoriari cocturæ, nam per assiduas cocturas plurimum equus auide fricat, uel locum mordet decoctum, & à die decoctionis usq; ad dies ii. erit hoc diligenter seruandum. Excoriato uel separato corio cocturarum, quod in 9. uel in 10. diebus cōtingit, equus in aqua frigida uelocissima teneat, à summo mane usq; ad mediam tertiam, ita quod aqua superet & tanget cocturas præfatas, eo uero ab aqua remoto, super lineis cocturarum puluis terræ subtilissimus uel cinis aspergatur, idem etiam in sero fiat, ut teneat in aqua ab hora uespertina usq; ad solis occasum, & puluis superaspergatur, ut dixi, & cōtinuetur hoc omni die & mane & sero, donec ignis fuerit solidatus decenter. Nam aqua uelox & frigida humores desiccet & ulcera, ignis consolidat & constringit. Et nota, quod in omni coctura debet equus diligentissime custodiri, ne cocturam possit morderē, uel in aliquo loco fricare, quia ex nimio pruritu locum dentibus usque ad neruos & ossa morderet.

De morbo spaneni & cura eius, Cap. xxxvi.

**H**ic morbus fit circa garectum intrinsecus ex latere garecti paulo inferius inflationem adducens, circa uenam magnam qua dicitur fontanella, trahens humorem per uenam assidue prædictam, unde equus fatigatus cogitur dolere, & hæc læsio contigit equo per omnia, uelut zarde, que uocatur spanenus. Cura. De prædicta uena trahatur sanguinis tantum, ut per se sanguinem non emittat, deinde tumefactio spaneni per longū & obliquum decentibus lineis decoquatur, fiat per omnia, ut in dicto Zardæ capitulo.

De morbo tubæ & cura eius, Cap. xxxvi.

**F**it ægritudo hæc subtus caput garecti in magno posteriori neruo, aliquam putrefactionem faciens per longitudinem ipsius nerui indignans,



continue ipsum & lædens, & quia idem neruus quasi totum corpus equi sustinet, cogitur necessario claudicare. Accidit autem hæc egritudo cum equus ætate minor equitetur indebite, sæpiusq; cōtingit ex onere superfluo imposito ei, tunc enim propter teneritatem ætatis incuruatur neruus, ex quo nominatur turba, ex opere nomen assumens. Cura. Cum dictus neruus qui incipit à capite galecti & inferius tēdit iuxta pedes in posteriori parte cruris uidetur aliquid incuruari, uel plus solito ingrossari, statim ingrossatio illa tam per longum quam per obliquum decenter coquatur, deinde fiat per omnia, ut supra de cocturis expressi. Et est notandum, quod ubicunq; fiunt cocturæ in cruribus equi, fieri debent per longum & obliquum, sicut pilus equi descendit inferius, quia melius cooperiuntur à pilis, & minus apparent quam si fierent ex transuerso, & minus læderent equum, si neruus aliquis crurium tãgeretur ab igne.

De spinellis & cura eius, Cap. xxxviii.

**H**ic morbus qui spinella uocatur, fit subtus garectum in iunctura ossis eiusdem garecti in utroq; latere, & quando in uno tantum, creans os ad magnitudinem auellanae, uel magis reprimens iuncturam in tantum, quod equus multotiens cogitur claudicare, & accidit equo his causis, quæ supra sæpe dictæ sunt. Cura. Dictæ spinellæ sunt decenter coquendæ atq; curandæ diligenter, ut prædictæ cocturæ in omnibus curantur.

De morbo suppressi & cura eius, Cap. xxxix.

**F**lunt in eius cruribus multa & diuersa suppressa, uel cum mordet uel calce percutit, uel ipso de crure percutit rem aliquã duram quæ non in tantum nociua quantum indeformia sunt in equo. Quæ etiam in alijs partibus corporis, nõ solũ in cruribus sæpe fiunt. Cura. Cum omnia suppressa incipiãt fieri ex quadam callositate carniũ, ex percussione aliqua adueniente, statim cum fieri uidebitur callositas abradat, & accipiat absinthiũ parietaria, & branca ursina, scilicet folia tenera, & terantur simul cum axungia porcina ueteri, & coquantur, & cocta tantum calida quantum pati poterit super callositatẽ ponantur, & bene ligentur. Et nota, quod mollificatiuum multũ ualet ad omnes inflationes crurium ex percussione aliqua uenientes. Item ad eandem callositatem omnino dissipandã ualet radix maluauisci & radix lilij & thapsi barbati trita axungia, & decocta, cum pecia superposita admodũ emplastri, & pluries remoueatur. Item ualet cepe assatũ cum lumbricis terrestribus tritũ, & cum oleo cõtanti agitatũ, & coctũ & calidũ superpositũ & renouatum in die. Si uero callositas illa fuerit antiquata & dura effecta, ea prius abrasa, scarificet minute ad sanguinẽ, deinde sal tartarũ æquali pondere subtiliter tritũ, super callositatẽ ponatur, & ligentur stricte, nec usq; ad diem tertium dissoluantur, & tunc dissoluta locus ungetur butyro uel aliquo unctiuoso. Item ad idem omniũ usq; duritiẽ decoctum & mundatũ calidum super callositatem abrasam ponatur, admodum placentule, & ligetur usq; ad diem tertium, non mouetur si uidetur expediens. Item



Item ualet stercus caprinum cataplasmatum cum farina hordei, & creata in aceto fortissimo agitatum, & postea superpositum ad modum emplastri. Si uero callositas illa dura non decreseat, sed suppressum redigatur antiquum, decentibus cocturis, quod est ultimum remedium, succurratur.

## De attractione &amp; cura eius, Cap. XL.

**F**le & alia ægritudo in parte cruri anteriori tumefaciens & indignans neruum, & faciens claudicare, quæ facile accidit equo in cursu, in motu, cum pes posterior percutit neruum anterioris cruris, quæ passio attractio uocatur uulgo. Cura. Cum neruus prædictus tumescit, statim de uena consueta quæ est parum super genua in parte anteriori minuatur, deinde fiat hoc mollificatiuum ualens contra indignationem & tumorem neruorum, accipiantur fœnumgræcum & semen lini, scylla, cœtaurea & radices maluauisci, equali mensura, & cum axungia ueteri porcina decenter terantur, & simul incorporantur, postea bullient & semper agitentur cum spatula, & sufficienter cocta ponantur calida super longitudinem nerui læsi, & cum fascia lata ligentur, & bis remouentur in die. Ad idem etiam ualet satis cepe assatum cum terrestribus lumbricis & limacijs & butyro liquefacto simul agitatis, & usque ad spissitudinem decoquantur, & semper agitentur cum spatula, & fiat sicut unguentum, & de ipso abraso pilis ter in die neruus læsus per lōgum ungatur. Si uero cruris attractio sit uetusta phlebotometur de consueta uena, quæ posita est inter iuncturam & pedem ex latere interiori, & fiant postea medicinæ quas supra narraui. Si dicta medicamina per aliquos dies parum uel nihil proficiant, tunc neruo læso & circumquaque abraso fiat strictorium de puluere rubeo uel albumine oui & farina, ut docui in cap. Maleferruti. Crus ubi læsio est cum canabo uel lino & prædicto strictorio inuoluendo, nec inderemoueatur usque ad nouem dies, & postea cum aliqua calida strictorium à crure caute leuetur, & neruus ungatur cum aliquo unctioso, & si prædicta omnia non profuerint cocturis decetibus succurrat.

## De morbo scortilati &amp; cura eius, Cap. XLI.

**A**ccidit quandoque quod iunctura cruris iuxta pedes leditur ex percussione, quam facit in aliquo loco duro, uel ex præcipitatione eius in cursu uel motu, aut quia quandoque pes indirecte premitur uersus terram, quæ passio uulgariter dicitur scortilatus. Cura. Fiant pultes de fursure tritici & aceto forti ad spissitudinem bulli, aut agitata decenter & calida quantum pati poterit ponantur super locum læsum, & cum pecia congrua bene ligentur, in quo libet die sæpius remoueatur. Si uero iunctura tumefacta patitur indignationem neruorum, fiat emplastrum fœnuigræci, seminis lini & scyllæ & aliorum, ut in præcedenti capitulo dixi. Sed si occasione scortilati prædicti os à suo loco mouetur, pes equi sectus claudicantis eleuetur in altum, & cum equi cauda ligetur, deinde ducatur ad manum uersus loca montuosa, quia ex necessaria



cessaria oppressione iuncturæ uersus terram os disiunctum aliquod ab alio uel aliquo modo motum instanter ad suum locum reuertitur, sicut debet, sed tamen prius fieri debet mollificatiuum, quod prædixi. Accidit quandoque quod unum os ab alio sic disiungitur, quod uix aut nunquam commode ad suum locum potest reduci, ex quo iunctura tumefieri cogitur inflatione durissima cui cocturæ beneficio succurri oportet. Nota quod omnium curarum notarum superioris, coctura ignis ultimum est remedium.

De lesione spinæ uel ligni & cura eius, Cap. XLII.

**C**ontingit aliquando quod spina uel lignum intrant in iuncturas pedum uel genua uel in aliam partem cruris, & inter carnes remanet, propter quod uulnus uel totum crus tumescit, & maxime si neruum tægat, unde cogitur claudicare. Cura: Abradantur undique circa ipsum pili, & super linis trita capita lacertarum, aliquantulum trita ponantur super uulnus, & cum pecia fascietur. Ad idem ualent radices arundinis, & radices dictamni tritæ & superpositæ. Idem faciunt limaciæ cum butyro tritæ & coctæ & postea superpositæ, quæ sæpe renouatæ lignum uel spinam infixam in carnem mirabile exteriora deducunt. Et nota, quod ad omnem inflationem mollem & recenter factam, quæ sit præter naturam ex percussione aliqua in genibus, uel iuncturis, uel in aliqua parte crurium, satis ualet decoctio mixturæ supra scripta, uidelicet accipiatur paritaria, absinthij, brançæ ursinæ de folijs quod deterrimum est, & cum axungia porcina ueteri tam diu tereantur, donec optime misceantur, & postea in aliquo uase bulliant, continue agitata & cocta & calida quantum pati poterit super locum læso ponantur, & cum pecia fascientur, & sæpius remoueantur.

De gallis & cura ipsorum, Cap. XLIII.

**F**lunt gallæ naturaliter iuxta iuncturas & sæpe accidentaliter ex fumositate sibi stabuli, cruribus madefactis, ex quo humores facile dissoluuntur, fiunt etiam quandoque in equo iuvene ex superfluo equitatu. Cura: Sunt aliqui qui curare uolentes gallas, & cum lauceta scindunt corium, & deinde gallas trahunt, uel resalgarium intus ponunt, quod malum est, quia talis locus nimis neruosus existit, & ideo in tantum dolor augetur, quod superflui humores ad locum concurrunt, ideoque melius est, ut equus gallosus usque ad genua mane & sero in aqua frigidissima & uelocissima teneatur, totiens quod gallæ minuantur propter coarctationem aquæ frigidæ, deinde circa iuncturam gallarum, fiant tamper longum quam per obliquum cocturæ decentes, & postea curetur, ut pluries est expressum.

De garpis & cura eorum, Cap. XLIIII.

**F**lunt garpæ in iuncturis crurium circa pedes, & in parte posteriorum pentes sibi corium, & carnes ex transuerso incidentes, & quandoque per longam sæpe proijcientes, per scissuras putredinem uelut aquam, ardere eam quæ assidue affligentes, quæ accidunt ex superfluitate malorum humorum ad crura descen-



descendentium. Cura. Pili iuncturæ sunt depilandi prius hoc modo: Accipiantur calcis uiuæ tres partes, & auripigmenti quarta, quæ trita deceter cum aqua calidissima agitentur, & tamdiu coquantur, quod penna immissa subito depiletur. Et læsa iunctura garparum ex ea tantum calida quantum pati poterit iniungatur, & spacio unius horæ dimittatur ibidem. Postea uero cum aqua calida locus garparum lauetur, ut pili cadant in totum, quibus euulsis lauentur garpe cum decoctione maluarum & fursurum & ipsorum substantia cum panno ligentur circum circa iuncturas, & ibi dimittantur, a sero usque ad mane, & ecounter. Postea uero fiat unguentum de seuo arietis, cera & resina æquali mensura, & iuicem decenter bulliant, & assidue agitentur, & de tali unguento aliquantulum bis in die garpæ ungantur cum penna gallinæ, & hoc unguento utatur donec scissuræ & rupturæ garparum fuerint solidatæ, semperque caueatur ab omni sordibus & aqua. Cum autem fuerint solidatæ ablaquetur & incidetur uena magna sursum in coxa interius, ut in spanenæ cap. dixi. Sanguine autem, ut decet, detracto, garpæ coquantur, & cocturæ curentur, ut dictum est supra. Sciendum est tamen quod garparum infirmitas raro perfecte curatur.

De crepatijs & cura eorum, Cap. XLV.

**F**lunt similiter ægritudines inter iuncturam cruris & ungulam, coriurum, penes & carnem, ad similitudinem scabiei, aliquando putredinem emittentes, & ex ardore multotiens equum dolere facientes, quæ solent euenire pluries ex sumositate stabuli, cruribus madefactis. Cura. Curentur ut dictum est in capitulo præcedenti excepto quod uena magna non laqueat, nec crepatione eis coctis aliquibus sunt coquendi, in præcedenti tamen capite additur quod euulsis prius pilis, modo præscripto hoc unguento utatur: Accipiat de fuligine de uiridi ramo, de auripigmento, & tantum de melle liquido, ut de omnibus supradictis, quæ trita & simul agitata usque ad spissitudinem decoquantur, & misceatur cum eis aliquantulum calcis uiuæ, semperque misceantur cum spatula, donec fiat unguentum de quo aliquantulum calido bis in die ungantur crepatijs, ipsis prius ablutis cum uino albo, & aliquantulum calefacto, cauendo semper eas a sordibus, ut prædixi. Hoc enim unguentum crepatias mirabiliter consolidat & constringit. Ad idem ualet satis fricatio fortis & frequens crepatiarum, cum puerili urina. Item ualet si equus patiens diu teneatur in aqua marina, fit etiam quædam alia crepatia longa & magna ex transuerso in bulesis inter carnem uiuam & ungulam, quæ deterior est alijs, & magis equos affligit, quæ non curatur unguentis nec alijs medicaminibus, nisi cocturis, & ideo ipsa crepatia in extremitatibus suis cum ferro in capite rotundo funditus est coquenda, nam beneficio ignis ipsa crepatia non potest augeri, scilicet minui.

De fistula & cura eius. Cap. XLVII.

**C**ancer fit iuxta iuncturas crurium circa pedes, & quandoque in alijs partibus crurium uel corporis ueniens ex aliquo uulnere ibi facto, & postmodum



dum per negligentiam cum equus habens uulnus in iunctura prædicta equitat per turpitudines aut aquas. Cura. In quacunq; parte sit corporis, hoc modo curatur: Accipiat succus asphodelorum in bona quãtitate, & agitetur diu, cum duabus partibus calcis uiuæ, & tertia auripigmenti subtiliter triti, deinde ponatur in quodam uale fictili oppilato, postmodum ne fumus uel uapor inde possit exire, & tantum dimittatur bullire ac coqui, quod in puluerem redigatur, & de tali puluere ponatur in uulnere. Mortificato cancro curetur uulnus cum albimine oui, & alijs, ut superius continetur, abluto semper prius cancro cum aceto. Signum autem mortificationis cancri est, cum uulnus circũquaq; tumescit. Ad idem ualet stercus humanum puluerizatũ & mixtum cum trataro combustum æquali mensura. Item ualet ad idem tartarum combustum cum sale minuto mixtum, & superpositum. Item aliud medicamen melius mortificans cancerũ, allium bene tritum cum pipere & pirethro, & aliquantulum axungie porcine tritis adinuicem mittatur in uulnus cancri, & stricte liget, & bis in die mutet donec cancer mortificetur, deinde curet uulnus, ut dixi. Et nota, quod prædictæ medicinæ sunt bonæ in locis neruosis, & in arterijs undiq; intricatis & uenis, nã in talibus locis non est utendum cocturis, sed in carnosus eis uti nullatenus est uitandum, imò cum cocturis facilius curatur in ipsis.

De fistula & cura eius.

Cap. XLVII.

**S**I uulnus prædictum cancri, & ipse cancer antiquetur & non curet, conuertitur in fistulam, quæ est deterior & difficilior ad curandum, sed solent curari aliquando cum asphodelorum puluere, immiscendo eidem tantum de puluere auripigmenti, quantum de calce uiua, ut uiolentior fiat. Itẽ aliud ad sanandum uiolentius fistulam, accipiat calx uiua & tantundem auripigmenti, quæ puluerizata decenter agitentur cum succis allij, cepæ & ebuli, æquali mensura & sufficienter bulliant in melle liquido, & aceto, & agitentur continue donec fiat unguentũ, de quo mittat in fistulam, bis in die uulnere cum aceto fortissimo prius abluto. Itẽ aliud uiolentius omnibus alijs prædictis resargarũ puluerizatũ, ad idem accipiat auripigmentũ uiride ramũ, calx uiua, equali pondere & de atramento & pirethro cũ aceto & melle aliquantũ decoquantur, & semper agitentur, & de illo magdaleones bis in die mittat in fistulam donec mortificata erit, abluto semper uulnere cum aceto fortissimo. Est autem signũ mortificationis eius quando tumescit & rubet, mortificata uero fistula curetur, ut in alijs uulneribus continetur. Si uero in locis carnosus creat fistula, fiat per omnia ut in cura cancri continetur.

De morbo malpitiõ & cura eius,

Cap. XLVIII.

**E**st & alia ægritudo quæ uulgariter dicit malpitiõ, quæ sit proprie in bulletis unguarũ equi, ut carnes uiuæ iungunt unguis, quæ uelut infusio impedit gressus equi, & quandoq; in uno pedum, & quandoq; transit ad omnes, si non curet instanter, & quandoq; facit ulcera euenire in lingua equi,



equi, accidit autem de leui ex malis humoribus ad ipsum locum decursis, & sepius ex stabuli fumositate, pedibus ab aqua & sordibus non siccatis. Cura: Primo equi patientis unguæ usq; ad subtilitatem præparentur. Deinde diligenter senecta ferrea bullesia pedis usq; quasi ad unum unguæ adnihilatur, ut bullesia possit undiq; uaporare: deinde ab utraq; parte bullesia sic phlebotometur, ut inde euacuentur humores ad locum concursi: uel cum ferreo cuspideo ab utraq; parte funditus decoquatur, & semper caueatur à sordibus ab aqua, & non debet fatigari. Postea uero fiant pulues de surfure & aceto, quæ in simul bulliant, & continue agitentur, quæ tantum calida quâtum pati poterit super quadam pecia bene ampla extendatur, & circa pedem læsum ponatur, & bis in die mutetur. Et ab herbarum comestione caueatur omnino, & etiam de alijs rebus parum comedat, donec fuerit liberatus. Nam herbæ ceteraq; cibaria multa humores augmentant.

De furma, id est, furmelli & cura eius, Cap. XLIX.

**F**It autem quædam infirmitas quæ furma uulgariter dicitur, inter iuncturam pedis & pedem, super coronâ prope in pastura, quæ accidit ex percussione mala, in aliquo duro loco, & etiam occasione mala & indecenter impedita solent sæpius euenire, quæ nisi cum adhuc sit recens curetur, efficitur super os durissimum cum ueterascit, extendens se aliquantulum super coronam, cui uniuersaliter subueniendum est, siue sit recens, siue fuerit antiquatum, ut prædictum est in cura suppressi. Et nota, quod hæc infirmitas plurimū impedit gressus equi, quia locus ubi furma oritur neruosus & plenus uenis & artibus undiq; intricatus.

De egritudinibus pedum & unguarum, Cap. L.



**C**ompleto tractatu de læsionibus membrorum equi & crurium, restat uidere & dicere de infirmitatibus unguorū pedū, & primo de fica quæ fit in equi unguæ siue pedis unguæ, usq; ad tuellum intrinsecum per medium scindens. Et quandoq; incipit in corona pedis, & incedit per longum inferius usq; ad extremitatem unguæ uel pedis, emittens aliquando uium sanguinem per scissuram. Accidit aut cum equus est ex læsione tuelli intus unguæ

existentis. Cum hæc infirmitas initium & caput habeat à tuello, & quandoque accidit cum equus est iuuenis propter unguæ teneritatem. Nam percutiendo uel acriter premendo in aliquo loco duro leditur tuellus tenerrimus, ut prædictum est, propter quæ claudicat equus, cum sæpius equitat. Cura; Inquirantur radices

Cc sicq



fice uersus tuellum iuxta coronam pedis inter uiuum & mortuum unguli cum rosuecta, & desuper incidatur donec ungula incipiat sanguinare, deinde accipitur serpens & ad minutum incisus, abiectis cauda & capite in quodam uase, oleo communi pleno decoquatur in tantum, quod carnes serpentis in oleo liqueant, & ab ossibus separantur, & de his fiat unguentum, ex quo aliquantulum calefactoradices ficę bis in die ungantur, donec mortificetur fica, & ungula in statu pristinum iterum ducatur. Semperq; cauendū est ne pes patiens à sordibus uel aqua tangatur, & quod equus herbas ullo modo comedat.

De morbo superpositę & cura eius, Cap. LI.

**F**It hæc lesio quę superposita dicitur inter carnem & ungulam, faciēs rupturam carnis ibidem, sed si antiquatur sæpe cancer efficitur, & accidit cum casu equi pes ponitur super alium pedem. Cura. Statim cum uulnus sit occasione prædicta, incidatur rosuecta tantū de ungula circa uulnus, quod ungula carnem uiuam non premat, nec tangat eandem, nam si premeret consolidatio impediretur omnino. Abscisa autem ungula circūquaq; ablutoq; uulnere cum uino calido uel aceto curetur, & consolidetur uulnus, ut in præcedenti capitulo cōtinetur. Semperq; caueatur uulnus à sordibus & aqua, donec fuerit solidatum. Si uero per negligentiam redigatur in cancerum, curatur ut in capitulo canceri continetur, si autem conuertatur in fistulam, curatur ut in capitulo fistulę continetur.

De infusione descendente ad ungulas, Cap. LII.

**A**ccidit aliquando quod equi infusio non curata, descendit ad pedes sub ungulis, cui si recens est, succurratur hoc modo: Extremitates ungulę in parte anteriori rosuecta parua cauentur funditus, donec uena magna quę illuc tendit rosuecta rumpatur, & sanguis fluat usq; ferē ad debilitatē equi. Et si expediret in alijs pedibus claudicantibus idem fiat, post extractionē ferē sanguinis impleatur uulnus sale minuto, & super ipsum ponatur stупpa in aceto perfusa, deinde ligetur fascia, nec dissoluatur usq; ad diem secundum, deinde curetur uulnus cum puluere gallę uel myrti uel lentisci, bis in die abluto semper uulnere prius cum aceto, & à sordibus & aqua caueatur, donec fuerit liberatus.

De dissolutiua unguularum & cura eius, Cap. LIII.

**S**uero humores decursi ad pedes unctiōne infusionis iam dictę inter unguulas ex incongrua cura fuerint antiquati, oportet pedes claudicantes penitus desolari, ut humores & sanguis ibidem inclusi euacuentur in totum, incidatur ergo subtus ungula circa extremitatem ungulę rosuecta, deinde uiolenter extremitates ungulę extirpentur extrinsecus, & stупpa in albumine oui sufficienter infusa ponatur in uulnus, & pes totus optime fascietur, & sic dimittatur usque ad diem sequentem. Postea uero aceto fortissimo aliquantulum calido abluatur uulnus, & de sale minuto & tartaro impleatur & supponatur



natur & superaspergatur de puluere gallæ, myrti aut lentisci, qui carnes consolidant & humores constringuntur, abluto semper prius cum aceto uulnere. Et talis curatio fiat usque ad carniū consolidationem, & unguis renationem, & semper caueatur pes læsus à sordibus & ab aqua. Ad idem aliud unguentum utendum post appositionem salis & tartari, consolidationem carniū prohibens fluxum humoris. Accipiat puluis olibani, mastichis & picis græcæ, & aliquantulum sanguinis draconis misceantur, cum cera noua liquefacta, & tantundem de sæuo arietis, & bulliant simul, ut fiat unguentum. Calido utatur in cura prædicta. Et nota quod multæ sunt infirmitates in quibus oportet ungulas desolari, in quibus omnibus est prædicta cura utendum. Item ad humectandum singulas ungulas ut leuius præparentur, accipiantur malua, parietaria, surfur & fennum, & omnia in simul bulliant, & agitentur continue, ac de ipsa coctione sufficienter calida unguis cum pecia inuoluantur.

De mutatione unguarum & cura eius, Cap. LIIII.

**S**Aepe accidit quod desidia marischalci humores concursi ad pedes & diu inclusi tantum inter unguam antiquantur, à tuello intrinseco separant, exeundi uiam quærentes. Accidit etiam aliquando quod unguis penitus & subito separatur à tuello, & cadit propter furorem multorum humorū ad unguam discursorum, & quandoque paulatim unguis se diuidit à tuello, & nascitur sequens noua unguis separantem quod accidit propter paucitatem humorum, cui sic subueniat. Cura. Statim cum rosuecta circum circa uetus unguis inciditur aliquantulum, ubi iungitur cum nouella, ita quod uetus unguis dura nouam non premat, nec in aliquo lædat, deinde accipiantur due partes seui arietis & tertia ceræ, bulliant simul agitando, & addendo aliquantulum olei, donec fiat unguentum, de quo aliquantulum calido bis in die noua unguis ungetur. Et nota quod hoc unguentum ualet ad renouationem & augmentationem omnium unguarum, sed caueatur semper à sordibus & ab aqua. Unguis uero quæ subito diuiditur à tuello & cadit, incurabilis creditur, sed talis cura probetur. Accipiatur pix græca, olibanum, mastiche, bolum, sanguis draconis, & galbanum æquali mensura, puluerizata subtiliter cum duabus partibus seui arietis, & tertia cere agitando coquantur, deinde pannus lineus infundatur in eis, & de tali panno fiat capellum seu subcellare ad modum tuelli, in quo tuellus ponatur, & bis in die extracto capello tuellus abluatur cum aceto fortissimo tepesfacto, & iterum in capellum mittatur, & est ualde cauendum, ne tuellus ab aliquo duro tangatur, & quandoque equus propter unguis amissionem recte stare non potest, & tunc fiat eidem stratum de longis paleis super quo pro uelle quiescat, & quia graue & tædiosum esset equo semper iacere, accipiat fortis pecia panni, uel fortificet cum cingulis, & in capitibus optime liget cum funibus, à medieta te corporis usque ad pectus sub eo ponat, & funus ligent ad trabes, taliter quod equus pedibus terram tangat, & sustineat ab eis, & in tantum eleuetur. Et nota

Cc 32 quod



quod hoc artificio potest equus iuari, quando propter aliquod impedimētum recte stare non potest.

De diuersis inclauaturis & cura eorum, Cap. LV.

**F**It quædam species inclauaturæ lædens funditus tuellum intrinsecum, sic & alia, quæ transit inter tuellum & ungulam, intrinsecus tuellum minus lædens. Fit etiam tertiū, non lædens tuellum in aliquo, sed uiuam ungulā attingit & lædit. Prima species satis periculosa est pedi, quia tuellū lædit, quæ est quædam teneritas ossis ad modū ungulæ factæ, ungulam nutrens & radicem ungulæ in se tenens. Cura. Si tuellus fuerit funditus nimis læsus, uenitur ei salubriter, cum ungulæ dissolutione. Si uero fuerit parum lædens, discooperiatur cū ferreo instrumento, sola ungula circa uulnus & in tantum circum circa læsionem de ungula funditus incidatur, quod læsio attingat & discooperiatur decēter. Quod discooperta subtilietur ungula sola circa læsionem, in tantum quod spacium conueniens sit inter læsionem & ungulā, ita quod ipsa non premat, nec adhæret læsioni. Quo facto uulnus cum stappa & albumine oui impleatur, deinde curet uulnus cum sale minuto, & aceto forti, & puluere gallæ ac myrti aut lentisci, ut dictum est in Cap. præcedenti. Si uero clauellus inter tuellum & ungulam transierit minus periculosus existit, quia tuellus non læditur nisi ex latere. Sic autem curatur in clauatura prius usq; ad uiuum funditus detegatur, incidendo per longum ungulam, & ampliando circa uulnus decēter, & circuncidatur ungula læsioni propinqua, ut uulneri nō cohæreat ullo modo. In clauatura autem discooperta uulnus abluatur, cum forti aceto & impleatur de sale minuto, & cooperiatur cum stappa in aceto posita, & cum pecia fasciatur & curetur læsio bis in die, ut supra narraui. Si uero sit tertia species quæ non lædit tuellum, sed uiuum ungulam tangit & lædit fiat omnino idem, ut in secunda specie dixi, adiungitur tamen ei, quod discooperta prius in clauatura decēter exterius ungula incidatur, usq; ad læsionem clauellæ, ut nihil turpitudinis uel alterius rei inter læsionem modo aliquo retinetur. Et nota quod omnes aliæ inclauaturæ quæ non tangunt neque lædunt tuellum intrinsecum, possunt leuiter curari, attentis prius læsionibus prout debet, hoc modo seuum uel cera uel oleum uel aliud unctuosum calida cum sale uel tartaro tritis fortiter mittatur in uulnus. Item ualet uligo cum oleo agitata. Item ualet ad idem albumen oui cum aceto & oleo agitatum. Et nota, quod omnes læsiones pedum & ungarum, quæ accidunt occasione clauelli uel ligni uel alterius rei intrantis in uiuum ungulæ, antequam ungula uel pes tangatur inclauatura, inquiratur ut conuenit. Fiant etiam pultes de surfure seui & maluis, quæ omnia bulliant cum aceto usq; ad spissitudinem, & calida quantum pati poterit in quadam pecia posita super pedem læsum ligent, & sic à sero usq; ad mane uel e contrario dimittantur. Nam hæc dolorem mitigant, & poros ungulæ temperant & humectant, ut facilius ungula incidat, semperq; ab equitatu aqua & sordibus caueant.



caueatur. Accidit etiam aliquando inclauatura ex imperitia medicantis que non bene attingitur, nec curatur. Vnde contingit quod putredo lesionis inclusa inter unguam facit sibi uiam inter carnem & unguam, ut exterius egrediat rum pens carnem super pedem, ibiq; efficitur quoddam uulnus emittens putredinem, quod uulnus curari debet, ut scilicet in capite eodem dixi. Inclauatura tamen iterum requiratur & attingatur usque ad uiuum, deinde curetur ut in alijs clauaturis dixi.

De morbo quid dicitur ficus & cura eius. Cap. LVI.

**A**ccidit quandoq; quod pes leditur subtus unguam in medio sole ex ferro uel alia re dura intransent usq; ad tuellum, ex quo tuellus leditur, ex qua læsione cum unguam non inciditur circunquaq; ut debet, nascit super tuello quedam carnis superfluitas, quæ superat solæ superficiē ficus uulgariter nominatur. Cura. Prius de unguam quæ circa uulnus incidatur in tantum quod fiat conueniens spacium inter solam pedis & ficu, postea usq; solæ superficiem incidatur ficus, extracto sanguine, spōgia marina super ficu ligetur, ut ipsa ficus usq; ad tuellu funditus corrodat. & spongia non moueatur donec ficus fuerit in totum corrosus, postea uero curetur læsio, ut dictum est in alijs lesionibus pedum. In defectu tamen spōgiæ ualet puluis asphodelorum uel rei alterius corrosiuæ, predicto resalgari excepto, quod immoderate uiolentum existit. Et est cauendum ne ibi coctura omnino fiet, nam tuellus propter tēritudinem suam posset taliter lædi quod unguam diuideretur ab ipso.

De generalibus ægreditudinibus equorum, Cap. LVII.

**E**quus claudicans de pede anteriori, si non premit terram nisi cum puncta pedis in unguam patitur. Equus claudicans si non plicat postucalia uel iuncturas, circa iuncturas est læsio. Si equus claudicans antierius in reuolutione a dextris uel a sinistris fit claudicator, in spatulis dolor existit, si equus posterius claudicans in sua reuolutione fit claudicator, in ancha fit passio. Si equus portans dorsum depressum uersus terram facit passus in gressu minutos & crebros, pectoris læsione grauatur. Si equus antierius claudicans, cum quiescit ponit pedem claudicantem aut alium subsistens super posteriorem, non sustineat se nisi in puncto pedis posterioris & in suo motu iuncturam non plicat, in iunctura est læsio. Si equus habens anticar, flatum narium emittat frigidum, & habeat oculos quotidie lachrimantes quasi mortuus iudicatur, equus habens infirmitatem cimorræ uel uermis uolatiui in capite emittens per nares humores continet uelut aquam pinguem & frigidam uix euadit. Si equus habens infirmitatem aragaici, emittat in tantum per ster cora liquefacta, quod nihil in eius uentre simi remaneat, & per effusionem non cessat infirmitas, in proximo morietur. Si equus habens ægreditudinem uuularum subito & utiliter redigitur in sudorem, & membra eius omnia tremant, non uidetur euadere posse. Si equus habens ægreditudinem frigiditatis, caput inflatum, & habet oculos

Cc 3 tumidos,



tumidos, & caput defert ualde deorsum pendens, extremitates auricularū pendentes & frigiditas, & nares etiam frigidas, uix aut nunquam euadet. Si equus patiens morbum strangulonis cum difficultate aut sonitu narium, aut gutturis spiritum emittat, & totum guttur inflatum, difficillime liberatur.

## De mulis, Cap. LVIII.



**S**I quem mulorum genus creare delectat, equā magni corporis solidis ossibus, & forma egregia debet eligere, in qua non uelocitatem, sed robur exquirat, eius ætas à quadriennio usq; ad decennium existat. Ex quo & asina uel asino & equa muli creantur, sed generosius nullum est huiusmodi animal, quā quod ex asino & equa nascetur. Admissarius ergo asinus sit huiusmodi, corpore amplo & solido, musculoso, strictis & fortibus membris, nigri uel murini coloris aut rubei, qui tamen si discolors pilos in palpebris aut auribus gerit, uariabit sobolis plurimū colorem, minor triennio, maior decennio, non debet admitti. Si asinus uisam equam fastidit, ostensam prius asinam donec uoluptas sollicitetur postea subducimus. Et tunc equam incitata libido non spernet & raptus illecebris sui generis in permixtione consentiet alieni. Aetas muli cognosci, ut equorum dicitur. Si nascantur & morantur in montibus ungulæ duræ fiant, si uero in planis aut uliginosis nati sunt ungulas habent molles, & ideo tales cum aniculi sunt debent à matre repelli, & per minores asperos pasci, ut eorum ungulæ durecant, & ne itineris laborum in ætate tenera solidatæ contemnent. mensibus duodecim ut equi, moratur in uentre matris. Accidunt illis ægritudines aliquæ, sicut equis, quæ cognosci & curari possunt, ut satis plene dictum est in tractatu equorum.

## De asinis,

## Cap. LIX.



**A**SINORUM genus qui uult facere bonum, primo uidendum est ut mares sceminasq; bona ætate sumat, firmas omnibus partibus corporis, amplo semineo bono, ex his locis in quibus optimi existunt. Horū genera sunt duo, unum ferum quod uocant onagros, in Phrygia & Licaonia, ubi sunt greges multi feri, alterum mansuetum, ut sunt in Italia omnes. Ad seminationem onagri idonei eligendi sunt, masculus & scemina. Efero fit mansuetus facile, è mansueto ferus nunquam, semper



semper enim similes parentibus nascuntur. Comode pascuntur farre & furrubus hordeacijs, admittuntur ante solstitium æstiuum ut in eodem tempore alternis annis pariant, 12. enim mense conceptum semen reddunt prægnantes. Opere alleuiandæ sunt prægnantes ex labore, eo quod nationem deteriore reddat: mares uero labori alleuiandi non sunt, eo quod remissione laborum deteriores fiunt, in pastu ferè eadem seruanda sunt quæ in equis. Remouedi à matre proximo anno, noctibus patiantur esse cum eis, & leuiter campestris laqueati habeantur iuncti, tertio anno domari incipiunt & instrui ad eas res quas quisque eos uult habere in usu, nam aliqui eos non eligunt nisi ad hoc ut onera portant, alij ut molas ducant, nonnulli eos ad uehendum disponunt, & plerique ad arandum ubi leuis est terra. Accipiunt eis aliquæ ægritudines quæ cognosci & curari possunt, ut in equis curantur.

De bubulis & grege bouum quales debent esse tauri  
& uaccæ, Cap. LX.

**I**N bubulo genere gradus ætatum quatuor esse dicuntur, prima uitularum, secunda iumentorum, tertia bouum, quarta uetulorum. Qui gregem armentorum emere uult, obseruare debet primum, ut sint uaccæ ad fructus ferendos ætatis potius integræ quam imperfectæ, bene compositæ, ut omnia membra sint grossa, inuicem sibi respondeant, altissima forma corporum, uteri capacis & longi, lata fronte, oculis nigris & grandibus, pulchris cornibus, & præcipue nigris, pilosis auribus, compressis malis, palearijs maximis, apertis naribus, ceruicibus grossis & longis, & collo latis, cruribus nigris & paruis, cauda profusa usque ad calces, in inferiori parte frequentibus pilis subcrispis, rectis genibus, uirgulis breuibibus, & paribus, corio ad tactum non aspero neque duro, sed grosso, potissimum nigro, inde rubeo, tertio caluo, quarto albo. Mollissimus enim hic est, primus durissimus. Ceterum mediæ ætatis, maxime trinæ, quia usque ad decimum fœtus procedit, ex his utilior. Tauri cognoscuntur his signis, ut sint alti atque uigentibus membris, ætatis mediæ, & magis qui in iuuetute minor est, quam qui declinant ad seniũ, parua facie, paruis cornibus, tortosa uastaque ceruice, uentre substricto, & qui ex his orti sunt respondent ad parentum speciem, ex quibus regionibus nati sunt, refert, meliores enim in una, deteriores inueniuntur in alia, ut experientia docet.

Qualiter uaccæ ad tauros submitti debent, Cap. LXI.

**H**is armētis hyeme maritima, estate opaca & frigida paremus montana maxime, quia melius frutecis & internascente herba saturatur, quamuis circa fluuios recte propter amœna loca pascantur: fœturæ tamen aquis tepidioribus adiuuatur, unde utilius habetur ubi pluuialis aqua tepentes format lacunas, ut ait Palladius. Stabula utilia sunt saxo uel glareis aut aranea uel lapidibus strata, deuexa aliquantulum, ut elabi possit humor. Parti meridiane aduersa, propter flatos glaciales, quibus aliquibus obsistere debet obiectis.

Cc 4 Cauere



Cauere oportet ne aut angustius stent aut feriantur aut concurrant, & quia eas æstate tabani concitare solent & bestiole quædam minute sub cauda, ne concitentur, in claudantur septis. His substerni oportet frondes uel stramen, aliud uel in cubilia, quo mollius quiescant, æstate ad aquam bis appellandæ sunt in die, sed hyeme semel, cum parere cœperint quod fieri solet mense Aprili, iuxta stabulum pabulum seruari oportet integrum, quod regredientes degustare possint, ut sufficere possint tributo laboris & lactis, fastidiosæ enim propter partum fiunt. Et prouidendum quo recipiant se ne frigidus locus sit, alior enim & fames eas macrescere cogit, & nocte lactantes cum matribus non cubent, obterunt enim, ad eas mane adigi oportet, ut cum redierint à pastu. Custos diligens debet uetulis & sterilibus amotis reparare nouellas & steriles aratro & laboribus deputare. Si quæ amiserunt uitulos, eis supponere oportet eos, quibus non satis prebent matres.

Qualiter & quando uacæ submitti debent, Cap. LXII.  
**P**ropter fœturam hoc seruare debere ait Varro, ante admissuram per unum mensem cibo & potu se non impleant, quia æstimantur facilius matres concipere. Contra tauri duobus mensibus ante admissuram herba, palea & fœno debent fieri pleniores, & secerni à fœminis, deinde in gregem redigi mense Maio circa finem uel toto Iunio & initio Iulij, secundum Palladium, ut quæ tunc concipiunt temperatissimo tempore anni pariant. Vacæ enim decem mensibus sunt prægnantes, ante binam ætatem eis taurus non debet admitti, ut triennæ pariant. Afferunt græci si mares creare uolueris sinistrum tauri in coitu ligandum testiculum, si fœminas dextrum, eo quod semen dexter generet masculum, sinister fœminat. Tauri diu ante admissuram sunt abstinendi, ut cum tempus erit admittendi acrius in causas feruoris incumbant, sexaginta uacæ duo tauri secundum Varronem, sed Palladius ait quod quindecim uacæ sufficiunt uni tauro. Si abundantia pabuli est in regione qua pascimus potest annis omnibus in fœtura uacca submitti, sed si deest sunt alternis annis oneranda, maxime si alicui operi consueuerunt seruire.



Qualiter uituli debent teneri, & quando castrari & domari, Cap. LXIII.  
**C**um creuerint uituli leuandæ sunt matres, pabulo uiridi obijciendo in præsepis. Item his ut serè in omnibus stabulis lapides substernendi sunt, uel quid aliud ne ungulæ putrescant, ab e qui noxio autumnali unâ pascuntur cum matribus. Castrare non debet ante biennium, quia difficulter si ante feceris se recipiunt, qui autem postea castrantur duri & inutiles fiunt.  
 Castrantur



Castrantur autem secundum modum Palladij sic: alligato enim uitulo, ac deiecto testiculo, scissa pelle clauduntur, ignitis securibus aut dolabris, uel quod est melius formato ad hoc ferramento, ut gladij similitudinem teneat, ita enim circa ipsam regulam ferri acies imprimitur, unoq; ictu moram doloris beneficio ce-leritatis assumit, & uitis uenis & pellibus à sanguinis fluxu cicatrix quodammo-  
do cum ipso uulnere nata defenditur. Vulnere uero castratorum cinere sarmenti & spuma liniantur argenti. A potu castratus abstinenceatur, & cibus pascatur exi-  
mij & sequente triduo ei præbeantur arborum teneræ summitates, & fruteta mollia, & herbae uiridis coma. Pice etiam liquida mixto cinere puto uel sine, ferro ignito castrantur, sed si cum ferro acuto ignitus fiat non est necessaria præ-  
sens cura. Semestribus uitulis dentur furfures tritici & farina hordei, & tenera herba, & ut bibant mane & uespere curentur. Circa finem Martij uel Aprilis  
initium domandi sunt boues trimi, nam post quinquenniū domari non possunt, ætatis duritia repugnante. Capite ergo statim domentur, qui quidē prius cum  
teneri sunt frequenti manus atrectatione mansuescant, sed stabulū noui boues largioribus spacijs habere debent, ad stabula ducantur, quorum si nimia fue-  
rit asperitas uno die atq; nocte uinculis & ieiunijs uincetur seu mitigentur. Tūc  
appellationibus & illecebris oblatoꝝ non à latere neq; à tergo pertractet, sed à fronte accedens bubulcus, admulceat nares & terra pertractet, si tamen  
ne aliquem calce uel cornu percutiant, quod uitium si in primordijs affectaue-  
rit obtinebit. Aliqui eos inter se iungūt & docent eos onera leuiora portare, &  
quod utile est si arationi parandas subactō prius solo exercendi sunt in arena.  
Quos ad uecturam paras fac primum inania ducere plaustra, & si possis per ui-  
cum aut oppidum ubi sit strepitus ducas, & quem feceris dextrum fac etiam si-  
nistrum, & sic laboranti requies erit. Vbi terra leuis est non fortibus bobus, sed  
uaccis & asinis uti possumus. Et in leui plastro similiter & ad molā olei facile,  
ut nouus labor adhuc tenera colla non quasset. Expeditor autem domandi ra-  
tio est, si asperum bouem mansueto & ualido boue iungas, quo ostendente, faci-  
le ad omnia cogetur officia. Si post domituram decumbet in sulco non afficiat  
igne uel uerbere, sed potius cum decumbit pedes eius ita ligentur uinculis,  
ut non possit progredi aut stare uel pascere, quo facto siti uel famelassatus, ca-  
rebit hoc uitio.

De bobus qualiter debent emi & de cognitione ætatis  
eorum, Cap. LXIII.

**I**N bobus emendis hæc signa expectentur, ut sint nouelli, quadratis & grandi-  
bus membris, solidi corporis, musculis ubiq; surgentibus, magnis auribus,  
lata fronte, & crispa, labijs oculisq; nigrantibus, cornib. robustis, ac sine cur-  
uaturæ prauitate, limatis patulis naribus, & summa ceruice coriosa atq; cōpa-  
cta, palarib. largis & genua circa fluētibus, pectore grādi, armis robustis, uen-  
tre non



tre nō paruo, porrectis lateribus, latis lumbis, dorso recto & plano, cruribus solidis & nervosis, & breuibus unguis, magnis caudis, longis & setosis, pilo totius corporis denso & breui, rubei maxime coloris & fusci. Melius autem boues & de uicinis locis comparabimus, qui non illa soli aut aëris uarietate terrētur, uel si hoc deest de locis similib. ad similia trāsferemus. Illud est enim ante omnia curandum, ut uiribus ad trahendum comparentur æquales, ne ualētioribus robur alteri procuret exercitium, in moribus autem hæc consideranda sunt, sicut arguti, mansueti, hortamenta timentes, clamores & uerba, cibum appetētes. Sed si regionis ratio patitur nullus cibus est melior quam uiride pabulū, ubi uero deest, ex ordine ministretur quo pabuli copia, & laboris coget accessio. Tenendi sunt boues in talibus stabulis, ut de uaccis dictum est supra, uidelicet stratis & bene clausis, ut pedes unguis conseruentur illesi, ac ipsi defendi possunt a zentalis, mustis & tabanis. Aetas ipsorum cognoscitur quando mutant dentes anteriores post annum completum ante decem uel octo mēses, deinde post sex menses successiue mutant proximos, donec in tribus annis mutauerint omnes, & tunc in bono statu existunt in quo perseverant usq; ad decem uel duodecim annos, & uiuūt usq; ad quatuordecim uel quindecim annos, & cum sunt in statu dentes habent pulchros, longos & æquales, & cum senescunt minorantur & denigrantur ac corroduntur.

De infirmitatibus boum & cura ipsorum. Cap. LXV.

**S**ciendum est quod ægrotudines multæ accidunt bobus, quarum una est quod in capitibus ipsorum multiplicatur rheuma, quæ uulgariter dicitur gutta robea. Et fit ex superflua commestione, & potu, proprie nimis humidarum herbarum, ex nimia requie & aëris humiditate superflua. Et cognoscitur quia inflatur eorum uultus & oculi. Ex quo bos moritur, si non curetur, sed curatur, quia statim phlebotomandus est bos infirmus, de uena quæ est sub lingua, scilicet quod duæ glandulæ quæ sunt ibi signentur in pluribus locis cum puncta cutelli bene incidentis, ita quod multus egrediatur sanguis, & cum thure fiat fumigium ad nares eius. Item accidunt eis febres ex immoderato labore aut calore. Et morborum causæ in bobus, ut ait Varro, hæc ferè sunt quod laborant propter æstus, aut propter frigora, aut propter nimium laborem, uel econtra, propter nullam exercitationem, aut si cum exercueris statim sine interuallo cibum aut potum dederis. Et cognoscuntur cum febris est spissus & calidus. Quibus subuenire debet cum regimine frigido, scilicet quod a labore omnino cessent, & in loco frigido teneantur, de frōdibus salicum & uitis cooperti, comedant frondes salicum, & frigidas herbas & hordeum infrigidatum, & si uidebuntur nimis repleti de ipsorum sanguine minuatur. Item bibant aquam malorum acrium & prunorum & ipsa mala & pruna edant, uel secundum Varronem curetur hic morbus, quod perfunditur aqua & perungitur



gitur oleo & uino tepefacto, & sustinetur cibo & inicitur aliquid ne frigidus, cedat sitienti aqua frigida, datur, si hoc non proficitur, demitur sanguis maxime a capite. Item oppilatur & ingrossatur splen ipsorum de quo non liberantur, sed diu sic infirmi existant. Et cognoscuntur quod bulliunt siue tussunt & maxime cum trotare coguntur. Item inflantur boues constipatione uel uetositate in ipsorum uentribus generata, & cognoscuntur quod si manu uel digito superfluo uel his, quæ sunt iuxta posteriores anchas percutiuntur, sonat ut tympanum uel uisu inflati apparent & dolore torquentur, & quandoq; in terram se prosternunt & libenter iacent. Curantur autem cum clysteri uel canulo, de quibus dictum est supra cum tractabatur de doloribus equorum, uel cum manu pueri oleo uncta extrahatur feces, uel incidatur uena caude cum acuto cultello, per quatuor digitos longe ab ano de subtis. Item læduntur in collo ex nimia oppressione indecentis iugeris, & maxime cum pluuia ceciderint super collum. Et quandoq; fit ibi ruptura propter humores ibi concursos quæ curatur cum medicinis consolidatiuis carniū, & generatiuis cutis stipitis in curis ægritudinum quorū in pluribus locis & etiam cum alijs quibus marischalci boum utunt, & præcipue cum unctioe agrippæ in trantibus in pedibus ipsorum, uel alibi casualiter ex quibus claudicare coguntur, & curatur ut extrahatur quod intrauit in pedem uel in aliam partem, cum radicibus arundinis tritis, uel cum radicibus dictamni superpositis, & pecia fastiatis, uel cū alijs medicinis de lesione spine scriptis in tractatu equorū, & curatur ut plene dictum est ibi. Item accidunt eis multæ aliæ ægritudines occultæ & aliquæ manifestæ, & laxitudines quæ proueniunt ex nimio labore atque calore, quæ cognoscuntur ex eo quod non comedunt, uel solitum modum comedendi mutant, & libenter iacent, & ex calore linguam extrahunt, & multæ aliæ mutationes possunt in eis uideri ab his qui eos sanos & incolumes cognouerunt. Boues autem sani fortes & agiles cognoscuntur, quia facile se mouent cum tanguntur uel punguntur, & habet membra grossa, & auriculas eleuatas, pulchri, fortes autem generaliter cognoscuntur si omnia membra grossa sunt, & sibi inuicem bene respondent, possunt etiam aliæ infirmitates accidere bobus, quas cognoscere possunt & curare nouerunt optimi marischalci boum, qui multis annis in talibus sunt experti. Ego autem ea quæ ferè scire potui fideliter scripsi.

De diuersitate & uarietate boum & uaccarum & de omni utilitate ipsorum, Cap. LXVI.

**E**X genere boum aliqui sunt nigri, magni, fortes & quasi indomiti, qui bubuli uocantur, non bene habiles ad plaustra & aratro, sed in trahendis per terram magnis ponderibus exercentur, ligati artificialiter quibusdam cathenis, libentur morantur in aquis. Eorum coria non sunt adeo bona, ut aliorum boum, licet ualde grossa sunt. Et eorum carnes nimis melancholicæ sunt, & ideo non multū bonæ, neq; boni saporis, & licet  
crudæ



crudæ satis sint pulchræ, tamen coctæ turpes efficiuntur. Item alij sunt boues quibus communiter utimur, quorum quidam sunt maiores qui propriè locis planis conueniunt, quidam minores qui magis proprie exercètur in montibus: & quidam sunt in magnitudine ac paruitate mediij, qui utrisq; conueniunt locis. Amplius quidem sunt minores, quorum carnes temperatè complexionis sunt, ideo humano corpore nutrimentum bonum præstant, & in eo robur, & sanitatem conseruant. Alij sunt ætatis perfectæ, qui proprie propter eorum uires sunt laboribus deputandi, eorum coria pro soleis calciamentorum sunt optima, & eorum carnes mediocriter melancholicæ non multum conueniens, nisi habentibus stomachum fortem & calidum, & in his qui grauibus laboribus exercentur, sunt & alij senes qui ad labores sunt pigri, & minus utiles quàm perfecti, eorum carnes nimis melancholicæ & indigestibiles iudicantur, sed eorum coria bona sunt, & præcipue si sunt grossa cornua bouum, sunt pectinibus apta, ossa taxillis, & paruorum cultellorum manubrijs & eorum simus stercoreandis agris & arboribus ac uineis, & imbuendis gernarijs & quibusdã ualibus & canistris. Item uaccarum quædam sunt magnæ uel mediæ, quæ ab omnibus hominibus tenentur propter utilitatem generandorum & nutriendorum uitulorum & bouum, qui plaustris & aratris humano generi necessarijs deputantur. Quarum carnes & coria sunt similia masculinis, sed earum lac licet ad esum & caseum bonus sit, non tamen eis tollendus sed pro nutrimento uitulorum, quorum uita uires & augmentum optat, matribus dimittendus, Aliæ uero uaccæ sunt paruæ, quæ solum propter lac & caseum retinentur, & ideo post partum quindecim diebus elapsis occidendi sunt uituli & esui hominũ deputandæ quorum carnes temperatè ac digestibiles ualde sunt, & optime his qui in quiete morantur. Lac uero & caseus satis humano esui competunt, licet non ad eam perfectam ut bouina existunt. Eligendæ autem sunt tales uaccæ quæ non nimis paruæ sunt, & uetera magna habent.

De ouibus quales emi & eligi debent, & de cognitione sanitatis ipsarum ac infirmitatis, Cap. LXVII.

**O**ues bonæ cognoscuntur ab ætate, si neq; uetulæ sunt, neq; meræ agnæ, nam alere nondum possunt, nec dare fructum. Sed ea melior ætas est quam sequitur spes, quàm ea, quam mors. Item cognoscitur à forma, nam ouem esse oportet corpore amplo, quæ lana multa sit & molli, uillis altis & densis toto corpore, maxime circa ceruicem & collum, uentrem quoq; ut habeat pilosum esse oportet. Cruribus humilibus, caudis prolixis, in Italia, sed in Siria breuibus. Item cognoscuntur ex progenie si agnos solent procurare formosas. Sanitas & infirmitas earum cognoscitur, nam si aperiantur earum oculi & uenæ sint rubicundæ & subtiles, sunt sanæ. Si albæ uel rubicundæ & grossæ, sunt infirmæ. Item si capite in pelli colli & ante tractæ uix trahi possunt sunt sanæ, sed si sequuntur facile, sunt infirmæ. Item si manu capiuntur



piuntur in schina prope anchas & stringuntur, nec flectuntur, sunt sane & fortes, si flectuntur sunt infirmæ. Item si audacter uadunt per uiam, sunt sanæ. Si moleste capite inclinato, sunt ægræ.

Qualiter debent teneri & pasci ac in quibus locis,



Cap. LXVIII.

**D**E pascione primū uidentū est, ut per totū annum recte pascantur intus & foris. In stabulo idoneo sint, non uentoso, q̄ magis ad orientē quā ad meridiem spectet, ubi stent solū oportet esse uirgultis aut paleis aut alijs straminibus stratū atq; decliuum, ut mundari ac purum fieri ab humiditate uri

ne facile possit, non enim solum ea uligo lanas corrumpit ouiu, sed etiam unguulas scabras fieri cogit: cū aliquot dies steterint, subijcere oportet alia uirgula uel paleas, quo melius requiescant, purioresq; sint, libentius enim ita pascunt. Faciendum quoq; infirmis, & his qui agnos paruos habent secreta septa ab alijs, quo eas recludere possis, hæc autem magis in uillaticis gregibus sunt seruanda, nam in his quę pascuntur in saltibus, custodes secum portant crates aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, cæteraq; utensilia, longe enim & late & uarie in diuersis locis pasci solent. Pascua ouili generi utilia sunt quę uel in noualibus uel in pratis siccioribus excitantur. Palustria uero noxia sunt, & syluestria damnosa, sal uero crebro oblatus in canalibus, debet pecoris leuare fastidium: nam per hyemem si penuria est sceni uel paleæ, uicia uel facilius uictus ulmi uel fraxineis seruatis frondibus præbeatur. Aestiuis autem mensibus pascuntur sub lucis initio, cum graminis teneri suauitatem roris mixtura comedat, quarta horta calescente potus puri fluminis præbeat, uel putei aut fontis: mediis solis ardores aut uallis aut arbor umbrosa declinet, deinde cum ardor infringitur & solum primò umbræ uespertini & hora roris humescit gregem reuocemus ad pascua. Prouidendum est in hoc genere ut pabuli ubertate saturent, & longe pascuntur à sentibus quę etiam lanam diminuunt, & corpus incidunt, sed canicularibus & estiuis diebus ut pascendæ sunt oues ut capite gregis auertantur semper à solis obiectu. Hyeme aut uel uere non solutis gelicidijs ad pascua prodire non debēt, nam pruinosa herba huic generi morbos creat, & tantum semel aquare sufficiet. Cum messes sunt factę teneantur in stipulis, quod est utile duabus ex causis, nam & caduca spica saturantur, & obtritris stramentis & stercorationem faciunt in annum sequentē, & segetes meliores. Per totā æstatem aurora surgente festinanter mulgeant, ne solitū pastum perdant, & cū dies

Dd incalue-



incaluerit, ducantur ut calor solis aut uentus urens non possit nocere eis. In uespere autem tam diu foris sint, quod recuperent pastum quem perdiderunt in die, & cum redierint semper prospiciatur ne sint calidæ cum in ouilibus includuntur. Si autem magnus feruor fuerit eant in proximis pascuis, ne si longius abierint nō possint recurrere ad umbracula, nec pastores sinant eas importune aggregare tempore caloris, si semper moderate dispergāt, & cum adducant calidæ non mulgeantur. Cum aurora apparuerit, mox agniculi ducantur ex umbraculis, ubi solicite custodiantur, cum uiderint mane telas aranearum oneratas aqua, non permittant pascere. Si feruor fuerit & pluuia ceciderit, non sinantur iacere, sed ad celsiora ducantur ubi tangantur à uento semperq̄ moueātur. Cauendę aut sunt ab herbis, in quas uenit arena. Et dicit pastor expertus, quod mense Aprili, Maio, Iunio, & Iulio non sunt dimittendę multum pascere, ne nimium impinguent, sed mēse Septēbri, Octobri, Nouembri post mediā tertiam sunt tota die dimittendę in pascuis, ut impinguent quantū possint, autūno debiles pretio quoq̄ mutent, ne imbecilliores eas hybernum tempus assumat.

Quando debeāt submitti arietibus, & qualiter, & quanto tempore sint pręgnantes, & quales debent esse arietes, & quod oues sufficiunt uni, Cap. LXIX.

**M**ense Aprili prima est arietum admissura, ut agnos iam maturos inueniat tempus. Hybernum: fit etiam mense Iunio, & etiam si fiat in mense Iulio nati ante hyemem conualescūt. Secūda fit admissura post medium mensem Octobris, ut pariant circa principium ueris, nascentibus herbis. Aristoteles asserit, si masculos creare uelis admissurę tēpore flatum septentrionis eligendū, & contrā eum uentū greges pascendos. Si fœminas generare uelis, austrī captandos flatus, & in eum pascua dirigenda. Aliqui duobus mensibus ante arietes à coitu reuocant, & facem libidinis auget delectatio uoluptatis. Quidam coire sine discretionē permittunt, ut ei per totum annum scœtura non desit, quamdiu admissura sit, eadē aqua uti oportet, quia cōmutatio aque & lanam uariam, & corrumpit uerū, ut ait Varro. Cum oues conciperint arietes discernendi sunt, quia cum sunt molesti obsunt, nec oportet pati minores quā bimas saliri, neq̄ natum ex his idoneum est, nec non ipsæ fiūt deteriores. Ouis pręgnans est centum quinquaginta diebus, itaq̄ admissura fieri debet tali tempore, quod partus nascatur circa finem autumnī. Cum aēr est modice temperatus, & primitus oritur herba imbribus prioribus euocata, eligendi sunt arietes candidissimi in regionibus illis, in quibus sunt oues albæ. Item mollibus lanis, in quibus non solum corporis splendor cōsiderandus est, sed etiā lingua, quæ si maculis fulcatur, uarietatem reddit in sobole, & si nigra est, nigros creat. De albo quoq̄ nascetur coloris alterius, de nigris nunquā potest alius creari, ut ait Columella. Eligemus aut arietē altum, procerū, uentre promisso & lanis candidis tecto, cauda lōgissima & lata, curtis cornibus, pronis ad rostrū lana, apertis auribus,



auribus, amplo pectore, scapulis & clunibus latis, uelleris depressi, frōte lata, magnis testibus, ætatis primæ quæ tamen usq; ad octo annos utiliter possit sufficere. Fœmina debet bima submitti, quæ usq; ad quinqueniū fœtura necessaria est, anno septimo deficit. Itē ex progenie animaduertatur, aries si agnos procreat formosos, centum ouibus unus aries sufficere fertur, & quotq; sunt centenaria tot arietes sufficere, ait Varro.

Qualiter debent tondi & qualiter signari & quando, Cap. LXX.

**M**ense Aprili locis calidis tondēatur oues, & serotini fœtus signentur, temperatis uero mense Maio celebranda est tonsura, & præcipue cū sudare incipiunt, quando cunq; id fiat ab æquinoctio uerno ad solstitium, ut ait Varro, sed tonsas oues hoc modo iuuabis: Succum decoctum lupini, feces uini ueteris, eisq; miscebis amurcam, quibus in unum corpus redactis, tonsas oues linire curabis, post triduum, si mare uicinū est, littori mergantur extremo. Si uero alijs locis pascimus, aqua cœlestis cum sale paululum decocta, sub diuo debet ouiu tonfarū & uncta membra diluere, hoc enim modo si curatur pecus anno toto, nec scabrum fieri dicitur, & prolixas lanas creare fertur, & molles, sed tribus diebus per annum lotas oues oleo & uino ungeri oportebit. Propter serpentes, qui plerumq; sub præsepibus latent, cedrū uel galbanum uel mulierum capillos, aut ceruinum cornu frequenter uramus, sed quæ in tonsura plagam accipit, his locis pice liquida liniatur, quidam in anno bis tondent, ut in Hispania, ac semistres faciunt tonsuras.

De cognitione ætatis ouium, Cap. LXXI.

**D**entes ouium mutatur post unum annum & dimidium, scilicet duo anteriores, & postea per sex menses mutatur duo proximi, & postea mutant cæteros, ita quod eijciatur in tribus annis uel quatuor ad plus, & donec sint inæquales sunt iuuenes, quando æquales sunt in statu, quando discalcantur, & minuuntur, & corrumpuntur sunt senes, & tunc in usus earū fit bisus gressus, & stant in bono statu usq; ad octo annos, & quedam usq; ad decem, si copiose pascantur, sed quæ famem patiuntur necessario cito senescunt.



Quando & qualiter debent mulgi & casei fieri, Cap. LXXII.

**V**sq; ad festum sancti Michaëlis bis in die mulguntur oues, & postea semel lac elici potest, ne nimis pingues cum arietibus mittantur, ne importuno tempore fœtus emittant, sed post coniunctionem arietum ut pingues fiant custodiantur, ut hora congrua ducantur ad pascua, & custodiantur per totam æstatem.

Dd 2 tem, se



tem, festinanter mulgeantur aurora surgente, ut hora congrua ducantur ad pascua, omnes silentium teneant dum mulgeant oves, excepto magistro qui tantum necessaria loquatur. Caseū coagulamus sincero lacte, coagulis agni uel hedi ad pellicula, quæ solet pullorum uentribus adherere, uel agrestis cardui floribus, uel lacte ficulneo, cui serum debet omne deduci, ut ex ponderibus urgeatur: ubi cœperit solidari opaco loco ponatur, aut frigido, & pressus subinde adiectis pro acquisita soliditate pro ponderibus trito & torrefacto sale debet aspergi, & iam durior uehementius præmi potest. Post aliquos dies solidatæ iā formulæ statuuntur, ita per crates ne inuicem se unaquæq; contingat, sit autem loco clauso, & è uentis remoto, ut teneritudinem & pinguedinem seruet. Vicia casei sunt, si aut siccus aut fistulosus est, quod euenit, si aut parum præmatur, aut nimium salis accipiat, aut calore solis utatur. Item recenti caseo cōficiendo aliqui uirides nucleos pineos terunt, atq; sic lacte mixto congelant, aliqui cymini tritum frequenter colatum congelant, quæcunq; etiam sapore uelis efficere, poteris adiecto quod elegeris cōdimentis seu piperis cuiuscunq; pigmenti.

De morbo ouium & cura eius, Cap. LXXIII.

**N** Ascitur eis gossium sub gula ex fluxu humorum à capite descendenti, & perforatur ibi pellis, & inde quasi aqua paulatim egreditur, & curantur. Item patiuntur grossitiem splenis, & inflantur, & hoc sepe de mense Maio & Aprili ex multitudine sanguinis grossi & uiscosi, ex quo sæpe subito moriuntur, & confert eis unum stetum, ut uulgo uocant, duorum digitorum, ponetur inter nares, & facere quod multum egredietur sanguis, ex quo quædam liberantur, & quædam nihilominus moriuntur. Item patiuntur febres quæ cognosci & curari possunt, ut dictum est de febribus in tractatu bouum, possunt etiam eis aliæ accidere egritudines, quas cognoscere & curare pastores nouerunt expertissimi, qui eorum temporum in sola custodia ouium exercentur, in talibus solummodo student.

De agnis qualiter teneri debent, & quomodo castrari, Cap. LXXIII.

**C**um nascuntur agni unaquæq; septimana per mensem sal detur eis, deinde postea omni tempore quintadecima die. Quando autem separantur à matribus, mox tondentur propter pediculos, uel quia melius crescant, & unaquæq; hebdomada sal detur eisdem, circa natiuitatem domini iunguntur cum matribus, ut hoc de agnis Palladius dicit. Varro autem ait: Cum parere incipiunt oves, pastores eos iniiciunt in ea stabula, quæ ad eam rem habent seclusa, ibiq; agnos recenter natos ad ignem apponunt, & per biduum aut triduum retinent cum matribus dum cognoscunt matrem, & pabulo se saturant, deinde cum matres ad pascuum cum grege prodeunt, retinent agnos, qui cum creati ad uesperum fuerint, aluntur lacte, & rursus secernuntur noctu à matribus ne conculcentur. Hoc idem faciunt mane antequam matres ad pabulum exeant, ut agni



ut agni fiant saturi lacte circiter decem dies, cum præterierint palos affigunt, & ad eos alligant libro & corice, aut qua aliare leni distantes, ne tota die cursantes inter se teneri delibent aliquod membrorum. Si ad matris māmam non accedent, admouere oportet, & labra agni ungere butyro, aut adipe suillo, & olface re labra lacte: diebus post paucis, obijcere his uitiam mollitam, aut herbam teneram antequā exeant pastum, & cum reuertuntur & sic nutriunt quoad facti sunt quadrimestres, interea matres eorum his temporibus non mulgent donec depulsi sunt agni à matribus. Diligentia est adhibenda, ne desiderio senescant, itaq; deliniendum in nutritu pabuli bonitate, & à frigore & estu ne quid laborent curandum. Cum obliuione iam lactis non desiderant matrem, tum deniq; compellendi in gregem ouium.

De utilitate ouium & agnorum, Cap. LXXV.

**V**tilitas ouium magna est, nam ex pilis earum fiunt indumenta necessaria & delectabilia ad hominum salutem & uitam, qui quanto sunt subtiliores, tanto meliores & maioris pretij, ex pellibus cum pilis fiunt pelliceę pānorum tempore frigoris opportunæ, & ex ipsis depilatis fiūt calceamenta, & carni ipsarū lac adiunctū est conueniens, & satis salubre, qui quanto recentior est, tanto melior est, & quanto spissior, tanto amplioris est nutrimenti. Et ipsius aquositas quę est serū, est solutiua uētris & choleram educit ab eo. Caseus autem qui ex eo fit nutrimentum est corporis humani, qui quanto recētior est, tanto melior est, & quanto uetustior & durior tanto peior, & qui ex eo est nimis salitus uel nimis uiscosus uel nimis frangibilis nō est bonus, ut ait Rasis, sed ille bonus est qui tenet medium inter utrūq;. Caro autem huius pecoris est indelectabilis saporis & humida nimis, atq; inconueniens est nisi forte uilioribus rusticis assuetis, qui continuis laboribus exercentur, agnorum uero caro satis est conueniens cum fuerit à lacte remota, sed castratorū optima, nutrimentum bonum & multum prębens, si annalis fuerit ut ait Auicēna. Sed si eam ætatem excesserit fit deterior, & quanto uetustior, tanto peior, & ad digerēdum durior. Pelles autem & lanę agnorum sunt optimæ, atq; ad operimentum humani corporis aptiores quā matrum.



De capris, hircis & hœdis, qualiter debēt eligi, & quanto tempore sint prægnantes & de ipsorum utilitate & ætate, Cap. LXXVI.

**Q**ui caprinum gregem cōstitue re uult, in eligendo animaduere oportet, primo ætatem, ut eam paret quę iam ferre possit fructum, & de his eam potius quę diutius, nouella quā uetus utilior est. In

D d 3 forma



forma uidendum, ut sint formæ magnæ, corpus leue, crebro pilo, sub mento duas ut mammillas pensiles habeant, quia hæc fecundiores sunt, ubere glandiorem sint, & lac multum & pingue habeant. Hircus cum similibus sub mento mammillis, gurgulione longi, breui plenaq; ceruice, auribus flexis & grandibus, paruo capite, nitido, spisso & longo capillo. Ad ineundas scæminas ante annum cõgruus est hircus, non aut durat ultra decennium, ex capris meliores sunt quæ bis pariunt, ex his potissimū mares sunt eligēdi ad admiffuras. Huic pecori stabula meliores sunt quæ spectant ad hybernos solis ortus, quæ lapide aut teste sunt strata, ut caprile minus sit uliginosum aut lutulentum. Item substernantur uirgultis, ne obliuant teneri, & pasci hoc pecus debet quasi ouillum, sed habet propria quædam quod potius syluestribus saltibus delectantur quā pratis, studiose enim de agrestis saltibus pascuntur, atq; in locis cultis uirgulta carpunt, itaq; à carpendo capræ dicuntur, ideoq; in lege locationis fundi excipi solet, ne colonus capram in fundo pascat: post autumnum exigunt in gregem hircos, quia quæ concipit post quartum mensem reddit tempore uerno, hædi cum trimestres sunt facti submittuntur, & in grege incipiunt esse, satis magnum putant esse circiter quinquagenas, eo quod capræ lasciuæ sunt, & se dispergunt, contra oues se cõgregant ac condensant in locum unum. Singulis decem capris singuli sufficiunt hirci, ultra octo annos seruandæ non sunt, nam hoc genus longiori sterile scit ætate. Sanas capras nemo promittit, nunquā autē sine febre sunt (ut ait Varro.) Accidit etiam sepe ut in corporib. uulnerentur, quibus subueniendū est, eo quod inter se cornibus pugnant, ac etiam spissis spinosis locis pascuntur, quibus subueniendum est, ut in curis uulnerum equorum dictum est plerisq; capitulis. Utilitas caprarum est præcipue in pelle & lacte ac hædis, nam ex ipsarum pellibus fiunt optima calceamenta, & æquorum sellæ operiuntur, lac ipsarum multum est & humano corpori optimum, & præcipue non coagulatum, parum caseitatis habens, & qui ex eo fit caseus non est adeo laudabilis ut ouium, earum carnes nimie siccitatis ad digerendum duræ existunt, ideoq; male. Sed hædorum carnes sunt opportune ad salutem & delectationem, & præcipue lactantium, & ex ipsorum pellibus fiunt optimæ chartæ, ac delicata calceamenta, his conuenientia, qui uoluptuose uiuere cupiunt.

De scrophis, uerribus, & snibus, quales debent eligi, & qualiter teneri, & quanto tempore sunt prægnantes, & de ipsarum sanitate & utilitate, Cap. LXXVII.

**V**erres eligendi sunt uasti & ampli corporis, sed rotundi potius quā longi, uentre & clunibus magnis, rostro breui, ceruice glandulis spissa, uerius coloris potius quā uarij, libidinosi anniculi qui usq; ad quadriennium inire scæminas possunt. Scrophas uero longi lateris debemus eligere, & quib. ad sustinendū foeture onus se magnus uenter effundat, cetera uerribus similia. Sed in regionibus frigidis depressi nigriq; pili sint, in tepidis qualescunq;





lescunq; sint nihil refert. Item ex bona progenie ut porcos multos pariat, hoc genus in omnibus locis haberi potest, melius tamen agris palustribus quā siccis, præcipue ubi arborū fructuosior sylua suppetit, quæ subinde maturis fructibus alterna per annū mutatione succurrat, locus maxime graminosis & cānarum radicibus nutriuntur. Sed deficientibus alimentis per hyemē præbenda sunt pabula glandium, castanearum, & similibus, uel faba uel hordeum uel frumentum. Hæc enim non solummodo pinguedinem efficiunt, sed etiam carni iucū dum saporem addūt.

Æstate mane & antequam æstus incipiat subigunt in locum umbrosū, maxime ubi sit aqua, post meridiem rursus lento feruore pascuntur, hyberno tempore non prius exigunt pastum quā pruina euanuit, & liquefacta est glacies. Porci gregatim more aliorum pecudum claudendi non sunt, sed aras sub porcibus faciemus, quibus mater unaqueq; claudantur, quæ aræ superiori sint parte detectæ, ut libere numerum pastor exploret, & oppressis à matre foetibus sæpe subueniat subtrahendo. Curabit autem ut foetus proprios cum unaquæq; præcludat, plus uero quā octo (ut Columella dicit) nutriri non debet. Palladio autem sex sufficere uidetur, quia licet plures ualeat educare, tamen maiore numero onerata ante tēpus deficiat. Varro ait, quot tot porcos parere potest, quod mammas habet, si minus pareat esse portentum. In quo illud antiquissimū fuisse scribitur, quod sus Aeneæ Lauin. triginta porcos peperit albos, nutricari octo porci paruuli possunt primo, incrementō factō à porcis dimidia pars remoueri, quia neq; mater sufficiēter potest lac præbere, neq; generati roborari. Ad foeturam uerres duob. mensibus ante secernendi sunt, optimū admissuræ tēpus à Fauonio ad æquinoctiū uernū, id est, Kal. Februarij, ad idē 12. Martij, ita enim cōtingit ut æstate pariat, quatuor enim mensib. est prægnans, & tūc pariat cum pabulo abundat terra. Neq; minores admittendæ, quā anniculæ, melius uiginti menses expectare, ut binæ pariant. Cum cœperint, dicuntur hoc facere usq; ad septimum annum recte. In luto uoluntantur libēter, quæ illorum requies est, ut lauatio hominis. Cū omnes conceperint rursus segregūt uerres, uerres octo mensiū incipit salire, idq; usq; ad quadrienniū recte facere potest, deinde saginatus peruenit ad laniū. Sus usq; adeo pinguedine crescere solet, ut se ipsa stās sustinere nō possit neq; progredi usquā. Nā in Lusitania fert sus esse occisus, qui fuit inuētus uiginti trib. pōdo, id est, quingentis septuaginta quinq; libris, eiusq; suis à cute ad os pedem & tres digitos fuisse, lardū cum carne uno pede & trib. digitis grossum, ut ait Varro. Addit etiā se in Arcadia uidisse suem, qui præ pinguedine nō modo surgere nō posset, sed etiā in eam murē nidum fecisse & pepe-



risse mures. Fœcunditas scrophæ perpenditur, quia in primo partu agit, non multum in reliquis mutat. Subulci binis mēſibus porcos ſinūt cum matribus, de inde cum iam paſci poſſunt ſecernunt. Porci nati hyeme ſiunt exiles, propter frigora, & quia matres aſpernātur eos, propter exiguitatem lactis, quia ex hoc dentibus ſauciantur ab eis earum mamme: diuiſus eſt earum annus bifariā, quia bis pariunt in anno, quaternis menſibus fert uentrem, binis nutrit. Aram facere oportet circiter trium pedum altam & latā amplius paulo ea altitudine ab terra, ne dum uelit exire prægnans abortet, altitudinis modus ſit ut ſubulcus facile circūſpicere poſſit, ne quis porcellus à matre opprimatur, & ut facile prægnare poſſit cubile in aris hoſtium eſſe debet, & limen inferius altum palmipedale: id eſt, uno pede & palmo, ne porcelli ex ara cum mater prodit tranſire poſſint. Quotienscunq; aras ſubulcus purgat, totiens arenam mittere oportet, aut quid aliud quod exugat humorem, & cum peperit largiori cibatu ſuſtentet, quo facilius lac ſuppeditare poſſit, in quib. hordei circiter binas libras aqua madefactas dare ſolent, mane & ueſpere, ſi alia quæ obijciant non habuerint. Scrophæ bis in die lactis cauſa bibant, cum porci à mamma depulſi ſunt, ſi fundus miniſtrat dare ſolent uinaceæ ac ſcropei ex uuis, à partu decem diebus proximis nō producunt ex aris matrem, niſi propter potum elapſis decem diebus ſinunt exire paſtum in proximū locum uillæ, crebro reditu lacte alere poſſint porcos. Cū creuerint ſequunt matrem ad paſtū, deniq; ſecernunt à matrib. ac ſeorſum paſcūt nutrices, ſubulcus aſueſcere debet, ut omnia faciant ad buccinam, primo cū incluserunt cum buccinatum eſt aperiunt, ut exire poſſint in eum locum ubi hordeum effuſum ſit in longitudine, ſic enim minus diſperit quā in aceros poſitū. Et plures faciliter accedunt, ideoq; ad buccinam conuenire dicuntur, ne ſylueſtri loco diſperſi pereant. Caſtrantur uerres cōmode anniculi, nec minores quā ſeſtrefes, quo facto nomen mutant, & pro uerribus dicuntur maiales, de ſanitate ſuum unum ſolum exempli cauſa dicā, porcis lactantibus ſi ſcropha lac ſuppeditare non poteſt, triticum frictum dare oportet, crudum enim ſoluit aluum, uel hordeum obijci ex aqua, quoad ſiant trimetrefes, in centum ſcrophis decem uerres ſatis eſſe putant, utilitas porcorum eſt, quia earum carnes ad cibū comperunt recentes & ſiccæ, & optima pro calceamentis, & eorū lardus eſt optimus in condiendis omnibus cibus, & eorum adeps optimus pro calceamentis cōſeruandis, & in pluribus unguentis ad curādas ægri tudines opportunus. Itē eſt alia utilitas, quod uineis immiſſi nec dum turgentib. & exacta uindemia gramine perſecuto uertunt ſolum, poſtea relicta foſſoris diligentia mutantur.

De canibus quales debent eligi, & qualiter teneri & inſtrui & de ipſorum utilitate, Cap. LXXVIII.

**C**anis eſt cuſtos eius pecoris, qui eo comite indigent, ad ſe defendendū, in quo genere ſunt maxime oues & capræ, eas enim lupus captare ſolet, cui canes apponimus deſeſores, in ſuillo pecore ſunt qui ſe defendunt, ut



dunt, ut sues, uerres, maiales, & scrophæ. Canū genera sunt duo, unū uenaticū pertinens ad feras, alterum quod custodiae causa paratur, pertinēs ad pastores, de quo dicere intendo. Ad formam huius artis primum ætate idonea parandi sunt, nam catuli & senes nec sibi nec ouibus sunt presidio, & lupis nōnunquam præde fiunt. Debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus, naribus congruentibus, labris subnigris, aut rubicundis, mento suppresso, & ex ornatu duobus dentibus dextra & sinistra paulo eminentibus superioribus, directis potius quam tortis, habentes acutos dentes, labro tectos, capitibus & auribus magnis ac latis, id est, plicatis, grossis ceruicibus, ac collo, internodijs articulorū longis, pedibus magnis & altis, digitis discretis & ungulis duris neque curuis, corpore suppresso spina neque eminula, id est lima, neque curua, cauda grossa, latratu graui, hiatu magno, colore potissimum leonino, scæmine uero debet esse mammosæ, papillis æqualibus. Cauendum est ne à laneis, neue à uenatoribus canes emas. Nam alij ad pecus sequendum inertes, sicut alteri si uiderint leporem aut ceruum eum potius quam oues sequuntur, quare à pastoribus emptus melior est, qui oues sequi consueuit, aut qui sine consuetudine fuerit, canis enim facile aliquid assuescit: pane bene pascendi cum grege sunt, ne propter famem uolens quærere cibum à grege recedat: morticinæ ouis carnes non patiantur pasci, ne ductu sapore minus se abstineant, sed dent eis ossa bene concussa, nam ex his dentes fiunt firmiores, & os magis patulum, propterea quod uehementius ducuntur malæ, acrioresque fiunt, propter medullarum saporem. In die cibū capiant ubi pascuntur, uespere ubi stabulantur. Catulæ tribus mensibus solent esse prægnantes, in partu, si plures sunt, eligere oportet quos habere uelis, reliquos abijcere: quanto pauciores relinquuntur, tanto in alendo meliores fiunt. Item substernatur eis aliquid quo molliri cubili facilius educentur. Catuli diebus uiginti uidere incipiunt, duobus mensibus primis à partu non disiunguntur, à matribus educunt eos in unum locum. Item consuefaciant ut alligari possint, primum leuibus uinculis, quæ si abrodere conantur, ne illud consuecant facere, uerberibus eos deterrere solent. Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, ed quod mulcæ & ricini pulices ibi stare solent, quæ si non fiat ea exulcerentur: ne uulneretur & à bestijs, imponuntur eis collaria ferri, habentia sub se leue corium, clauulis infixū, ne collo noceat duritia ferri. Numerus canum pro pecore multitudine solet parari, sed in regionibus syluestribus remotis à uillis ubi bestię malæ sunt multo requiruntur plures, nam in uillatico grege sufficiunt unus, scilicet masculus, alter scæmina, eo quod simul sunt assiduiore, & idem cum altero fit acrior, & si alter æger est ne sine cane grex sit, quos consuefaciant nocte uigilare, & in die clausos dormire.

De pastoribus quot & quales debent esse, Cap. LXXIX.

**A**D maiores pecudes necessarij sunt ætate perfecta, ad minores paruī quandoque sufficiunt. Et qui in collibus uersantur firmiores requiruntur, quam qui



quam qui in fundo quotidie ad uillam redeunt, itaq; in saltibus licet uidere iuuentutem, & eam ferè armatam, cum in fundis non modo pueri sed etiam puellæ pascant in die, pascere greges simul cõmuniter omnes oportet. Pernoctare ad suum gregem quæq; oportet. Maior nati & cæteris peritior esse debet magister pecoris, eiq; omnes alij parere debent, itaq; tamen oportet eum alios ætate præcellere, ne propter senectutem minus sustinere posset labores, præsertim dum conueniunt formæ hominum, difficultatem ac montium arduitate & asperitatem facile ferant, quod pati necessitate habent qui greges sequuntur, præsertim cum conueniunt formæ hominum armentitios atq; caprinos, quibus rupes ac syluæ ad pabulandum conueniunt. Formæ hominum legendæ sunt ut sint firmi, & sequi possint, & ueloces, mobiles, expeditis membris, qui nõ solum pecus sequi possint, sed etiam à bestijs ac prædonibus defendere, qui onera extollere iniuncta possint, qui excurrere, qui iaculari ualeant. Non omnes ad hæc rem apti sunt, magistrum providere oportet, ut sequantur omnia instrumenta, quæ pecori & pastoribus opus sint, maxime ad uictum hominum, & ad medicinam pecudum, ad quam rem habent iumenta bassuaria domini, alij equas, alij mulos uel asinos, aut alia quæ onus dorso ferre possunt, qui in fundo perpetuo manent, facile habent conferuari in uilla quæ pastoribus necessaria faciant, his autem qui in saltibus & syluestribus locis pascant mulieres adiungere oportet, quæ greges sequantur, ac cibaria pastoribus expediant, eosq; assiduios faciant. Magister pecoris sine literis idoneus non est, eo quod rationes dominicas conficere, nec aliud quicquam ratione facere potest. Pastorum numerus esse debet secundum multitudinem pecudum, genus earum, & diuersitatem locorum pastionis, & uendentium agnos, & facientium caseos, uel non maior uel minor talis & tantus qui omnia opportuna huic operi possit commode explicare.

De leporarijs & leporibus ceterisque animalibus feris includendis, Cap. LXXX.

**L**Eporarium est locus clausus, in quo clauduntur lepores & capreoli, & cerui, & cuniculi, cæteraq; animalia non rapacia fera tamè, si antiquitus appellatus, eo quod lepores præcipuè includebantur in eo, sed omnium horum custodia incrementum & pastio aperta & nota est, ideo breuiter explicanda, itaq; septa ex materijs circa locum magnum uel paruum, secundum optionem uel possibilitatem domini fiant, aded alta uel compacta quod neque lupus neque alia bestia intrare possit, neque desuper transilire, ibiq; oportet esse latebras in uirgultis & herbis, ubi lepores interdum delitescant, & arbores patulis ramis, qui aquilæ conatum impediunt, in quo si lepores mares uel feminas paucos intromiseris, breui tempore locus implebitur, tanta est fecunditas huius quadrupedis. Sæpe enim cum catulos habent recentes, alios in uentre reperiuntur habere, itaq; qui scire uolet masculinum à femina discernere (ut Archadius scribit) naturæ foramina debet inspicere, nam sine dubio ma-



bio masculus unum, femina duo inueniuntur habere, si caute & subtiliter inspicatur. Sed leporum tria genera ferè sunt, unum Italicum, pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte bassa, uentre albo, auribus longis, qui lepus dicitur cum prægna sit tunc concipere. In Gallia transalpina, & Macedonia fiunt permagni, in Italia & Hispania, mediocres. Item in Gallia reperiuntur alij alterius generis toti candidi. Tertij generis est quod in Hispania & in Prouincia & in partibus Lombardiae sibi cohaerentibus nascitur, similis nostro lepori ex quadam parte, sed humilis, quem cuniculum appellant. Lepus dicitur ab eo, quia leui pede ambulat. Cuniculi ab eo quod sub terra cuniculos ipsi facere solent, ubi lateant in agris, nemoribus & pratis & uineis. Apros habere posse in leporario & capreolos & ceruos non est dubium.

De piscinis & piscibus includendis, Cap. LXXXI.

**Q**ui piscinas habere desiderat, primum eligere oportet locum conuenientem, qui nullo tempore aqua careat, non enim alijs possunt durare locis, sed piscinarum quaedam sunt paruae, quaedam magnae, quaedam mediocres: & iterum quaedam sunt, fontanae, quaedam stagnae, quaedam marinae, & quaedam etiam fluuiales. Si paruae sunt muniantur septis ex lignis uel uiminibus aut lapidibus constructis, ne lodria uel aliud animal nocens intrare possit, & uimina aut uites super eam tendantur, quibus aues terreantur rapaces, in eisq; ponantur pisces illi aquae conuenientes, ex his qui inueniuntur in partibus illis, nam quidam libentius stant in fontium uel fluuiorum aquis, alij in stagnis & lacubus, nonnulli delectantur marina, sit autem parua piscina profunda in quantum a fossoribus profundari possit, sed in magnis piscinis commode stare possunt. Quod si marina fuerit aqua de marieducta, omnia genera marinorum piscium natura paruorum possunt in ea seruari. Si piscinam magnam habere uolueris, oportet ipsam fieri ex magno lacu uel stagno in quo sunt aquae plurimae congregatae, niue ac pluuijs aut fontibus, uel in ea flumen fluentibus, uel etiam aqua marina, quod in pluribus euenit locis, quod si ex ipso lacu uel stagno aqua per aliquam partem exeat, ibi claudatur taliter quod impediatur piscium exitus, & non aquae, quod si ex aqua dulci consistat, poterunt in ea poni ac seruari omnia genera piscium, tam magnorum quam paruorum, in talibus aquis uiuentium. Sunt & aliqui marini pisces qui ad aquam dulcem accedentes delectantur in ea, & tales similiter poterunt in dulci piscina seruari. Si uero fuerint ex aqua marina, in ea ponantur omnia genera piscium marinorum, si sit ualde profunda, nisi sit piscis maximus, ut balena quae nullo loco nisi maris pelago claudi potest, si uero mediocris magnitudinis sit piscina, ex his quae dicta sunt facile potest haberi doctrina, quales pisces possunt in ea includi. Piscinae utilitas magna, quia ex paucis piscibus inclusis breui tempore habentur plures, ex quibus plures uendi possunt, & plures ad escam haberi.

De Pauo.



**C**ompleto tractatu animalium quadrupedum nutriendorum ac piscium, de bipedibus & cæteris uolatilibus est dicendum. Et primo de pauonibus qui suo decore nobiliores sunt cæteris, quos nutrire, ut egregie ait Palladius, facile est, nisi furens aut animalia inimica formides, qui per agros uagantur, plerumque sponte se pascunt pullosque educunt, altissimas uespere arbores petunt, una his cura debetur ut incubantes per agrum fœminas quæ hoc passim faciunt à uulpe custodias. Ideoque in breuibus insulis melius nutriuntur, unimasculo quinque fœminæ sufficiunt, quod seruandum est (ut ait Varro) si ad fructum spectes, nam tunc pauciores debent esse mares quam fœminæ. Si ad delectationem cõtra, formosior enim est masculus. Masculi oua & pullos suos persequuntur, uelut alienigenas, priusquam illis cristarum nascantur insignia. Ab idibus Februarij calere incipiunt, faba leuiter torrefacta incitantur ad libidinem, si eis quinto quoque die tepida præbeatur. Cupiditatem coeundi masculus confitetur quotiens circa se amictum caudæ gemmatis incuruat cum stridore percurrentes. Si oua pauonum gallinis supponantur, excusant matres, tribus uicibus ab incubatione per annum fœtus ædunt. Primus partus quinque ouorum, secundus quatuor, tertius trium uel duorum esse consuevit. Sed electæ, si hoc placuerit, gallinæ sint quæ primo incremento lunæ nouem diebus habeant noua oua supposita, quinque pauonia, cætera sui generis, decima die omnia gallinacia subtrahantur, & alia gallinacia recentia totidem supponantur, ut triginta diebus possint cum pauoninis aperiri ouis. Oua autem pauonum contra gallinæ subiecta sæpe manu conuertantur, quia hoc ipsa facere uix ualebit, unamque partem omnino notabis, ut conuertisse cognoscas, maiores gallinas oportet eligere, nam minoribus pauciora suppones. Cubilia debent eis fieri sub tecto discretata, & à terra eleuata, ut neque serpens neque bestia accedere ad ea possit, (ut ait Varro) præterea locum ante se purum habere debet cubile, quo ad pastum exeant diebus arptis, nam utrumque locum purum esse uolunt hæ uolucres. Itaque pastorem earum cum uacillo circumire oportet ac stercurus tollere natos, si ad unam transferre à pluribus uelis, quindecim uni nutriti sufficiunt, primis diebus far hordei aspersum omnino pullis dabitur, uel undecunque cocto pultracula & refrigerata. Postea adijcietur porrum concisum uel caseus recens sed expressus, nam serum pullis nocet, locustæ etiam in pedibus ablatis præbentur. Ita pascendi sunt usque ad unum mensem, deinde hordeum poteris præbere solenniter. Trigesimo quinto tamen die postquam nati sunt in agrum tutum eijci possunt, comitante nutrice pascendi, cuius singultura uocant ad uillam. Pituitates uero & cruditates his remedijs submouebis, quibus gallina curat, maximum illis periculum est cum incipit cristata produci, nam patiuntur languores, sicut infantes cum dentes eis nascuntur, utilitas ipsorum est, carnes satis bonæ sunt, sed ad digerendum duræ, masculorum pennæ sunt pulchræ, ideoque puellis pro fertis & alijs ornamentis apre-



## De Phasianis, Cap. LXXXIII.

**I**N phasianis nutriendis hoc seruandum est, ut nouelli ad creandos fœtus parentur, id est, anno superiori sunt æditi, ueteres enim fœcundi esse non possunt. Ineunt fœminas mense Martio uel Aprili, duab. fœminis unus masculus sufficit, semel in anno fœtus creant, uigesimalis serè ouis pariendi ordo cōcluditur. Gallinæ his melius incubabunt, ita ut 15. phasiani oua nutrix omnia oua cooperiat, cætera sui generis supponant, in supponendo de luna & diebus que sunt de alijs dicta seruemus. Trigesimalis dies maturos pullos in lumen mittet, sed per quindecim dies discreto toto ac consperso uino refrigerato leuiter hordei farre pascentur, deinde triticū & locustas præbebis & oua formicæ. Sana ab aqua prohibeantur accessu, ne eos pituita concludat, quod si pituitam patiantur cum piceliquida rostra eorum debebis assidue perfricare, uel sicut gallinis auferre. Eorum carnes sunt optime.

## De Anseribus, Cap. LXXXIII.



**A**Nser aquam herbamq; desiderat, nec sine ipsis facile sustinetur, locis consitis inimicus est, quia fata & morsu ledit & stercore polluit, præstat plumas, quas autumno uellamus & uere, uni masculo tres fœmine sufficiunt. Si desit fluuius, lacuna formetur, & si herba non suppetit, trifolium, fœnum græcū, agrellia, intuba, lactuculas pro alimento seremus.

Albi fœcundiores sunt, uarij uel fusci minus, quia de agresti genere ad domesticum transierūt, incubant à Kal. Martij usq; ad solstitium æstiuum. Circa 15. oua uni anseri sufficiunt, incubant 30. diebus. Melius tamen est quod gallinis oua supponas, quia plus parient, parituræ ad aram producantur, cum semel hoc feceris consuetudinem sponte tenebunt, si gallinis anseris oua supponas ne noceant suppositis subijciatur urtica. Semine papaueris primis decem diebus pascente sunt intus, postea foras eas poterimus educere, ubi urtica non fuerit, cuius formidant aculeos, & præcipue in prata & piscinas aut paludes. Aras eis faciunt supra terram in qua non inducant plus uicenos pullos, easq; aras provideant ne habeant humorem, & molle habeant substramen, ex palea. Studendum est ne accedere ad eos possint mustelæ, nec alię bestiolę quæ noceat, ut ait Varro, quatuor mensibus bene saginantur, nam melius in tenera ætate pinguescunt, polentum dabitur ter in die, late uagantur & ideo prohibeatur licentia, obscuro loco claudantur & calido, sic etiam maiores obscuro loco pinguescunt, nam paruuli sæpe die tricesimo saginantur, melius si ad satietatē miliū præbeamus infusum inter anserum cibaria. Omne legumen præstari potest excepto eruo.

Ee A lupis



Alupis & uulpibus rapiuntur, & ideo ab eis custodiendæ sunt. Utilitas anserum est quia carnes pullorum si sunt pingues, & quatuor mensium non excesserunt ætatem à pluribus appetuntur, & eorum penne molles optime sunt prolectis, & duræ alarum scriptoribus competunt & sagittis.

De Anatibus, Cap. LXXXV.

**A**Nates sunt de natura Anserum & eodem modo nutriuntur, ut anseres. Libenter comedunt herbam anatiuam quæ in superficie aquæ stantis ex solis adustione oritur, omnia reptilia & uermes & omnia turpia libenter accipiunt & glutunt. Utilitas ipsarum est præcipue in pennis, & carnibus etiam illarum & pullorū earum utimur, licet satis sint indigestibiles & uiscosæ.

De gallinis & gallis ac ipsarum pullis quales haberi & qualiter teneri expedit, Cap. LXXXVI.

**Q**ui perfectas uult habere gallinas, eligere debet sæcundas, plerumque rubicundas pluma, nigris pennis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta, ampla. Hæ enim ad partem sunt aptiores. Galli sint lacertosi, rubenti crista, rostro breui, plene acuto, oculis raris aut nigris, palea rubea, collo uario, aut areolo, scemoribus pilosis, cruribus breuib. ungulis longis, caudis magnis, frequentibus pennis, uociferantes sæpe, in certamine pertinaces, & qui animalia quæ nocent gallinis non modo pertimescunt, sed etiam pro gallinis propugnant. Si ducentas alere uelis locus septus parandus est, in quo duæ cauee coniunctæ sunt, quæ uersus orientem spectent, & sint longitudinis circiter decem pedum, latitudinis paulo minus, in altitudine paulo humiliores: unaqueque habeat fenestra tripedali uno pede altiore, ex uimibus factam raris, ita ut lumen præbeant multū, neque per eas quicquam intrare possit, quod nocere solet gallinis, inter ipsas duas sit hostium quo gallinarum curator earum ire possit: in caueis crebræ perticæ tractæ sint, ut omnes possint sustinere gallinas. Contra singulas perticas in pariete sint cubicula earum. Ad sit quoque sicut dixi, uestibulum septum, in quo diuturno tempore esse possint, & in puluere uolutari, dicta cubilia sint exculpta in parietibus, aut affixa firmiter, motus enim cum incubant nocet, in cubilibus cum parturierint palea substerni debet, & cum peperint tollas substramen, & recens aliud subiice, eo quod pulices & alia nasci solent, quæ gallinas quiescere non patiuntur, ob quam rem oua aut inæqualiter maturescunt aut corrumpuntur. Quæ uelis incubet, negant plus 25. oua incubare oportere, quamuis propter sæcunditatem peperit plura. Palladius autem & mulieres nostræ ultra 17. uel 19. oua non supponunt. Fertur tamen quod in quibusdam mundi partibus inueniunt homines qui furnos adeo temperate calefaciunt, quod eorum calor æqualis est calore gallinæ cubantis, atque in uno furno seu clibano ponunt multitudinem pennarum paruorum, & mille gallinacea oua, post 20. dies nascuntur ac extra profiliunt. Optimum esse partū ab æquinoctio uerno ad autūnale, itaque quæ antea uel post nata sunt, non sunt sup-




supponenda, & gallinæ quæ rostra aut ungues non habent acutos incubare de-  
 bent, aliæ in concipiendo & ouando potius quàm incubando occupatæ esse cõ-  
 uenit. Aptissime ad partum sunt anniculæ aut bimæ incubantes includere oportet,  
 ut die & nocte incubent, præterquam mane & uespere cum cibus & potio  
 eis datur, oportet ut curator circumeat diebus aliquot interpositis, & oua uer-  
 tat, ut æqualiter calefiant, oua si plena atq; utilia sint nec ne aduertere potes si di-  
 miseris in aquam quod inane est natat, plenum desidit, quod intelligere potes si  
 concutias. Item si ad lucem substuleris, quod perlucet inane est. Oua oblonga  
 acuta masculos, rotunda sceminas tribuunt, insuper ponenda oua obseruant ut  
 sint numero imparia oua quæ incubuntur. Habeant semen pulli nec ne cu-  
 rator quadriduo postquam incubare cœperit intelligere potest si contra lu-  
 men tenuerit, & purum quod huiusmodi animaduertit esse eijcere debet, ac a-  
 liud subijcere. Excussos pullos subducere debet ex singulis nidis, & subijce-  
 re excussos pullos ei quæ habeat paucos, ab eaq; si reliqua oua sunt pauciora tol-  
 lere debet, & subijcere illis quæ nondum excuderunt, & minus habent trigin-  
 ta: hunc enim gregem maiorem non faciendū, ait Varro, diebus 15. primis pul-  
 lis debet obijci puluis, ne rostris noceat terra dura, eisq; milium optimum & lo-  
 lium & grana minuta tritici satis competunt, sed gallinarum pabula sunt quibus  
 præcipue delectantur, uermiculi, triticū, & ferè omnia grana, & præcipue dan-  
 dum est eis lolium, quod eis competit, & hoc est humano corpori inimicū. Vi-  
 natix cibo sterilefcunt, & hordeo semicocto parere sæpe coguntur, & reddunt  
 oua maiora, ut Palladius ait. Pulli parui proferendi sunt ad solem, & sterquilini-  
 um, ut in eo uolitari possint, quod ita ualidiores fiunt. Cum iam pēnas habebūt  
 consuetafaciendi sunt, ut unam aut duas sectent gallinas, ut cetera potius ad pari-  
 endum sint expedite, quā in nutritatu occupatæ. Incubare oportet incipere se-  
 cundum nouam lunā, eo quod plura quæ ante incubant non succedunt, diebus  
 ferè 20. excudūt. Circa caueas gallinarum incendendum est cornu, ne serpēs ac-  
 cedat, cuius odore solent interire. Multas à uulpibus & quibusdam alijs anima-  
 libus noxijs patiunt insidias, ideoq; circa loca in quib. uersant extirpanda & re-  
 mouēda sunt omnia, in quibus uulpes latere possunt ad ponēdas insidias. In no-  
 cte claudant incaueis optime circūquaq; & septis, nec permittant foras in nocte  
 iacere, ferè enim quod uulpis subdola intuet eas, quantumcunq; in alto existen-  
 tes loco, ut uideant oculos eius lucentes, ut faculas, & cauda quasi baculo quo-  
 dam minat eis, ut sic perterritæ cadant & eas rapiat. Patiunt etiam insidias mil-  
 uorum, & quarundam aliarū rapacium auium, & præcipue aquilarum, contra  
 quas tendantur funes uel uites seu uitalbæ, supra loca in quibus die morantur.  
 Capiant etiam uulpes taliolis, uel alijs artibus & milui retibus, fisco uel laqueis.  
 Pituita his nasci solet, quæ alba pellicula linguam uestit extremā, hæc leuiter un-  
 guibus uellitur, & locus cinere tangitur, & allio trito plaga mundata aspergi-  
 tur. Item allei spica trita cum oleo faucibus infertur, staphisagria etiam prodest,



si cibis assidue misceatur. Si amarum lupinum comedat, sub oculis suis ipsa grana procedunt, ut ait Palladius, quæ nisi aculeuiter apertis pelliculis auferatur, oculos extinguunt, portulacæ succus forinsecus & mulieris lacte curari eas affirmant, uel armoniaco sale, cui mel & cyminum æqualiter misceantur, pediculis etiam plurimum molestantur, & præcipue cum incubant, quos perimit staphisagria pariter infusa cum uino, & amari lupini aqua, si penetrat secreta penarum. Utilitas gallinarum est, quia ex ipsis nascuntur oua, quæ nutriunt corpus humanum multum & subito, quibus utimur in cibarijs infinitis, quæ optime seruari possunt diu si perfricatur sale minuto aut muria per tres horas, deinde abluantur, & surfure ac paleis recondantur, uel semper teneantur in sale, ut quidam dicunt. Item ex eis nascuntur pulli, qui cum sunt adhuc teneri sunt ad cibum optimi, & si castrantur fiunt capones, qui melius cæteris pullis pinguescunt, & sunt laudabilis nutrimenti. Caro etiam ipsarum gallinarum bona est, si adhuc iuuenes sunt & pingues, pennæ etiam ipsarum culcitris imponuntur.

De columbarijs quales esse debent, Cap. LXXXVII.



**C**olumbaria duobus præcipue possunt fieri modis aut super columnis & parietibus ligneis muro circumdatis lapideo, aut super turri de grosso muro constructa, & utraq; nidos seu nidorum foramina potest habere. Sed melior est quæ in turri de muro quam de lignamine constructur, & melius est interius nidos habere, nam si exterius habet nidos simus ipsarum perditur, qui magnæ utilitatis existit, & earum pulli facile à rapacibus auibus capiuntur. Fiat ergo turris lapidea lata uel angusta secundum domini uoluntatem ac possibilitatē, non alta multum, cum parietibus leuigatis ac dealbatis, albo cemento, habens ab omnibus quatuor partibus eius quasdam breuissimas fenestras seu foramina, ut columbis solummodo ad introitum exitumque sufficiant, sub quibus immediate sit circuitus quidam lapideus eminens circum circa, qui ascensum mustelarum & aliarum nociuarum ferarum impediat, super tectum fenestram habeat, per quam ingrediantur columbi, & exeant qui libenter ad solem super tecto morantur. Sint autem cancellata de lapidibus aut lignis, ne per ipsam rapaces uolucres alis apertis intrare queant. Nidi formantur interius quos quidam faciunt rectos, & mediocriter strictos, quidam obliquos occultantes incumbantes columbas, quædam præterea prouide faciunt fenestrellas latas, & modicum concauas seu longas, plures cultellos paruos circa parietes, & tectum affigunt asserentes in his columbas libere



bas libentius incubare. Sed experimento didici quasdam esse columbas quæ libentius in muro quam cistellis nidificant, quasdam uero cōtrarium appetere, & iterum quasdam esse libentius in aperto, & super quacuncq; re cum nido uel sine nido incumbant, & quedam libentius se occultāt. Ideoq; non inutile puto in columbario cuiuscunq; generis nidos habere, ut diuersis columbarum affectibus satis fiat, quamuis qui in muro sunt à fimo & sexcupedibus mudentur facilius, quod crebro fieri expedit eo quod ab eis cum augmentantur plurimū incubantes columbæ ledantur. Est etiam opportunū quod intra columbarium ponantur trabes in pluribus partibus, & præcipue in circuitu, & assides super quibus tempore pluuiarum & niuiū, & tempore superflui æstus colūbæ in magna quantitate morari ac quiescere possint. Sic enim à loco proprio nō facile deuiabūt, mūdetur etiam crebro ipsarum locus, & undiq; sit decorus, nam in pulchro domo sicut & homines morantur auidius. Et nota quod unumquodq; par tres uel duos ad minus uult habere nidos, licet aliquando augeantur & multiplicentur in tantum quod replent nidos omnes, & solariū atq; trabes, & cetera loca omnia.

Qualiter noua columbaria debent primo muniri columbis,

Cap. LXXXVIII.

**I**N columbarijs nouis columbi senes ponendi non sunt, nam recedunt & ad propria reuertuntur, sed ponendi sunt iuuenes cum pennas completas habent, uel quasi completas. Et ex his qui ponuntur meliores sunt saxaroli & post ipsos turgni, sic à uulgo ex pennarum colore uocati, tales enim in columbarijs melius durare cernuntur quàm cæteri, albi uero uidentur omnino, nam durare non possunt, eo quod ab auibus rapacibus nimis remote uidentur, & quanto plures in primis ponentur tanto uelocius implebitur locus, ponendæ sunt præcipue mense Augusto & Septembri, uel etiam Iulio, quia tunc facilius inueniunt cibum in agris propinquis, propter quod non elongantur à columbario, nec perduntur. Mense autem Martio, Aprili uel Maio ponendi non sunt, propter contrariam rationem. Circa quindecim dies ad minus teneantur clausi uel inclusi, erit utilius, quia tunc erunt pinguiores & ad reuertendum peritiores, nam in primis quindecim diebus macræ efficiuntur, quia tunc bene uacare ignorant, & cum inclusi morantur. Et postea quibusdam diebus tribuat eis in columbario copiose bonus cibus & aqua, post dictum tempus aperiant tempore nubilo uel sereno, sed commodius pluuioso, quia tunc exeunt & reuertuntur interius, non subito euolant ad remota.

Qualiter sunt tenendi ut libentius morentur, & bene fructificent,

Cap. LXXXIX.

**Q**Uod nascuntur in columbario uel parui ponuntur in eo non facile recedunt, sed uadunt quandoq; ad alia columbaria in quibus inueniunt escā, quando non præbetur eis in sua nec in agris inueniunt, & ferè omnes

Et 3 postea



postea tempore quo non egent esca reuertuntur ad sua, & ad hoc ualent plurimum habere columbarium pulchrum & bonum. Si temporibus quibus non inueniunt escam copiose præbetur eis in sua, quod est cum nix uel fortis est glacies super terram, & mense Aprili & Maio aratis stipulis non recedunt, & plurimos foetus edunt. Cibus autem eis conueniens est frumentum, faba, uicia, milica & cætera genera quæ libenter sumunt, centumq; parijs columbarum detur granorum pars corbis octaua diebus singulis, & duplū cum nihil omnino per se inueniunt, potus etiam in columbario detur eis sufficiens, quotiens aqua nisi ualde remotam propter æstum uel glaciem inuenire nō possunt, uel ponatur in aliqua re prope columbaria, ad quam descendere queant, ita præcipuum & ferre necessarium eis est, quod ipsorum mātio sit prope locum ubi aqua influat, unde & bibere & ubi lauari possint, permunde hęc uolucres sunt, ut ait Varro. Optimum est quod de omnibus granis exhibeatur eis, ut sunt frumenta, faba minuta, cicercula, uicia, orobum, milica, hordeum, spelta, lolia, & cætera grana, ut uideatur quod libentius appetunt, & id præcipue detur eis, ut auidius ibi morerentur, & pluries pariant. Palladius ait, quod foetus frequentant si hordeū torrefactum uel orobum uel fabam sæpe consumant. Dicit etiam, quod nihil expectunt nisi ut æstate quæ maxime pinguescunt triticum uel milium mulsamaceratum semper accipiant. Est autem mulsam aqua mellis in qua quæcunq; grana molita sunt eisq; data non recedunt, & alias illuc ducunt, ut à non paucis asseritur. Alij autem dicunt non referre an sit mellita esca an non, cum eis datur esca in uespere potius quàm in mane, ut in die procurent escam sibi quærere, & qui non inueniunt intus inueniāt. Nam si daretur in mane non procurarent alibi inuenire, sed tempore niuis debet in mane tribuere, ne exeant ad loca in quibus capiuntur, cum certum est alibi nō posse inuenire.

De officio pastorum columbarum, Cap. xc.

**P**astor columbarum sæpe debet eis mundare locum, & fimum reponere qui ad agriculturam est optimus, & si quem inuenerit uulneratum curet, si quem mortuum eiciat. Item si qui sunt nimis feri & bellicosi, ut alios lædant, eos inde remoueat, & in alium locum secretum ab alio se ponat. Si qui pulli idonei sunt ad uendendum eos promat, cibum & potum cum opus erit sufficienter eis tribuat. Qui solent saginare columbinos pullos quo pluris uendāt, secludent eos, cum iam sint pluma tecti cibantq; illos pane calido molificato & masticato uel molli: hyeme bis, æstate ter quolibet die, scilicet mane, meridie & uespere: eos uero qui iam pennas magnas habere incipiunt, relinquunt in nidis, fractis cruribus, matribus nutriendos & impinguandos, uel extrahunt de pennis unius alæ, nam qui ita educantur celerius impinguantur quàm cæteri, ut ait Varro. Item debet eos curare & tueri ab omnibus nocu-mentis, læduntur enim & capiuntur ab accipitre, miluo, & falcone, & cæteris quibusdam auibus rapacibus, quos occidere potest duabus uirgulis uiscatis in terra defixis



defixis inter se curuatis, cum inter ipsas posuit animal obligatum, sic enim ea facile decipere debet & potest. Palladius præterea dicitur oportere rutæ ramulos pluribus locis suspendere contra animalia inimica. Item læduntur, à faginis, mustelis & cættis, & cæteris plurib. animalibus, quæ de raptu auium uiuunt, contra quæ debet custos ostium & omnia loca unde intrare possunt optime claudere, & stafas circumquaq; eminentes procurare ne quid superius per parietem reperere possit. Item læduntur ab auibus rapacibus tam diurnis quàm nocturnis, contra quas claudat custos de nocte fenestrâ, uel si ea aperta intrauerit auis rapax, & ipse audiat spanentum & strepitum columbarum, intret audacter in eam cum lumine, auemq; capiat & occidet. nec curet de exitu columbarum. Aues autem diurnas cum uisco uel parua reticula capiat & occidat, fenestram autem de sub sellis cancellet & claudat, ut columbi intrare ualeant & exire, nō autem auis rapax, quæ solummodo intrat alis apertis. Item molestantur pulli plerunq; sexcupedibus quod custos inquirat, & nidum abijciat, aliumq; mundum ponat. Item nascuntur eis uarioli circa oculos qui excecant eos, maxime mensē Augusto. Vendendi sunt aut comedendi cum solo capite sunt infecti. Item recedunt aliquando quia non habent quid edant, contra tribuatur eis: uel quia nimium ab animalibus rapacibus infestantur, aut terrentur, contra quæ iuuat ipse custos, ut dixi. Item moriuntur ex senectute, nam ultra octo annos non inueniuntur in columbarijs durare, ut dicunt experti. Item debet custos sæpe ad eos accedere, & quotiens in columbarium intrat aliquā escam modicam secum portare tempore congruo, eosq; semper aliquo certo & consueto modo uocare, ut magis domesticifiant. Item debet custos tegulam figuli pro aqua habere in columbario, quæ assidem habeat supra se aliquantulum eleuatam, habentem multos & spissos pedes incisos atq; adhærentes, inter quos possunt caput ponere, & aquam haurire nec in uas intrare, ut aqua munda permaneat.

## De utilitate columbarum, Cap. xci.

**N**ihil columbis fecundius, ut ait Varro, nam diebus 40. concipit, parit, incubat, & educit, & hoc ferè per totum annum faciunt, tantūmodo interuallant à bruma ad æquinoctium uernum, pulli nascuntur bini, qui ubi simul accreuerunt, & habent robur cum matribus pariūt, sed experti nostri temporis in partibus nostris dicunt, quod post sex menses pariunt & non ante, & donec uiuunt quatuor uicibus & quinque & sex, & amplius faciunt pullos in anno si escam inueniant uel habeant abundanter, quod si nihil tribuitur ter ad minus pariunt, scilicet in estate, pullorum carnes ad esum sunt ualde bonæ ac delectabiles, & libenter emuntur. Item ipsorum fimus est optimus omnibus plantis & seminibus, & potest spargi quocunq; tempore anni quotiens aliquid feritur cum ipso semine, ac etiam postea quocunq; & unaquæq; corbis ipsius æquiualeat fimi ouium quadrupedum uni plauastro, nam ex uiginti corbibus satis commode, ex 25. bene, ex 30. optime impin-



guatur iugerum frumenti, si manibus per agrum spargatur æqualiter, & cum ipso grano tunc sato uertatur. Et nota quod tria paria columbarum in anno faciunt corbem fimi, si columbaria nidos intrinsecos habeant, & quanto magis ciabantur in eo tanto plus fimi recipietur ab eis, quia diutius moratur in ipso, nec semper coguntur extra quærere uictum. Item est alia utilitas, ut generaliter predicatur, quod possunt prouincijs cum literis sub cauda uel ala ligatis ad loca longinqua transmitti, si de loco ad quem destinantur delati sunt ad locum unde mittuntur. Item refert Palladius, quod nescio si sit uerum, quod inducunt alios si cymino pascuntur assidue, uel si irici alarum balsami liquore tangant.

## De uirtutibus, Cap. XCII.

**P**ro turturibus locum constituendum prouide magnum, prout multitudinem alere uelis. Item ut de columbis dictum est, ut habeant ostiũ ac fenestras & aquam puram, ac parietes munitos tectorio, & in eis habeant multos palos infixos, super quibus commode morare possint, & locum paratum congrue in quo pascantur. Cibatu obijciunt triticum siccum in centenos uicenos turtures ferè semodiu, quotidie purgantur eorum stabula à stercore, ne lædantur, quod quidem seruat & est bonum ad agrum colendũ. Ad saginandum aptissimum tempus est circiter mensem, & cum matres eorum plurimos gignunt pullos in quibus maxime fructus consistit. Aucupatores tamen Lombardiæ præcipue Cremonæ tota æstate turtures feras retibus capiunt, & in domusculã clausam & quæ lumẽ habeat includunt, eisq; dant cõtinue aquã puram, & miliũ quantum sumere uolunt, & usq; ferè ad hyemem uel post partem autumnii seruant, sicq; quingentas & mille quandoq; congregant, quæ ineffabiliter impinguntur, & sic impingutas optime uendunt.

## De turdis &amp; merulis &amp; perdicibus atq; conturnicibus impinguantis, Cap. XCIII.

**Q**ui uult prædictas aues uel alias quæ pingues care ueniunt habere, locum faciat clausum & tegulis uel rete magno coopertum, magnũ secundum quantitatem auium quas includere uolet. In hoc tectũ aqua uenire oportet per fistulam, & eam per cannales angustos serpere, qui facili extergi possint, nam si lata diffusa esset aqua inquinaretur facilius & biberetur inutilius, & quæ superat ad potum auium per fistulam exeat, ne luto aues laborent, ostium habere debet humile & angustum, quo custos uix intrare queat, fenestras raras, per quas non uideantur extrinsecæ arbores, aut aues, eo quod earum aspectus ac desiderium macrescere facit uolucres inclusos, tantũ luminis locũ habere oportet, ut aues uidere possint, ubi assidant, ubi cibus, ubi aqua sit circa ostia ac fenestras, talis sit munitio, ne mus uel mustela uel alia bestia intrare possit. Circa huius edificiij parietes intrinsecus multi sint pali, ubi aues assidere possint, & etiam perticæ inclinatæ ex humo ad parietes, quibus multæ perticæ adnectantur ex transuerso modicis interuallis ad speciem cæcellorum, cibatu



cibatu turdorum ponantur offæ glomeratæ ex ficis & farre mixto, ceteris tribuantur grana quibus uti consueuerunt, & ea præcipue auide sumunt, diebus uiginti antequam tollere uult turdos, largius det cibum & farre subtiliore incipiat alere. Cum opus est ut ex hoc sumantur armario, excludantur idonee in minusculum armarium quod est cum maiore cõiunctum: ostium lumine illustriore ibi sit, cum numerum habet exclusum quem sumere uult omnes occidit, hoc ideo in secluso clam debet facere, ne reliqui si uideant terreantur & ante tempus uenditionis moriantur. Utilitas & delectatio in his est, quia multi parui precij includuntur, & impinguati care ueneunt & dominorum esui satisfaciunt ad uotum pro se & quibuscunq; uoluerint quotienscunq; fuerit opportunum.

De sedibus apium & loco ipsis congruo, Cap. XCIII.

**D**E apib. tractaturus dicam primo de ipsarum statione seu sedib. de quibus dicit Palladius, quod locari debent in aliqua horti parte secreta & aprica, & calida, & à uentis remota. Nam ipsi prohibent pabulum ferredomum (ut ait Virgilius) non longe ab habitabilibus domibus, ut surum & accessus hominum pecudumq; submoueatur, ubi sit abundantia florum quos uel in herbis uel fruticibus uel etiam arboribus procuret industria. Sunt aut arbores à septentrionali parte dispositæ, fons uel riuus sit qui formet humiles transeundo lacunas. Varro autem dicit sedem earum esse oportere iuxta uillam dominicam, sed potissimum ubi non resonent imagines, id est, uoces echi. Hic enim sonus fuge existimatur earum esse. Item esse debere, dicit, in aere temperato, neque hyeme nimium frigido, ut spectent potissimum ad hybernos ortus, id est, ad eam partem in qua hyeme sol oritur, quæ propè se loca habeant ea ubi pabulum sit frequens & aqua pura. Virgilius uero addit, quod ante ipsarum hospitia frondentes arbores debent esse. Item dicit, quod in aqua quæ ibi stabit iners seu profluit, debent conijci transversæ salices & grandia saxa, ut pontibus crebris possint consistere, & alas pandere ad æstiuum solem. Iterum ait Palladius, quod podia trinis alta pedibus fabricentur, & opere albario leuigentur, propter lacertarum cæterorumq; animalium noxiam, quibus est moris irrepere, & super podia aluearia collocentur, ita quod imbre penetrari non possint, spaciolis inter se distantibus segregata. Item ut Virgilius ait, à loco apum abesse debent oues & hædi, qui floribus insultant. Item uaccæ ne rorem deglutiant, & surgentes atterant herbas. Item abesse debent stelliones & lacertæ, ac hyrundines, cætereq; aues nociuæ, quæ insidiantur & nocent eis. Absit etiam grauis odor cœni & quarumlibet aliarum rerum.

De aluarijs qualia esse debent, Cap. XCV.

**A**luearia meliora sunt (ut Palladius ait) quæ cortex formauit, maxime raptus ex subere, quia non transmittunt uim frigoris uel caloris. Possunt tamen ex ferulis fieri. Si hæc desunt, salicinis uiminibus fabricentur, uel ligno cauate arboris aut tabulis. Fictilia deterrima sunt, quæ & hyeme gelant, & estate ferue-



te feruescunt. Angustus tamen aditus admittat examina propter frigoris iniuriam & caloris. Sane uentis frigidioribus paries altus obsistat, aditus omnes folio opponantur hyberno, qui in uno cortice duo uel tres esse debebunt, ea magnitudine quæ in gressu apis magnitudinem non possit excedere. Sic etiam noxijs animalibus ingressu resistatur angusto, uel si apes uoluerint obsidere exeuntes alio utentur ingressu, nam si aditus non sunt angusti (ut ait Virgilius) frigore mella cogit hyems, eademq; calor liquefacta remittit, utraq; uis apibus pariter metuenda est, sed pro magna parte homines nostri temporis uno solo mediocri utuntur foramine, infra mediam aluei partem. Item debent aluearia esse magna pro magno examine, parua pro paruo, licet in paruo sæpius examine emittant, quia duo examina in paruo simul esse non possunt, alta seu longa sint uno pede & dimidio, uel duobus, & lata circa duos semisses aut modicum plus uel minus. Vir autem expertissimus mihi asseruit, quod meliora sunt aluearia quadrata ex tabulis constructa quam rotunda. Et melius, quod iaceant anterius parum decliua quam erecta, quo commode possint acies una super aliam collocari, & hæc aluearia fundum ab utraq; capite habere debent taliter dispositum, quod inde possint facile remoueri cum opus erit de melle tolli, fundus anterior habere duo foramina parua, & posterior unum in parte infima debet, per quæ ab utraq; parte ingrediantur & egrediatur apes. Retulit etiam se inuenire ipsas melius laborare cum aluear interior sit obscurum, quod argumentum est, quod foramina debent esse parua, & rimulæ omnes aluei optimæ sigillatæ, ad quod multum facit eorum industria, uidemus enim quod foramina magna circa hyem mem cera obturant, foramine solo relicto ad formam ipsarum.

De Apibus qualiter nascantur, Cap. XCVI.

**A**pes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto (ut ait Varro) secundum modum similem. Virgilius ait magistrum Achadiū primū huius rei fuisse autorē, & inuenisse modum, eligit ergo locus angustus, parietibus clausus, angustoq; imbrice tecto, habes quatuor oblique fenestras, tum uitulus bima querit, huic geminæ nares & spiritus ori multum reluctanti obstruitur, plagisq; perempto tonsa uiscera soluuntur per integram pellem, sic positum in loco clauso relinquunt, & ramea fragineta costis subiiciunt, thymum uidelicet casiasq; recentes, hoc geritur cum zephyrus primo spirat, antequam prata uirescant, & antequam hyrundo ueniat, nidūq; suspendat, tunc humor uituli tepefactus æstuat, & apes creat, quæ primo sine pedibus apparent, mox stridentibus pennis miscentur.

Qualiter emi debent, & qualiter deferantur & qualiter inueniuntur. Cap. XCVII.

**I**n apibus optimæ sunt paruæ, uariæ rotundæ (ut ait Varro) in emendo emptorem uidere oportet ualeant an sint ægræ. Sanitatis signa si sunt frequentes in examine, & si nitidæ, & si opus quod faciunt est equabile ac leue, Minus



Minus ualentium signa sunt pilosæ & horridæ, ut puluerulente. Prouidendum est ut plena comparentur aluearia, quam rem uel inspectio uel murmuris magnitudo, uel frequentia cōmeantis uel remanentis examinis probat. Si transferendæ sunt in alium locum id facere diligenter oportet, & tempora quibus id potissimum facias animaduertendum, & loca quo transferas idonea prouidendum, tempore uerno potius quàm hyberno, nam hyeme difficulter consuescūt translata manere, itaq; fugiunt plerunq; si ex bono loco transtuleris, & ubi idonea pabulatio nō sit, fugitiuæ fiūt. Ex uicina potius quàm lōginqua regione transferendæ sunt, ne terreantur aëris nouitate. Si uero sunt longius aduehendæ, collo nocte portentur, nec collocare nec aperire aluearia debemus, nisi uespere instante. Speculemus deinde post triduum ne omnes suas ianuas examine egrediantur, hoc enim signo fugam arripere meditantur, non tamen creduntur fugere, si sterco primogeniti uituli illiniamus oribus uasculorū, ut Pallad. ait: mense Aprili (ut idem ait) locis apertis apes quæremus, ac primo quam longe aut prope sint exploremus, rubricam liquidam uel quid aliud tingens breui uasculo geramus infusam, & obseruemus fontes aut aquas uicinas, tunc dorsa apū bibentium tangantur illo liquore tincta festuca, & ibidem moremur si cito reuersæ fuerint quas tinximus, hospitia eorum proxima esse cognoscimus, si tarde spacio lōgiore submota quod pro mora temporis extimamus. Ad proxima facile uenies, ad longinqua hoc genere producimus, canne unum internodiū cum suis recides articulis, & latere aperies, ubi mel exiguū mittes, & iuxta fontem pones cum ad id peruenerint apes, atq; ingressæ fuerint post odorem foramen, pollice composito claudes, & unam tātum patiaris exire, cuius fugam persequere, ea tibi partem demonstrabit hospitij, cum eam ceperis, non uidere cōtinuo emittes alteram, & sequeris, ita singule subinde dimissæ te faciēt usq; ad locum examinis peruenire. Aliqui mel circa aquas ponunt in uasculo, de quo cū apes aquam degustauerint ad cōmune pabulum pergens alias exhibebit, quarum frequentia subinde crescente notata uolantium parte usque ad examina persequeris.

Qualiter tenendæ & procurandæ sunt apes, Cap. xcviii.

**C**istos apum procurare debet ut circa ipsarum locum sit abundantia florum, quos uel in herbis uel fruticibus uel arboribus procuret industria, herbas nutriat origanum, thymum, satureiam, serpillum, uiolas, amaracum, hyacinthum, iris, uel gladiolus dicitur, & narcissus creticus, cæterasq; herbas suauis odoris, & floris, in fruticibus quoque sint rosæ, lilia, rosmarini, ederæ in arboribus, amygdalus, persicus, pirus, pomiferæq; arbores, quibus nulla amaritudo respondet floris uel succi. Syluestria uero glādifera robora, buxus, terebinthus, lentiscus, cedrus, tilia, pinus, & taxi remoueantur. Supradicta enim dulce mel efficiunt, cætera saporem rustici mellis præbent, ut Palladius ait. Ea præcipue sunt serēda, si pabulū naturale nō est (ut dicit Varro) que maxi-



quæ maximè sequuntur apes, ut sunt rosæ, serpillum, apiastrum, papauer, faba, lens, pisum, eginum, medica, maximè ualentibus utilissimū est, etenim ab æquinoctio uerno florere incipit, & permanet ad alterum æquinoctium autumnale. Sed apium ad sanitatem aptissimum, ad mellificium thimum, his aquā liquidam unde bibant esse oportet, eaq̄ propinquam quæ non fluat, uel in aliquē locum influat, ita ut ne profunda ultra duos uel tres digitos sit, in aqua iaceant restæ aut lapilli, super quibus assidere & bibere possint. Diligens habēda cura est, ut aqua pura sit ad bonum mellificium uehementer prodest, & quia non omnis tempestas grandinum uel pluuiarum aut uenti uel frigoris eas ad pastum prodire longius patitur, præparandus est his cibus ne melle cogantur solo uiuere, aut relinquere examinatas alueos. Igitur ficorum pinguium circiter decē pondō decoquuntur in aqua congijs sex, quas coctas in offas sæpe apponunt. Alij quam mulsam in uasculis ut sit prope curant, in qua addunt lanam puram, per quam sugant uno tempore ne potu nimium impleantur, aut incidant in aquam, & singula uasa ponunt ad alueos. Alij uiam passam & ficum cum pistauerint effundunt in sapam, atque ex eo factas offas apponunt ad quas in hyeme ad parbulum procedere possint. Verno tempore & æstiuo ferè ter in mense mellarius inspicere debet fumigans leuiter eas, & à spurcicijs purgare aluum, & uermiculos eijcere. Præterea ut animaduertat ne reguli plures existant, inutiles enim sunt propter seditiones. Nam duo sunt genera ducū, ut Mæcen. & Virg. scribunt, niger & uarius qui melior est, debet ergo mellarius interficere nigrū, qui alteri regi seditiosus est, & corrumpit aluum, eo quòd fugat aut cum multitudi ne fugetur, & sic sedabitur apum pugna, ut Virgilius scribit. Mēse Maio (ut ait Palladius) incipiūt augeri examina, & in extremis fauorum partib. maiores creantur apiculæ, quas aliqui reges putant. Sed (græcis *κρημν* dicitur hoc genus apis,) quia requiem concutiunt quiescentis examinis. Nunc papiliones abundant quos necare debemus. Item circa initium à sordibus liberandi sunt aluei, quia tota hyeme eos mouere aut aperire non possumus, sed hoc die aprico & tepido facienda sunt, ut pennis maximis auium magnarum quæ habent rigore uel alio simili omnia interiora mundentur, quæ manus non ualebit attingere, tunc rimas omnes quæ sunt extrinsecus luto & fimo bubulo mixtis liniantur, & insuper genestis & alijs tegumentis ad porticus similiter operiamus, ut à frigore possint & tēpestate defendi. Bonus custos mense Septembri debet aluearia uelusta cognoscere, & plena & grauia quæ in estate nō ædiderūt examina uēdere, ac apes occidere, & facere mel eorū eo modo sicut infra suo loco dicitur. Item debet custos, ut experti affirmāt, tenere in æstate aluearia cū subtilibus fragmētis tabularum, paululū eleuata, quo apes uix ingredi & egredi possint, sed non lacertulæ. In hyeme uero cum fimo bubulo per optime obturata. Item cum nimis depauperantur melle, quod cognoscitur uisu si subtus inspiciatur, facto supra partem mediam paruo foramine ac per ipsum mūda uirgula intermissa exhibeant



habeant eis mel uel pullum assatum, uel alias carnes. Item dicunt, quod si alueus pinguis est dimittantur hyeme super sedibus suis, si macer, ponatur in medio in loco obscuro, præparato ne mures obsint.

De nocumentis apum & earum cura, Cap. XCIX.

**P**rouidendum est (ut ait Varro) ne infirmiores à ualētioribus opprimantur, eo enim minuitur fructus, itaq; imbecilliores secretas, occiso rege ocioso, subiiciūt alteri regi. Si crebrius inter se pugnabūt aspergi eas oportet aqua mulsa, quo facto non modo desistunt à pugna, sed etiam consortiunt se lingentes, eo magis si melle sunt aspersæ, propter odorem auidius applicant se atq; obstupescunt. Si ex alueo minus frequentes euadūt, aut subsidit aliqua pars subsumigandum & prope apponendum aliquid bene olentium herbarum, maxime apialstrum & thymum. Prouidendum uehementer ne propter æstum aut propter frigus dispereant. Si quando subito imbri in pastu sunt oppressi, aut frigore subito, quod raro accidit ut decipiantur, guttis offensa, iacēt prostratæ, colligendum eas in uas aliquod, & reponendum in tecto loco tepido & bono cinere tepido, plus calido quā tepido, eijciendum super eas, & excutiendum leuiter uas & apes, manu non tangas, & ponendū in sole quo reuiuiscāt iuxta suos alueos, ut ad domicilia redeant. Si uero ægræ sunt, quod his cognoscitur signis (ut Virgilius ait) quod cōtinue est in ægris alius color, horrida macies multum deformat eas, corpora mortuarum extra efferuuntur: alix pedibus annexæ ignauæq; ad limina pendent, aut intus in ædibus omnes certant, ignauæq; fame sunt & contracto frigore pigræ, tunc sonus auditur grauior & susurrant, ut in syluis immurmurat auster, & ut mare stridet refluentibus undis, & ut clausis fornacibus rapidus æstuat ignis. Tunc galbaneos incēde odores & etiam canalibus arundinis melle exhibeas, & proderit si gallæ contrite saporem admisceas, aut arentes rosas, aut frusta carnis assata præbeas, aut uuam passam, aut thymum uel centauream, aut radices herbæ, quæ rusticis uocatur amello, pone in odorifero baccho, & in canistris ad fores apum. Hęc herba cognoscitur, quia in pratis oritur & tollit stipitem uelut syluam, & eius folia plurima circumfunduntur, eius flos est aureus & asper in ore saporis. Fugemus etiā (ut ait Palladius) lacertas & ranas & cætera animalia, quæ sunt apibus inimica. Aues etiam crepitaculis terreamus, mense Martio maxime solet apibus morbus incurrere, nam post hyberna ieiuniat thymali & ulmi amari floribus, qui prius nascuntur auidius appetentes solutione uentris intereunt, nisi affueris uelocitate remedij. Præbebis ergo malignanati cum austero uino grana contrita, & in uasculis refrigerata ponantur. Quod si horridæ uidentur, ac cōtractæ corpore, silere & mortuarum corpora frequenter efferre, cannalibus ex canna factis mel cum gallæ puluere uel siccæ rosæ coctum debebis infundere. Ante omnia studebis, ut putres partes fauorum uel uacuas ceras quas aliquo casu examen ad paucitatem redactū non ualebit implere, semper recidas acutissimis feramentis



ramentis subtiliter, ne pars alia remota fauorum cogat apes domicilia cōcussa deferere. Si propter abundantiam florum de melle tātum, sed de prole nihil cogitant, & uideris nimietatem, interiectis ternis diebus, clauso foramine, non eas patiaris exire, ita ad generandum se conferent. Nam circa calend. Aprilis curandi sunt aluei, ut omnia purgamenta tollantur & sordes, quas tempus contraxit hybernū, & uermiculi & tineę & aranę quibus corrumpitur usus fauorum, & papiliones qui stercore suo uermes faciunt. Modus autem occidendi papiliones est hic (ut Palladius ait) uasculum altum æneum & angustum uesper inter aluearia collocemus, & in eius fundo lumē ponamus accensum, illuc papiliones conueniunt, & circa lumen uolitant, & angustia uasculi ab igne proximo interire cogentur. Tunc fumus stercoreis bubuli sicci adhibeatur, qui aptus est apum saluti, quę purgatio frequens usq; in autumnū tempora celebretur. Hęc omnia cęteraq; efficiet custos castus & sobrius, & alienus ab alueis & cibis acribus, & odoris immundi, atq; omnibus fassamentis.

De morbis & industria apum, & uita ipsarum, Cap. c.

**A**pes non sunt solitaria natura, ut a quile, sed ut homines, nam in his est societas operum ædificiorum, in his ratio atq; ars. Foris pascuntur, intus opus faciunt, nulla horum assidit in loco inquinato, aut eo qui male olet. Et si quādo in aëre dispersę sint, cymbalis & sonis se reducunt in locum unū, regem suum sequuntur quocunq; ierit & fessum subleuant, & si nequit uolare sustollunt, quod eum seruare uolunt, neq; ipsę sunt ociosę, nec non oderunt desidēs, itaq; impetum facientes ab se eijciunt fucos, quod hi neq; adiuuant, & mel consumunt, quos uociferantes plures persequuntur, & pauca propter ostium aluei obturant omnia: Ne ueniat inter fauos spiritus omnes ut in exercitu uiuūt atq; alternis horis dormiunt, & opus faciunt pariter, & ut in colonias mittūt, horumq; duces faciunt quaedam ad uocem, ut mutatione tubę, tunc id faciunt cum inter se signa pacis ac belli habent. Ex malopunico & cōsparago, cibum accipiunt solum, ex olea arbore mel, sed non bonum, duplex ministerium præbetur ex faba, apia stro, cucurbita & brassica cera, & cibus, itē & malo & pyris syluestribus, ex papauere cera & mel, ex nuce gręca triplex ministerium fieri dicitur, & ex lapsano cibum mel & cera. Itē ex alijs floribus ita accipiunt, ut alia ad singulas res sumant, alia ad plures. Item ex alia re faciunt liquidum mel, ut ex ceris flore, ex alia econtra spissum, ut rore marino. Sic & alia mel insuaue, ut ex fico, cytiso bonum, ex thymo optimum, ut ait Varro. Præterea Virgilius ait, quod ipsę aulas & cętera regna fingunt. Sæpe etiam errando in duris cotibus attriuere alas, utroq; animam sub fasce dedere, tantus est amor florum, & generandi gloria mellis, licet sint breuis uitę, nam ultra septennium non

uiuunt, quamuis earum genus maneat

immortale.

Quando



Quando quare & qualiter exeunt examina, & quomodo præscitur earum exitus, Cap. CI.

**E**Xamen exire solet, ut Varro scribit, cum apes natae prospere sunt multæ, & progeniem incolumem mittere uolunt, ut olim crebro. Sabini fecerunt propter multitudinem liberorum, quod duo solent præire signa, unum quod superioribus diebus maxime uespertinis multæ ante foramē, ut uuæ aliæ ex alijs pendent conglobatæ, alterū quod cum iam uolaturæ sunt, aut etiam inceperunt consonant uehementer, ut milites & populi faciunt, cum castra mouent, quæ primo cum exierunt in conspectu uolitāt, reliquas quæ nondum exierunt expectantes, donec omnes conueniant. Virgilius autem scribit, quod aliquando exeunt ad pugnam, nam sæpe duobus existentibus regibus oritur magna discordia inter eos & eorum sequaces, quod cognoscitur, quia tūc sonus magnus ad modum tubarū auditur, tunc trepide inter se coeunt, pennisq; coruscant, spicula exacuunt, rostris aptantq; lacertos, & circa regem miscentur & densantur, magnisq; uocant clamoribus hostem, tunc erumpent & concurrunt, & mixtæ glomerantur, & magnus fit sonitus, præcipitesq; cadunt densiores grandine & glande, cum decutitur, ipsi reges per medias acies ingenti animo inter se bellant, fulgentibus alis, nec pugne cedunt, dum fuga illū aut illum uictor terga dare cogit. Hi motus animorum atq; hæc tanta certamina, iactu exigui pulueris requiescunt, uerum cum ambos ductores & acies reuocaueris, deteriorem ne amplius obsit dede neci, & meliorem repone in aula, nam duo sunt genera, melior est aureus, alter horridus. Item exeunt aliquando ob inanem delectationem, ut idem Virgilius scribit, quod cognoscitur, quia per aëra uolando ludunt, quod facile prohibere potes, eripere enim debes regibus alas, ne in altum uolare possint. Palladius autem scribit, quod futura fuga seu exitus examinis præscitur, quoniam per biduum aut triduum ante acrius tumultuant & murmurant, quod apposita frequenter aure cognoscitur.

Qualiter examina sunt colligenda & includenda, Cap. CII.



**C**um custos apum uidet examē exiisse atque in aëre permanere, statim debet puluerem in eas eijcere, & alicuius rei sonitum fortiter facere, ut terræ longe non eant, sed se in aliquo proximo loco suspendant, & cum uiderit ubi se ponere uolūt, herbas uel ramulos arborum in quibus delectantur in perticam bene ligatos ibi apponat, ubi super ipsos se suspendant, & cum omnes ibi conuenerint, eas in terram deponat, & alueū su-

Ff 2 per eas



per eas collocet, in quem intrabunt, in proprio loco ubi stare debebunt uel spe  
 re collocandum, uel paruum alueum odorifero uino consparsum, qui alueolus  
 uocatur, cum pertica ponat in eum locum, ubi se suspendunt, uel se integre su-  
 spenderit, in quem per se uel fumo ingredientur, & cum omnes intrauerint  
 deponantur sub uno scamno, spaciose forato, & nouus alueus optime purgatus,  
 & odorifero uino aspersus, & sceniculis uiridibus aut alijs odoriferis herbis, &  
 pauco melle perfricatus, supra eum apponatur, remoto superiori fundo alueo-  
 li, ut in nouam per se uel beneficio fumi domum intrent, cum aqua uespere  
 in suo loco ponantur. Quod si iam in aliquo ramo se suspenderit incidatur  
 acutissimo ferro, & suauiter deponatur, & super eum collocetur alueolus, &  
 fiat ut dixi, cum inhærent uel ramulis uel ad perticam se suspendunt. Quod si  
 examen integrum colligere non potes, & quamlibet partem sub alueo collo-  
 care. Quod si contingeret te regem cum una parte habere, omnes alijs parti-  
 culæ ad eum uenient per se ipsas, & si iam in aliquam arborem perforatam in-  
 trauerint ad locum unde intrant & exeunt admoueat alueolus, & per ali-  
 quod magnum foramen sub apibus nouiter factum, immittatur fumus, ut in al-  
 ueolum fugiant de super collocatum, uel in ramulos ibi appositos, si alueo-  
 lus non habetur. Et sic inter plures uices poterunt omnes haberi. Vel eadem  
 arbor si subtilis est cum serra recidat acuta de super, atque infra, & ueste munda  
 cooperta tollatur, & in nouum alueolum expellatur, uel per se in sedibus collo-  
 cetur, aut ex ipsa arbore expellantur in totum, & cum se in aliquo ramo suspen-  
 derint uel suspendere uolunt, fiat, ut dictum est de his, quæ sponte recedunt.  
 Si autem se suspenderit in herba uel frutice uel alio loco supra quem nouus al-  
 ueolus poni possit, non est aliud agendum, nisi quod in eo recipiatur, & super  
 podijs uespere collocetur. Item si suspenderit se in aliquo alto uel inepto lo-  
 co, de quo prædictis modis haberi non possit, excutiantur longissimis perticis,  
 ut in terram cadant, uel in congruo loco se ponat. Custos autem cum talia pro-  
 curat, ut Palladius scribit, debet esse purus, & ab omni immundicia & odore ali-  
 cuius acredinis, uel alterius mali saporis liber. Item sollicitus & attentus ha-  
 bens semper aluearia noua parata, quibus recipiatur examen rudis iuuetus.  
 Nam nouelle apes uagantibus animis, nisi seruentur fugiunt. Exeuntes in aditu  
 suo morantur uno aut duobus diebus, quæ statim nouis aluarijs excipienda sunt,  
 obseruabit autem custos assiduus usque in octauam uel nonam horam mense præ-  
 cipue Iunio, & cum signa futuræ fugæ perpendet, quia post has horas non facile  
 fugere aut amigrare consueuerunt, quamuis aliquæ statim & procedere & abi-  
 re non dubitent. Item cum ad pugnam exierint, & se in ramo uel alio loco su-  
 spenderit puluere uel alia re aspergat, & si unius uberis educatione pende-  
 bunt, noscat aut unum regem esse omnibus, aut reconciliatis uniuersis manere  
 concordiam. Si uero duo uel plura ubera suspendens se populus imitat, & discor-  
 des esse & tot reges esse quot ubera confitent. Vbi globos apum frequentiores ui-  
 derit,



derit, uncta manu succo meliloti uel apij reges requirat. Sūt aut paulò maiores, oblongi magis quàm cæteræ apes, rectoribus cruribus, neq; grãdioribus pen- nis, pulchriores & nitidi, leues absq; pilo, nisi fronte pleniore, quasi capillum gerunt in uentre, quo tamen non utuntur ad uulnus. Sunt alij fusci atq; hirsuti, quos oportet extinguere & pulchriores relinqui, qui uere frequenter uagantur, cum examinibus suis alis seruentur erectis, hoc enim manente nulla discedit. Si non satis magna nascuntur examina duorum uel plurium uasculorum possumus in unum cõferre, dulci tamen liquore aspersas apes atq; inclusas tenebimus appo- sito cibo mellis, exigua tamẽ respiramina relinquamus aperta. Quod si uelis al- uearium cui per aliquam pestem multitudo subducta est populi adiectione re- parare, considerabis in alijs abundantibus, cauandum fauorum & extremitates quæ pullos habent, & ubi signum nascituri regis inueneris, cum sobole sua re- cides, & in aluearium ponas. Est autem hoc regis futuri signum inter cætera fo- ramina, quæ pullos habent unum maius ac longius, uelut uber apparet. Sed tunc transferendæ sunt, quando erasis cooperculis ad nascendum maturi capita ni- tuntur exercere, nam si immaturos sustuleris interibunt. Si autem se subitum le- uabit examen, strepitu æris ac testule terretur, tunc ad aluearium redibit, uel in proxima fronde pendeat, & inde in nouum uas herbis consuetis & melle con- spersum manu attrahatur, uel in trulla, & cum in eo loco requieuerit, uespere inter alia collocetur.

Quando & qualiter potest apibus de melle tolli, Cap. CIII.

**M**ense Iunio secundum Palladium, aluearia castrabuntur, quæ matura esse ad mellis reditum signis pluribus instruemur, primum si plena sunt, subtile murmur audimus, nam uacuae sedes fauorum, uelut con- caua ædificia uoces, quas accipiunt in altum extollunt, quare cum murmuris sonus magnus & raucus est, agnoscimus non esse idoneas ad meten- dum crates fauorum. Item cum fucos qui sunt apes maiores grandi intentione perturbant, iam matura mella testantur. Item secundum Varronem, signum eximendorum fauorum est, si intus faciunt globum. Item si fauorum foramina obducta sunt, quasi membranis quia tunc sunt melle pleni. Castrabuntur autem aluearia matutinis horis cum torpent apes, nec caloribus excitantur. Fumus admoueat ex galbano & arido fimo bubulo, quem in pulmentario siccis car- bonibus conuenit excitari, quod uas ita figuratum sit, ut angusto ore fumum possit emittere, atq; ita cedentibus apibus recidentur mella ad examinis pabu- lum. Hoc tempore pars quinta fauorum dimittitur. Sane putres aut uitiosi fa- ui de aluarijs auferantur, mense etiam Octobri aluearia castrabuntur, modo prædicto. Quæ tamen oportet inspicere, & si abundantia est demere, si medio- critas, partem mediam pro hyemis inopia relinquere, si uero medietas apparet mellis nihil prorsus auferre, sed Varro scribit, quod pars tertia fauorum tantum modo tollatur pro hyeme, reliquum relinquatur, licet plena sint aluearia melle.

Ff 5 uerum



uerum si metuas duram ueturam hyemem, nil prorsus auferendū, ut Virgilius scribit, uiri autem nostri temporis ualde experti in talibus affirmant, quod mel debet eis accipi semel tantum in anno, & hoc in fine Augusti usq; ad mediū mensem Septembris, sed cera corrupta tunc & ante, quādo cunq; auferre potest, ita quod semel mel debet auferri parum uel multū habito respectu ad paucitatem uel multitudinem mellis in alueo existentis, ad paruitatē uel magnitudinē mellis in alueo examinis nutriendis, dūmodo ultra quartam partem alicui non tollatur. Modus accipiendi de alueis stantibus est, ut claudatur cum herba foramen unum uel plura si sint, ne apes exire possint, & desubtus cum panno molli uel palea fiat fumus, ut ad partem aluei superiorem ascendant, plicato alueo incidantur faui, cum subtili cultello frequēter in aqua posita, ne cera adhæreat, & ne remanentes ledantur. Si uero alueus iaceat cum subtili ferro in parte incipiunt potestrema, assidi superiori annexi faui primo melle implent, ultimo in anteriori parte laborant, ibiq; morantur omnes. Ideoq; fundus posterior securē aperiri potest, qui sic dispositus esse debet, ut facile aperiatur. Fauis mellis, furtiue subtractis, reponatur fundus in suo loco, apes autem cum hæc cognouerint omnes accedunt ad uacuatū locum replēdum, & cum ipsum reparauerint, & omnia compleuerint, ad partem anteriorem redeunt, ibiq; morantur. Ex quo aperte scire potest, quod locum uacuum repleuerunt.

De melle & cera conficiendis,

Cap. CIII.



**M**el ex fauis siue apibus fit hoc modo: ex fauis antequā premantur, tollatur si qua parte sunt corrupti ac pullos habentes, quia malo sapore mellis corrumpuntur, & cōquassati in munda cista ponantur, & sic dimittantur donec per se paulatim fluxerint, uel etiam aliquo pōdere pressi fluxerint. Est mel crudū pulcherrimum, deinde coquatur mel uel cera, ut infra dicitur. Cum cōquassatis & oc-

cilis apibus fit hoc modo: mēse Septembri accipiantur aluearia graua uetusta, quæ præcedente æstate non ædiderunt examina, & supra fumum & flāmam palearum alueus modicum teneatur, ut apes superius fugiant uel sibi ales comburant: deinde reuolue coopertorium aluei super terram & uangecta ferrea incide baculos existentes in alueo, & optime cum eadē mel, cera & apes conquassa, deinde reuolue alueum & coopertorium remoue, ipsumq; alueum super strangecta mastelli mundissima pone, & uangecta fac in mastellum descēdere mel & ceram, quæ postea in forte castula pone, quam cum ligaueris fortiter compri-  
me aliquo instrumento idoneo, uel cum uite magnatorum ligaminis; uel inter  
duas



duas affidiculas positas, in duabus stangetis in parte inferiori ligatis, uel in una concha posita affide ac ponderibus super ipsa stangeta, uel inter duos baculos quos duo teneant homines, & tertius partem supremam stangetæ, fortiter torqueant, & quod fluxerit, est mel crudum, & si pluries dupletur stangeta fortius & melius cōprimetur, deinde uero quod in tasta remanserit, ponatur ad ignem lentū, in cacabo & sine feruore calefiat, & semper tene manus in uase, ceramq; minutam aperias, donec mel & non cera erit integre liquefactū, & cum mel ex calore palulū cœperit pungere manus omnia intacta repone, iterumq; preme, ut supra, nec est damnosum si non prematur acerrime, ut de melle aliquid remaneat cere admixtum, cum longe minus ualeat mel quàm cera, & hoc quod fluxerit mel coctum uocatur, quod in uasculis debet poni ipsisq; apertis paucis diebus haberi, atq; in summitate purgari, donec in uili refrigerato calore defuerit. Mel nobilius illud erit, quod ante expressionē secundam effluxerit uel ut sponte. Cera quæ post fluxum mellis in tasta remansit, siue apes admixtas habeat siue non, ponat in cacabo mundo in quo sit aqua tanta uel plus, ut cera extet, hæc ad ignem teneatur donec sit integre liquefacta, semperq; cum spatula uel aliquo baculo agitetur, & in dicta tasta grossa ponatur, & fortiter cōprimatur, ut in situlam habentem aliquid aquæ cedat, ibiq; stet donec sit optime congelata, tunc euellatur & ab omni sorditiæ quæ sit inter ceram & aquam mundetur & seruetur, & si placuerit, ut pulchior adhuc fiat, sine aqua iterum liquefiat, & in uase aqua madido cuiuscunq; formæ placuerit iterum reponatur. Quicquid in tasta remanserit abijciatur, & ipsa in aqua calida lauetur, & ad fumum ponatur, & sic diu ualde durabit.

## De utilitate apum, Cap. cv.

**I**N apibus utilitas magna consistit, si locum idoneū habeant, & prudēter ac sollicitè procurent, nam ex paucis breui tempore multa examina fiunt, nisi magna pestis tēporis eis obsistat, nam in anno semel etiā bis & plerunq; ter pariunt, & examen emittunt, & sine magnis expensis ac labore tenent, licet nō sint totaliter negligēde, ex quibus cum augmentū receperint uetusta quinque uel sex annorū, quæ parere desierunt, æstate magno precio, quia multā habent ceram, quæ maxime necessaria est, uēdere potes & noua seruare, faciunt etiam cerā quæ maxime necessaria est regibus & prælatis, & quibuscunq; personis, ut notū est omnibus, quæ satis magno precio uendit. Et quod amplius est die noctuq; honorē exhibet æterno regi. Item faciunt mel in maxima quantitate quod ualde utile est, tam ad cibum q̄ ad medicamina infinita. Ad ipsarū utilitatē pbandā refert Varro duos fuisse milites in Hispania fratres ex agro Falisco locupletatos, quibus cum à patre relicta essent parua domuscula & agellus non sanè maior iugero uno, circa totam domum aluearia fecisse, & hortum habuisse, & reliquum locum ac spaciū thymo & cithiso semine operuisse ac etiā apialstro, hos nunquam minus, quàm dena milia sextaria ex melle recipere esse solitos. Vnde ait Persius; Nec thymo satiantur apes nec fronde capelle.



# PET. DE CRESCEN-

TIIIS, DE DIVERSIS ARTIBVS CA-  
piendi animalia fera, LIB. X.

## PROLOGVS.



Ntiqui philosophi, quorum intellectus ad eò excelsè illustratus est, ut utilia humano generi cognoscerent, intelligentes quæ cum sub cælo sunt ad utilitatē hominum esse creata, subtili cogitauerunt ingenio, qualiter animalia aërea, terrestria & aquatica, quæ propter peccatum primi parentis homini nequaquã obediunt, capere possent; inueneruntq; multas cautelas, quibus homines usi sunt, & suis ingenijs successiue infinitas, addiderunt artes pluribus ignotas. Ideoque cuncta quæ scire poterò, in scriptis reducere intendo, primo tractas quibus modis capiuntur aues, secundo bestia syluestres, tertio pisces. De auibus autē qualiter capiuntur cum auibus rapacibus domesticatis, cum retibus, cum laqueis, uisco, balistis, arcibus, & alijs quibusdam modis, & de bestijs qualiter capiuntur cum bestijs domesticatis, cum laqueis, retibus, foueis, & alijs modis. De piscibus etiam quibus modis capiuntur cum retibus, cistis, hamo & calce.

### De auibus rapacibus in genere, Cap. I.

**P**Rudentes antiqui uidentes qualdam aues per aëra uolitantes, alias capere cautè laborauerunt, auium rapacium genera domesticare, ut quas per se capere non poterant earum auxilio sibi quærant. Et horum primus inuentor dicitur fuisse rex Daucus, qui diuino intellectu nouit naturam accipitrum & falconum, & eos domesticare ad prædam instruere, & ab ægritudinibus liberare, post quem alij multi fuerunt, qui plures ipsorum auium rapacium addiderunt.

### De Accipitre, Cap. II.

**A**ccipiter est auis nota, & eius quidam natura est, ut uiuat de raptu aliarum auium, & ideo semper solus & nunquam sociatus incedit, quia in præda non cupit habere sodalem & quātum potest ad rapiendum prope terram uolitat, ne ab auibus quas capere intendit uideri possit. Ab omnibus quibus insidiatur instinctu naturæ cognoscitur, & cum eum uident aut sentiunt, garrunt, fugiunt, & se quantum possunt occultant. Hæc auis uelocissimi uolatus est, & ideo nisi statim rapit in principio sui motus, sed postea lentus est eius uolatus, & ideo nisi statim rapiat ab auis persecutione desistit, & super aliquam arborem ad eò sæpe indignatus se ponit, quod uix ad dominum uult redire. Inueniuntur autem accipitres in alpiibus quibusdam nidificare, & meliores omnibus sunt, ut fertur qui nascuntur in alpe de Brasia in Sclauonia. Boni  
etiam



etiam nasci dicuntur, qui nascuntur in alpihus quæ sunt in confinibus Veronæ & Tridenti. Ex his quidem sunt parui qui cōmuni nomine uocātur accipitres, & quidam magni, qui uocantur astures. Sunt enim de genere accipitrum sicut coruus & graculus eiusdem generis sunt, & canis paruus & magnus, & idem in pluribus animalibus est uidere, & accipitrū quidam sunt maiores & sunt fœminæ hi qui sunt maioris uigoris, & quidam sunt minores, & uocantur muscheti & sunt masculi, qui paucae utilitatis existunt.

De pulchritudine accipitrum & cognitione bonitatis  
eorum, Cap. III.

**A**ccipitrum pulchritudo cognoscitur si sunt magni, curti, paruum habentes caput, pectus & spallas grossas, & amplas tibias, & pedes magnos & expansos, & pennarum colorem nigrum. Et bonitas quidem cognoscitur qui de nido extractus melior est, & a domino raro surgere consuevit, & hic uocatur nidarius, uel qui de nido egressus de ramo in ramum matrem sequitur, qui ramarius uocatur, & optimus esse consuevit, secundi meriti est his qui postquam de nido uolauit captus fuit raro consuevit antequam pennas in feritate mutaret, qui uocatur forus, sed qui post tale tempus captus fuit raro consuevit cum hominibus uiuere uel morari, si tamen permaneat bonus est, quia in feritate fuit solitus aucupare, & quanto animosior uidetur & audatior per effectum, & meliorem morum tanto ab expertis melior iudicatur.

Qualiter accipitres nutriuntur & instruuntur, & quales capiunt aues, & qualiter mutantur, Cap. IIII.

**N**utriuntur autē nidarij & ramarij bonis auibus, & carnibus pluries, & in die paulatim in hora ut magis dominum diligāt, possunt etiam eis dari oua in parapsidibus fracta & agitata, & in aquam feruentem proiecta, & postea cum digitis simul constricta. Idem fit nisoris à principio, sed cum optime priuati & domestici facti sunt, semel tantum sunt in die pascendi post tertiam, cum digestionē compleuerint, & non ante quod per gorgā euacuata cognoscitur ab expertis, & si cibus de gorga usque ad diem sequentē non descenderet tantūdem sine cibo dimittetur. Item potest bis in die cibari secure, si cibum inueneris descendisse de gorga, & quotiens hoc uideris cibare secure poteris, nisi uelis eodem die uel sequenti aucupatum accedere, quia & tūc accipitrem famelicum esse oportet, ut auidius prædam petat, & facilius ad dominum reuertatur. Domesticantur autem si plurimum tenentur in manu, & maxime in aurora tempestiue, & inter multitudinem hominum, & in rumore molendinorum, & fabrorum, & similibus. Instruuntur uero nidarij & ramarij, nam cæteri sunt in feritate instructi, hoc modo cibetur hora nona bono cibo, & sequenti die teneatur in loco ualde obscuro usque ad nonam, deinde accipiatur & portetur ad locum uenationis, & non dimittatur, primo ad aregatas uel gazas neque ad perdices, quia nimis sunt fortes, & si eas superare non posset debilitaret  
eius au-



eius audacia sed dimittatur quales, turdis, & merlis & similibus. Quod si Gazas capiat habeas unam captam, & ei multas pennas de alis auferas, & quidem in aliquo fossato abscondus ante conspectum accipitris eam proijcies, & ibi accipiter dimittatur. Capiunt autem quales & perdices, aregazas & glanderas siue gazas & multas alias gazas & aues, ut merulos, turdos & passeres, & his similes, mutantur uero quolibet anno, nam ponantur mense Martio uel Aprili in gambia magna specialiter ad hoc facta, & posita ad solē in loco calido, ueluti iuxta muros plagæ meridionali appositas, & completur mutatio pennarum eius in principio Augusti, & in pluribus in medio, & quibusdam in fine, & in quibusdam non completur omnino, & ad hoc ualet si bene pascantur bonis carnibus, & precipue auium & ouorum, ut bene impinguentur, tunc enim optime mutant, & quidam dicunt ad hoc ualere cibum stellionum & testudinum & lacertarum. Et aliqui consideranter depilant eos ut nouæ pennæ nascantur uelocius, sed hoc modo multi iam sunt destructi.

De industrijs & inducendi accipitrem, ut à domino non recedat, Cap. v.



**C**Aueat dominus accipitris, ne aliquo modo legdat eum, sed cum uiderit eum natum & uolentem stare super manu, uel pertica, suauiter tangat ipsum & eum eleuet si pendet, & quantum potest consideret mores & uoluntatem eius, & in omnibus ipsius uoluntatem sequatur. Et semper in manu eum cibet, nec sibi in aliquo contradicat, quoniam accipiter est ualde indignantis naturæ: præterea cum moeret, aucupatum non emittat ipsum, nisi eum uiderit bene

appetere prædam, & maxime ad regazas & glanderas, nec enim nimis à remotis dimittat, quia cum non potest attingere aues sæpe indignatus recedit, & aliquando in arborem descendit, nec ad dominum uult redire. Item non fatiget dominus accipitrem ultra modum, nec sit tantum auidus multitudinem quales uel aliarum auium habere, quod eum destruat uel irasci faciat, sed cum eas cepit quas uidet accipitrem libenter appetere, sit contentus, & ex ipsa præda eum cibet, ut sibi suam uenationem sentiat profuisse, & incitetur in amore uenandi.

De ægri tudinibus accipitrum & eorum cura, Cap. vi.

**A**ccidit accipitri, ut calefiat ultra naturam & complexionem suam in tantum quandoque ut febricitet, & tunc erit tactu calidus, & uidebit tristis: quod quandoque nuenit ex solis spiritibus inflammatis ex nimio labore, & quandoque



quandoq; ex humoribus putrefactis in aliqua parte corporis eius. Et tunc si macer est, parum & sæpe cibetur ex carnibus pullorum & paruorum auium, à passeribus tamen tunc abstinere melius est, quia multum calidæ complexionis existunt. Et dictæ carnes dentur sibi in rebus naturaliter frigidis, inuolutæ in semibus cucurbitarum & cucumerum tritis, aut mucilage psyllij & similium, uel paulisper coquantur in syrupo uiolato & similibus, & sibi dentur, & ponatur in loco frigido & obscuro super pertica pânis lineis inuoluta, in succis frigidis plerumq; infusis. Et quandoq; infrigidatur & digerere cibum non potest, & tunc si militer est trillis, & tactu frigidus, & color oculorum mutatur ad palliditatem & discolorationem, & tunc teneatur in loco calido, & suauiter in manu portetur, & paulisper quandoq; ad uolandum mittatur, & dentur sibi carnes auium, & præcipue passerum, & pullorū masculorū, & pipionū coctum aliquantulū in rebus calidis, uelut in uino uel aqua in qua sit salvia uel menta uel maiorana uel pulegiū & similia, & inuoluantur uel in melle uel in puluere feminum foeniculorū & anisorum aut cymini; ita tamen quod nihil omnino sibi detur nisi prius omnis cibus de gorga eius descenderit, & si macer est, sæpius cibetur, si pinguis & minus & rarius, in utroq; tamen casu tēperate cibandus est, donec fuerit liberatus. Quod si nullo modo digerit cibū, sed eum omnino retinet, dicunt experti, accipias corranæ & liga eum cum uno filo, & mitte cum una penna in gulam eius, & postea trahas filum, & sic passū eijciet. Item accidunt ei sexcupedes, & tunc unge pannum circa eum uolutū cum succo marellæ uel absinthij, & sic dimittatur ad solē de mane usq; ad tertiā. Item accidunt ei quandoq; lumbrici, & tunc da sibi super passum succum foliorum persici, aut puluerem santonici & liberatur. Et quandoq; patitur guttā in articulis alæ aut coxæ, & tunc minue de eius sanguine aperiendo modicum uenam, quæ sub ala aut sub coxa existit, cum in ea patitur. Item accidit eis podagra quæ prouenit ex descensu humorum guttarū in nodis pedū & digitorū, & tunc curantur cum lactæ herbæ quæ lactaiola uocatur, unguendo cum eo eorum pedes, & unguendo ex eo panno lineo & ipsum ponendo super perticam, super qua teneatur accipiter, donec erit rupta podagra, & tunc auferatur pannus & ex seuo inungatur podagra, donec fuerit liberatus.

## De asturæ, Cap. VII.

**A**stures sunt de natura accipitrum, sicut in tractatu accipitrum dictum est. Et cognitio pulchritudinis & bonitatis eorum est sicut cognitio accipitris: & nascuntur in alpibus & nemoribus, & domesticantur & instruantur & nutriuntur sicut accipitres. Capiunt autem perdices & coturnices, phasianos & angutiones & multas similes aues, scilicet anetas, anseres, corniculas, & quasi omnes aues quibus mittuntur, & cuniculos, lepores paruos & magnos, licet eas sine auxilio canum retinere non possunt, feriunt in capreolos paruos & eos impediunt adeo quod canes eos capere possint. Mutantur ut accipitres, & eadem ægritudines eis accidere possunt, & eodem



æ eodem modo curantur. Veruntamen fortioris sunt nature, & ideo non defacili infirmantur & moriuntur, & non requiritur in eis tanta diligentia, & sic non facile accedunt ad omnes.

## De falconibus,

## Cap. VIII.



**F**alco est avis nota, que de raptu uiuit & solus incedit ad prædam, sicut omne uolatile rapax, propter causam in accipitre assignatam. Hæc auis mirabilis uolatus est in principio, medio, & fine, que sursum rotando cõscendit, inferius intuitum figens, & ubi uidet anatẽ & anserem aut gru-

em, sicut sagitta clausis alis ad auem cum ungue posteriori, lacerandam descendit: quod si eam non tetigerit, persequitur fugientem, & sæpe cum auem in surgam conuersam capere non potest, adeò irascitur contra eam, quod post ipsam quodam furore uolitans a domino nimium elongatur, adeò quod non redit ad ipsum. Hæc auis ualde animosa est, & nobilissimi generis. Falcones primo, dicuntur uenisse de monte Gelboë, qui est in partibus Babylonix, & inde uenerunt in Sclauoniam ad palum nudum, deinde sparsi sunt per quosdam alios montes arduos, in quibus inueniuntur.

## De diuersitate falconum,

## Cap. IX.

**F**alconum quidam sunt magni, qui falcones cõmuni nomine dicuntur, & quidam parui qui uocantur Ismerli, & ex magnis quidam sunt nigri, quidam respectiue albi, & quidã rubei, ex coitu prædictorum inuicem generant, uidelicet cum trizolus unius pertica socia sua cum altera permiscetur, & omnes huiusmodi falcones sunt fœminæ, & eorũ matres trizoli sue tricelli uocantur, sic dicti, quia simul tres in nido nascuntur, duæ fœminæ & tertius masculus, qui propterea tricellus uocatur, qui non sunt tantæ uirtutis ut fœminæ, & sunt ualde minores quàm ipsæ.

## De pulchritudine &amp; nobilitate falconum,

## Cap. X.

**P**ulchritudo & nobilitas falconum cognoscitur si habet caput rotundum, & summitatem capitis planum, & rostrum curtum & grossum, & spallas amplas, pennas alarum subtiles, coxas lōgas, & tibias curtas & grossas, pedes liuidos, sparsos, & qui talis est at plurimum bonus erit, licet aliqui satis deformes sæpe optimi sunt inuenti. Ideoq; falconum bonitas & audacia solo experimento perfecte cognosci potest, ueruntamen eorum bonitatem & desiderium capiendi aues multum auget magistrorum suorum industria, & eosdem à bono proposito sæpe reuocat imperitia eorundem.

Qualiter



Qualiter nutriuntur, domesticantur & instruuntur falcones, Cap. XI.

**N**on sunt tenendi super ligno sed solum super petra rotunda & aliquantulum longa, super ea enim magis delectatur instinctu naturæ & consuetudinis eorundem. Qui ex eis parui sunt, hircina uel pullina carne nutriuntur, præcipue cum aues capere inceperit da ei de prima quæ capiet quantum uoluerit, idem facies de secunda & tertia, ut ex hoc ad raptum auum & ad obediendum domino animetur. Deinde uero postea stringe eum cum uis quod alias aues capiat hoc modo: scortica gallinam & factria purgatoria & da ei ma defacta in aqua, & pone eum in loco obscuro, & dimitte usque ad auroram diei, postea calefac eum ad ignem & uade aucupatum, & non fatiges eum ultra quam uelit, sed solum quantum ipse uult, & auide desiderat, dimittatur ad aues sic enim tecum libenter manebit, & quocumque ierit ad te redire curabit. Cū inueneris falconem tuum audacem & cum incenso desiderio aues capere, diligenter considera statum eius in macie & pinguedine, & in quo statu eum inueneris in eodem retinere curabis. Nam quidam falcones se melius gerunt cum sunt pingues, plures autem & ferè omnes in statu medio existentes, aliqui licet pauci cum fuerint macriores, & huiusmodi generis, rubei ut plurimum esse dicuntur, & cum primo mittuntur ad aues ad minores primo mittuntur, deinde ad mediocres, ultimo ad maiores. Si enim primo mitterentur ad magnos & superarentur ab eis, deficiente adhuc potentia & industria quas usu acquirunt, inciperent postea magnas aues & mediocres formidare, sicque difficulter nimum resumere audaciam sibi innatam, quam imperitia sui doctoris amiserat. Plurimum etiam confert falconi ad audaciam acquirendam, si eum tenes multum in manu, & des ei carnis pullinæ hora tertia coxam unam, deinde pone ante ipsum aquam in qua balneetur, postea ponatur ad solem ut siccetur, deinde ponatur in loco obscuro ibique usque ad uesperas dimittatur, deinde teneatur in manu usque ferè ad primum somnum, postea lumen lucernæ uel candelæ coram eo per totam teneatur noctem, & cum matutina uenerit hora aspergat uino, & teneatur ad ignem. In aurora uero diei aucupatum portetur. & si capiat, quantum uult de præda sua cibetur. Si uero non capiat detur ei ala una & media coxa gallinæ, & in loco ponatur obscuro. Circa medium febr. falconem in muta pones, & de omnibus carnibus eum cibabis usque ad unum mensem, postea pones ante ipsum cunctam aquam, prius tamen da ei comedere, et si uides quod non mutat, unge carnem quam ei tribuis melle, quod si adhuc non mutat, accipe ranam et fac puluerem et super carnem pone, mutabit. Et caue ne ipsum de muta tollas antequam completæ fuerint penne eius, et cum de muta acceperis eum ad calorem non teneas, sed plurimum eum in manu tene, nec postea usque ad 15. dies cum eo aucupatum accedas. Capiunt autem anates, anseres, agirones, grues, et starnas, et alias aues. Sed fertur quod si comedunt sanguinem agironis omne desiderium capiendi grues amittunt. Si uero carnes solum sine sanguine comedat, hoc uitiū incurrere non credunt.

Gg De agritur



De ægritudinibus quæ falconibus accidunt, Cap. XII.

**A**ccidunt falconibus omnes ægritudines quæ superius accidere accipitri dixi, & eadem sunt signa & curæ, quia omnium uolatiliū rapacium ferè eadem est natura. Et ideo de his hic tractare non expedit, unum tamen cognoscas quod falcones sunt fortiores naturæ quàm accipitres, & non sic facile infirmantur & moriuntur, si comedunt antequàm in cibis de gorga descenderit. Quidam insuper falconarij multos modos regendi falcones narrant, & alias ægritudines eis accidere alia squè curas necessarias esse, ex quibus aliqua forsàn uera sunt, quæ per multas experientias approbantur, sed multa ex his quæ dicuntur ratione carent, & sunt potius apparentia quam existètia. Idemq; si qua hic defunt de cura falconum & auium rapacium, per uiros expertos non semel sed pluries longo tempore suppleantur.

De Smerlis, Cap. XIII.

**S**merli sunt de genere & natura falconum, & sunt quasi falco celli parui, quod apparet per formam corporis & colorem pennarum, quorum auuipatio potius uoluptatis quàm utilitatis existit. Capiunt autem præcipue laudulas, & tanti desiderij & animositatis sunt ad eas capiendas quod plerunq; persecuti sunt eas in uillas usq; ad chibanum ardentè, aut in puteum, aut sub mantellis hominum. Item capiunt passerres & alias auiculas paruas, de ipsorum autè doctrina & cura plura non dico, quia per superiora satis sciri potest.

De Gyrfalcis, Cap. XIII.

**G**yrfalcus est auis rapax maior quàm falco, & est magnæ uirtutis & potentia, mirabilisq; audaciæ, ad eum inuenti sunt aliqui audaci spiritu & quilas insultasse. Capiunt autè omnes aues quantumcunq; magnas, & sunt ferè de natura falconum, quare & præcedens doctrina satis sufficit ad nutriendos Gyrfalcos.

De Aquila, Cap. XV.



**A**quila est similiter auis de raptu uiuens, quæ propter fortitudinem & audaciam suam uocata est rex auium, nã omnes aues eum timent, sed ipsa nullam. Diuersæ sunt species aquilarū, quædã sunt ualde magnæ, quædã mediocres, quædã paruæ; & iterum quædã sunt nobiliores non appetentes nisi uolatilia & animalia terrestria uiuentia, & quædam quodammodo ignobiles & degeneres, quæ appetunt non solum carnes uiuas sed etiam mortuas & pisces mortuos, & descendunt super cadauera asinorum & similibus, & tales declinant ad naturam & ignobilitatem miluorum. Aquilæ domesticarum



domesticantur ab hominibus, uidelicet quæ paruæ de nido extractæ fuerunt, sed eas quæ diu in feritate fuerunt, non esset tutum domesticare uelle, quoniã facile propter suam audaciã & potentiã grauerent in facie uel alibi instruentẽ. Et domesticantur, ut hominibus quærant quaslibet aues magnas, sed præcipue ut capiant lepores & cuniculos & capreolos cum auxilio canũ; & qui aquilam uenatũ portat, debet esse fortis, alioquin pondus ipsius sustinere non potest. Et statim dum uidet canis inuenisse pasturã, aquilam consuetã & instructam debet dimittere, quæ semper super canes uolabit; & cum leporẽ uiderit, subito descendet & capiet eam. Nutritur autẽ ex omnibus carnibus, & non facile infirmatur, sed cum leporẽ ceperit pascatur ex ea pluribus uicibus, ut eas postmodũ libentius persequatur. Qui iuxta nidum aquilæ habitant, unum ex pullis eius accipiunt, & cum accipiunt timore aquilæ sint armati, & præcipue in eorũ capitibus, & cum pullũ habueris ad unum paruum palumeum in aliquo loco ligabis, hic uociferabit uenientq; mater & pater deferentes eidem lepores & cuniculos, si erunt in partibus illis, & gallinas & anseres quæ acciperẽ poteris, & habere: ferunt etiam ei quandoq; cattas & quandoq; uulpes. Nuper detulerunt filio gallinam cum quibusdam pullis existentibus inter pennas matris, qui habiti sine ulla læsione & nutriti fuerunt.

## De Gimo &amp; gimeta, Cap. XVI.



**G**imus & gimeta sunt eiusdem nature, & sunt animalia nocturna potius quã diurna, quia earum oculi de nocte uident melius quã de die. Cũ igitur deformia sint & raro ab alijs animalibus uideant, mirantur aues in uisione ipsarum, et eas uideri appetunt. Tam animatũ brutale, quã rationale in rebus nouis ac

insolitis præcipue delectantur. Homines ergo cernentes alias uolucres circumuolare gimo et gimeta, et eas cum auiditate plurima intueri, excogitauerunt ingenia quibus eas capiunt, ut ipse aues capiant, sed ut meditantibus ipsis homines cum fisco aut retibus sibi quærant, uiuunt autem de quibuslibet carnibus, et præcipue de muribus et noctuis, et cum bene cibata fuerint cõpetenter ieiunant duobus tribus uel quatuor diebus. Et gimus usq; ad nouem non læditur, et sceminae meliores sunt masculis, sicut omne uolatile rapax, et gimeta quidẽ melius tenetur in aliquo columbario uel alio loco sibi simili quã alibi. Et si bene domesticata fuerint optime capiet mures in domibus existentes, comedunt etiam lacertas et ranas et omnia carnem habentia.

Gg 2 Qualiter



## Qualiter aues retibus capiuntur, Cap. XVII.

**A**Ves cum retibus pluribus capiuntur modis, & uno quidē modo capiuntur ad Pantherā qua capiuntur annates, & modus quidē est ut iuxta aliquā paludē facias foueā circa sedecim uel uiginti quinq; brachia longam, & circa decē uel duodecim brachia latā, uel maiorē si uolueris, tantum concuam quod circa unam spannā aquæ habeat, & sit à duobus capitibus lōgis acuta in uno angulo, sic quidē fossatus & in alio aliquantulū longa sit casella circa foueā. Sint undiq; spacia plana quanta est retiū latitudo, deinde fiat sepiis circumquaq; ne lupi aut uulpes, nec aliqua animalia nociua intrare possint, et aues in eo loco existētes fugare, in prædicta fouea ita 12. uel 16. annates domesticæ die noctiq; morent in hyeme & milica in bona quantitate p̄iciatur in aquā propter domesticas & syluestres, sintq; domesticæ syluestribus similes in colore pennarū, circa foueas iuxta ripas figant pali quatuor perticarū, quæ rete eleuēt, & pali retiarum figantur circa spacia prænarrata, & super ipsam cordā paruorum palorū totum colligat rete, & tam ipsum quā stangix siue baculi qui rete leuāt & cooperiant optime, sintq; retia duo magna in utroq; capite cōiuncta uel posita sint retia ut aroli cōiungunt, quæ quidē coopertoriū uocant, quæ cum eleuant simul in altum cōiungantur admodū culminis domus paleatæ, & modus quidē eleuandi eas est quod iuxta casellū est furca cum pertica, in cuius capite subtili est retiarum funis annexus, in grosso uero est cista fortis & magna ex terra repleta, quæ suo pōdere cum uolueris ad modū quasi machinæ rete eleuabit. Huc confluet multitudo annatarū in nocte per aëra uolantium cum domesticæ uociferabūt. Cumq; in multa quātitate descendēt, retia eleuabis et cum pertica percutiendo leuiter retia omnes syluestres in cucullum retis, quod est in supradictō fossato extensum expelles. Et domesticæ quæ non timent remanebūt in pantheria, deinde aperies caput cuculli, & facile cum dentibus anates in capite occides, sic quæ una hora mille quandoq; capiuntur.

## Modus capiendi grues, Cap. XVIII.



**E**st & aliud ingeniū quo grues capiunt, cygni, starnes & anseres. quod tale est: in ripis fluiorū ab utraq; parte figitur arbor altissima, uel duæ simul iunguntur, ut lōgior sit arbor, habetq; per totū cuniculos ad ascēsum in summitate tirellā, in qua ponit funis retis. Cuius lōgitudō est secūdam fluminis latitudinē & arborum distantia, & eius latitudo est ut superius eleuata usq; ad medias depēdeat arbores, deinde homines usq; remotis ueniant per glareā fluminis omnes uolucres quæ inuenerint



inuenerint expellentes, quæ uolantes à splendore aque non discedent donec in rete inciderint. Et tunc declinetur rete cum funibus suis, & uolucres capiantur. Et modus iste locum habet nisi cum tēpus fuerit nubilosum & aēr obscurus, alioquin aues eleuatæ facile à flumine deuiarent.

Aliud. Cap. XIX.

**E**st & aliud ingenium quo capiunt anseres & starne, quod est tale, tēpore hyemis cum ex gelu & sole puluis est in cāpis segetū, tendit in segete in uno sulco rete unum lōgum p̄ triginta brachia uel idcirca, et latū quatuor brachia post tertiam cū in uesperis capere cupis uel in sero, cū uis in mane habere, est aut hoc rete simile uni parieti, habēs duas stagas eleuantes lōgas secundum dimidiā latitudinē retis, & tendit cum duab. brachetis ut paries, sed disponit ut per se eleuet uolenter, quia hoc ipsum rete p̄ se eleuare non posset, cūq; totū rete in terra firmatū fuerit totū sup cordā colligit. Et tam ipsum quā stagæ & brachetæ & funis trahēs optime ex puluere cooperitur uel herba, sicq; in uno fossato uel alibi aliquantulū remoto locus coopertus ubi latitet homo qui rete leuare debet: in loco retis sint duę uel plures anseres domestici syluestrib. similes, duobus palculis alligati, & duo similiter scorticati, ut illuc syluestres cōfidētius ueniāt. Cūq; syluestres descēderint in aliqua parte agri ex opposito uadat socius cū capello in capite uel alia re in manu loquat aliquid, & ut laborare uideat, alioquin fugerent sicq; cōsideranter & caute p̄ducatur eas ad locū retis, quod facile fiet p̄ uniuersū agrū quantūcūq; magnū, si hoc facere caute scies, cūq; in rete uideris eas, cōfidenter loquere socioq; dicas ut rete trahat, uerū quia hæc auis acutissima est, oportet te omnino cauere ne in mane ad locū retis accedas, quia statim p̄pēderēt de rore uel pruina pedib. tuis mota, & fugerēt, & ideo cū tēdis in sero statim ibi stellones pone, & per totā noctē dimitte, sed cū capere uis in sero nō est necessaria hæc cautela.

Aliud. Cap. XX.

**I**tem est aliud ingenium capiendi annates iuxta aquas ubi sabulū est, & est rete simile p̄dicto, sed est parū & satis spissum, & eodē modo tendit, & sabulo coopertur, & locus custoditus est ex aliqua re, deinde sabulo coopertus ut paruum habeat foramē, unde uideri possit, & caueat ne p̄ foramē flatū emittat, cū in loco sunt aues, hic nō sunt stelliones necessarij, sed per totā hyemē ponitur ibi milica & uinacea, ut assuescāt aues locū frequentare. Cum aut ibi stare assueuerunt tendas rete, poterisq; optime locū custodire atq; uia introitus longā cauare, & melogarijs & sabulo desuper cooperire. Itē rete uel simile spissius tamē tēdi potest optime in areis uel alijs locis ad capiendum colūbas, coruos, glādaras, aregazas, laudulas & omnes aues paruas, quę esca granorū accipiunt, & cū poteris facere quod ibi uenire ac stare assuescāt, & postea rete tēdere, & loco uel paleis cooperire, & hoc ingenium potest habere tēpore niuiū, & quolibet alio tēpore, & erit esca conueniens spelta, faba, milica, lolium, & semina uinaceę, & similia, ut frumentum molitum & citriculi uel faseoli, & cum eodē rete siue esca poterunt capi aues in æstate cum tempore magnæ siccitatis tetenderis iuxta aquas.

Gg 3 Aliud.



## Aliud, Cap. XXI.

**I**tem est aliud ingenū quo capiunt cū retib. auiū diuersa genera, & precipue columbi & turtures, & quædam aliæ mediocris magnitudinis aues, & serè omnes auiculæ parue, falcones etiā & accipitres & omnes serè rapaces aues. Modus aut̄ est qđ duo retia satis lōga & lata omnibus serè gentib. nota, quę uulgariter uocant̄ parietes, tēduntur in pratis, uis & agris, & iuxta aquas remote ab inuicē serè, ut est latitudo ambarū, quarum quolibet habet duos baculos eas eleuantes, cum trahit̄ funis cōmunis, quorū lōgitudō secundū latitudinē retiarum existit, & unū cap. cuiuslibet cum paruo palo in terrā firmat̄, & in uno capite habēt unum funē cōmunē, qui ad quendā palum cōmunē in terra defixū adnectit̄, ab alio capite aliū habēt funē, qui usq; ad locum aucupatoris quibusdā ramis circūdatum ptenditur. Hæc aut̄ retia p columbis & magnis auib. sunt rara & fortia, pro paruis subtilia atq; spissa, prædicta retia cū sunt terrę affixę iacēt in terra elōgata ab inuicē, & cū funis trahit̄ eleuant̄ & cōiuncti flectunt̄, ac operiunt omnē auem uenientē ad locū qui erat uacuuus inter utrūq; in hoc spacio uacuo tenentur colūbi & turtures aliqui excœcati, uel habētes palbebras sup oculos, ne aliquid uideāt cū filo ligatas, uel stāt ibi aues excorticatæ & unguā loco crurū qua stāt rectę ut uideant̄ uiuæ, p paruis auiculis ponit̄ ibi gimecta, ad quā uidentam libēter ueniūt, uel tenent̄ ibi auiculæ paruo filo ligatę, ad quas aliæ paruæ accedūt. Accipitres etiā & falcones causa rapiendi descēdunt. Aucupator aut̄ nusquā expectare debet, qđ aliqua auis accedēs se in terrā deponat, sed cū prope fuerit trahere debet funē, & auē uolantē ad terram pstertere ipsamq; capere.

## Aliud, Cap. XXII.

**E**st & aliud genus retis quo auiū multa genera capiunt̄, maxime cū terra est niue cooperta, qđ uulgo uocat̄ arolus, qui ex duobus retibus non multum magnis, sed spissis & fortib. cōstat, & in quolibet capite cōiungunt̄ & in terram affigunt̄, distātes in partib. medijs, habētes quatuor breues baculos, quib. eleuantur in altū, nec flectunt̄ ad terrā cum funis trahit̄. sed permanent̄ eleuati, & simul cōiuncti cum retib. desuper, ad modū tugurij, hoc rete cum omnib. baculis & funibus optime operit̄ stramine aristarū, uel paleis & in spacio intermedio tenent̄ cōtinue grana, & cætera cibaria, quæ auibus quæ uenire sperantur sint præcipue grata, cum aut̄ aucupator perpenderit ibi esse auiū multitudinē latenter inter domusculā ualde clausam, quę ibi debet esse p̄p̄inqua & subito trahat funē, & fortiter ad unū palū in domuscula positū adnectat, & aues capiat. Hoc ingenio capiūtur facile milui & aquilæ cæteræq; aues sup cadauera ascēdētes, si cadauer totū uel pars ponat̄ in medio retis. Item eo capiunt̄ uulpes, si gallina nocte ponat̄ in medio, sed huiusmodi rete p̄ ipsis & aquilis fortius debet esse.

## Aliud, Cap. XXIII.

**S**unt & alia retia quæ uocantur araneæ ualde subtilia, ne in aëre facile uideantur, quibus capiuntur multæ auiculæ cum ponuntur erecta in aëre, duabus perticellis adnexo, in locis quæ auiculæ consueuerunt transire.

Item.



Itē accipitres his facile capiunt similiter & falcones cū circa columbū erecta tēduntur, & eodē modo ceterę aues rapaces. Sed horū duo sunt genera, nam quędam aranea est simplex, & uirgulis adeo leuiter aptat, q̄ cum tangit cadit, auēq̄ inuoluit. Itē est alia aranea triplicata ex tribus cōposita, quarū media est spissa, & plurimū lata, exteriora duo sunt ualde rara, ac adeo stricta, q̄ cum sint ad capiendū eleuata ac perticis stantib. fortiter adnexę, stāt extēse, medięq̄ mollis & lapsa, quę super funiculū superiorē eleuatur, & cum auis incidit transuolat ambo retia rara, & in medio spissa inuoluitur, & cum eo in sacculo quodam pendet.

## Aliud, Cap. xxiiii.

**S**Vnt & alia retia quib. capiunt perdices, quę sunt lōga & stricta: in medio quandā caudā ad modū sacculi longā habētia. Hoc modo aucupator qui die uenat, pannū rubeū cum uirgulis ad clypei modū formatū ante se portat per agrum, pergēs foraminib. duobus inspicit, & pdices inquit, cum eas uiderit circa ipsas retia tēdat, quibusdā palis affixis ad finē retiarū annexis, & caudam circulis apertā extendit, semper ante se retinens clypeū uersus perdices, quibus extensis se perdibus appropinquat, & in caudā retiarum paulatim impellit, nō solum timore, sed etiā pedib. si opus erit. Qui autē nocte uenatur in sero locum inquit, ubi nocte moratur, & cum aēris integra obscuritas superuenit ad eundē locum cum igne reuertit. Est autē igis cum uase sic formato, qđ nec ipse uidetur, & aperte uidet spacia uniuersa prope se, & per unum agri sulcum accedit, & per aliū reuertitur circa locum in quo perdices reliquit, ut cum eas uiderit ipsas operit cum reti, quod habet apertum in capite pertice formatę ad modum huic negotio opportunum, uel si habet rete supra dictum potest id extendere circa ipsas & impellere ac capere uniuersas.

## Aliud, Cap. xxv.

**E**st & aliud rete qđ expegatorū uulgo uocat, satis magnum, quo capiuntur perdices & quales ac phastani, & quędā alię aues, cū auxilio catuli ad hoc instructi, qui aues inquit, quas cum uiderit stat, nec ad eas progredit, ut expellat. Sed aucupatorē dominū suum retro respicit, & caudā mouet taliter quod ipse aucupator cognoscit aues esse pabulū, ante tamē, & tūc ipse & socius rete trahūt, & aues & catulū operiūt, & sic eas accipiūt. Est & aliud paruū rete in capite perticę præparatū, ut apertū existat, quo unus solus utit aucupator, & ad quales solus cū quasi latorio cuius sonus est p omnia similis uoci quales generis fœmineę ad quē ardēter accedūt masculi, ppe ipsum quos tūc aperit atq̄ capit.

## Qualiter aues laqueis capiuntur, Cap. xxvi.

**I**t laqueus quo facile capiunt aues, quę de raptu uiuūt hoc modo: in loco ubi ppe morant aues rapaces uel aliqua trāseunt, infigit fortis ab utroq̄ capite arculus, ualde plicatus, ppe quē ab una parte firmat uirgula: in cuius scissura muris cauda infigitur, uel ad quē fructum mortuę carnis annectitur, seu rana, & ab alia pertica fortiter in teram dimittitur, habēs in capite laqueū & quandā paruā cordulā, cū uno sticheto, quo pertica format ad arculū, & ad par



nam incisurā quæ sit in capite uirgulæ mus tenētis & laqueus circa murē exten-  
ditur, ac cū auis murē uel aliā rem ut exportet tāgit, pertica dissoluit ab arculo,  
ac superius eleuat cū aue rapace, quæ pedib. uinculat. Itē sūt laquei multi de pi-  
lis caudæ caballini, in uno funiculo eiusdē materiæ texti, qui tendunt in sulcis fru-  
mētī funiculo à terra eleuato, ultra altitudinē auis parū decliuus laqueis & aper-  
tis, ut auis trāsīens capite immisso capiat collo, & hoc modo capiunt perdices in  
agris, & quales ac phasiani in semitib. nemorū, per quos transeunt. Aues etiā  
aquatiles eodē modo capiunt, cū iuxta aqua unde transeūt laquei tales tēdunt.  
Colūbæ etiā & aliæ aues multæ capiunt ex eis, cum incubāt uel pullos habēt, si  
circa nidū ipso tēduntur. Itē in fabis ac faseolis seminatis capiuntur colūbi ac  
turtures paruis laqueis, qui uulgariter dicuntur scabellæ. Huius autē laquei mo-  
dus est, q̄ in capitib. parui baculi uel melegarij longitudines unius semissis infi-  
guntur subtilissimæ uirgulæ, altitudinis spānæ unius, & in medio infigit quedā  
spina duorū uel triū digitorū in latitudine lōga, hæc scabella opodiat ad ripā sul-  
ci, nisi aliqua sit in ripa concauitas, taliter quod spina iaceat in terra in fouea, &  
uirgulæ sint superius eleuata. Iuxta eā ponatur laqueus cum paruulo palo ter-  
ræ affixus, qui leuiter apertus ammoueatur uirgulis, & teneatur ab eis, & in spi-  
na infigatur faseolus, uel faba mollis solummodo unum granum, qd̄ auis rostro  
capiat, ac caput eleuans super collum laqueum trahat, plicata scabella cum uir-  
gulis quā sentiens territa caput eleuabit & collum & laqueo capietur.



Qualiter aues capiuntur uisco, Cap. xxvii.  
**A**ues capiuntur uisco multis modis: uno  
modo q̄ inuiscant uirgulæ subtilissimæ  
iuncorū uel ulmorū, ubi iuncti desunt uirgu-  
læ, quidā fiunt breues uel lōge respectu habi-  
to ad paruitatē uel magnitudinē auis capiendā  
ab ipsis. Sed primo debet uiscus tēpera-  
ri, ut sit bene tenax hoc modo: lauet bene cū  
aqua tēperate calida aperiendo ipsum mani-  
bus balneatis, & obusculis mundando. De-  
inde ad misceat ei modicū olei oliuarū ut nō

sit ad eō durus, quod pēnis auis inuiscari non possit, quo facto uirgulis inuoluat,  
ita quod unaquæq; uirgula sit undiq; inuoluta in duabus uel tribus partibus eius,  
tertia sine uisco remaneat, quæ tractari manibus possit. Quod si tempus ad eō  
frigidum quod congeletur uiscus, temperetur cum oleo nucum. Hæc uirgulæ  
paruæ inuiscatæ infiguntur leuiter in uirgis palmonum, quæ sunt perticæ ma-  
gnæ ramis uiridibus arborum, & præcipue quercuum fasciatæ, habētes in ca-  
pite superiori quatuor aut quinque uirgas, paulisper eleuatas, in quibus affigunt  
& paruissimæ uirgulæ inuiscatæ, ac ipse palmonus cum fuerit uirgulis inuiscatus  
coopertus infigit in terram, in foueola facta in ipsa, ut stet ad formā arboris re-  
ctus. Item circa ipsum infigunt rami arborū, ad quos appendunt caueæ in qui-  
bus sint



bus sint multæ & diuersæ auiculæ segregatim qui cantant & uolitantes per aëra uocant, quæ uocatae se ponunt super dicto palmone inuiscato, & capite in terram corruunt. Item cum magnis uirgulis inuiscatis capiunt multæ magnæ aues, & præcipue corui atq; cornices, cum auxilio gummi, hoc modo in locis ubi stare aut unde trāsire consueuerunt, incidit in ramulis arbor aquila, ab alijs arboribus multū distet, sed aliqui rami frōdibus nudati relinquuntur in ea, uel aliquæ ponunt perticæ super eam, in his infiguntur leuiter uirgulæ magnæ uiscosæ, ac gumus in terra ponit in loco paulisper eminenti, ut melius ab aibus uolatibus uideat. Quæ cum aues uiderint uolitant circa ipsum, & uolatu fessæ super arborē inuiscatū descendunt, atq; in terrā ruunt, quas aucupator pertica persequatur, & eas occidat, nam si manibus capere uellet læderet ab ipsis. Item uisco capiuntur accipitres, cæteræq; aues rapaces, nam in terrā duæ uel tres infiguntur uirgulæ inuiscatae, modicū distantes, ac uersus seipsas plicatæ in medio quarū ligatur auis aliqua, ut colūbus uel pullus uel caro aut mus, pro miluis & quibusdam alijs aibus rapacibus quæ talia petant, ad quæ cum aues uenerint capiunt cordulis. Item capiunt uisco passerēs & cæteræ aues paruæ uel magnæ, si uirgulæ inuiscatæ ponant in locis in quibus cibantur, uel ubi stare cōsueuerunt. Item capiunt cordulis seu funiculis inuiscatis regimuli cum ad ficus ueniūt uel ad uuas, & cæteræ aues quæ arborū fructus furant, si prædicti funiculi suspendantur ante ficus uel alios maturos fructus ad quos uenire assuescūt. Item funiculis longis inuiscatis capiunt starni qui ualde gregatim uolant, cum habet aliquis sturnus ad cuius pedē ligatur funiculus inuiscatus, & in manu tenetur, & dimittit cum cōgregatio sturnorū prope uidet, tunc enim cum funiculo dimissus ad gregē accedit, & cum ipso stricte uolitat, multiq; tangentes funiculū inuiscantur, & ad terrā simul cum eo ruunt. Item uisco capiunt annates cæteræq; aues aquaticæ, cum ex eo inuoluit funis lōgus ex paueris quibus scoria fiunt cōpositus, & præcipue sero in lacu uel alio loco, ubi dictæ aues sæpe morari cōsueuerunt. Nam aues per aquam natantes in nocte incidunt in funem, super aquam extensum, & capiuntur, & sequenti mane captæ inueniuntur. Sed oportet quod hic uiscus sit taliter temperatus quod ab aqua defendat se.

Qualiter aues capiuntur balistis, Cap. XXVIII.

**Q**ualiter aues capiuntur balistis et arcubus, notū est omnibus, quod sagittantur ubicunq; sint in terra uel arboribus, sed in his obseruandæ sunt quædā cautelæ non omnibus notæ quarū una est, quod balistator qui uult anseres uel alias magnas sagittare aues, debet habere bifurcatas sagittas in parte anteriori, ubiq; acutas, quæ aliā q̄ tangāt, aut collū, incidāt: nā sola perforatio cōmunis sagitte uel obtusio non læderet auem in tantū, quod remaneret ibidē, sed uulnerata recederet, licet ex uulnere finaliter alibi moreretur. Itē debet intuitū cū sagittat dirigere nō ad extrauagētes, sed ad unā quæ sit in medio duarum uel plurium, ut si contingit sagittā ultra in se progredi quod

plerunq;





plerunq; contigit, primā uel ultimam feri-  
riat, ne in uanū sagittet. Item qui uult in  
arborem sagittare colūbos, pulzones, q;  
sunt sagittæ in capite grossæ, debent ha-  
bere paris pōderis, & cum uult ad auem  
sagittā emittere, debet cum pede signa-  
re locum specialē ubi est, & notare locū  
in quo est columbus, aut alia auis, & tūc  
sagittam emittat, si percutit haber quod  
habere intendit, aliās sæpe sagittā inue-  
nire non potest, sed eam potest facile in-  
uenire si ad eundē locum uadat, ubi erat  
cum sagittā emisit, & per eundē locum  
aliam eiusdē ponderis sagittam emittat,  
& per se uel per alium uideat, ubi cadit,

ibiq; ualde pxime inueniet primā, quā non poterat inuenire. Item q; cum balista  
uel arcu sagittat debet manum sinistrā tenere firmissimā, si uult rectissime sagit-  
tare, & est necesse quod habeat balistā uel arcum optimā, & sagittas rectissimas,  
si recte uolueris sagittare, qui autē arcum balotarum exercet, debet balotas ha-  
bere æqualis ponderis, & bene rotundas. Item capiuntur alijs quibusdā modis:  
uno modo ad brenexellū cum gimecta quo parux capiunt auiculæ, qui omni-  
bus serē notus est. Sed est sciendū quod hoc modo capi possunt non solum cum  
gimecta, sed etiam cum capite cattæ, nam ad ipsum auiculæ ueniunt. Item non  
solū cum brenexello qui ex duabus uirgulis constat, uerumetiā in quacunq; par-  
te uix uel agri si aucupator supra se deferat leue instrumentū ex uinculis frondi-  
busq; cōstrictum, quo ualeat occultari, nec est necesse auiculas excitari solo so-  
no folij arboris seueris, ut communiter fit. Nam & cum sono seminū papaueris  
inclusarum in cellulis uel alterius rei similis excitari atq; notari possunt: nam &  
quibuslibet extraneis & inauditis uocibus incitant, quia mirant ex eis. Item ca-  
piuntur ad brenexellū, rustici utuntur noctibus ualde obscuris: habent enim fa-  
culā quā unus defert decliuē prope uirides sepes, in quibus dormiunt, quæ cum  
excitant ueniunt ad ignis splendorē, duoq; alij cum baculis eas maētāt, sunt autē  
baculi quidā uelut palæ in capitibus breuiū perticarum ex paruis cōtextis uimi-  
nibus. Item capiunt passeres præcipue iuuenes minus sagaces cum saxa seu bre-  
choello, quæ est quædā cauea ex iuncis cōstructa, de qua exire ignorāt, cum ad  
paruos passerū pullos in ea positos ingrediunt, nec exire sciunt. Item capiuntur  
aues in foraminibus colūbarijs, cum mustela domesticata in foramē immissa. Itē  
capiunt cum cista siue plastella præcipue tēpore niuium, sic preparata ut auib.  
intransibus cadat, in qua grana cōgrua pro esca ponant. Cui proderit si multa  
grana sub eis ponant uel pauca, uelut fila lōgius extra, quib. pducātur ad cistā.

Aliud



Aliud.

Item cum scarbella capiantur porzane in canosis uallibus, ubi morantur. Est autem scarbellus instrumentum quoddam ex duobus arcubus ualde plicatis constructus, ab inuicem parum distantibus inter quos modicum postponitur fructus herbae cochæ, similis per omnia ceruisis, quem accipere uolunt, & collo stringuntur, sed eius forma plurimum magistrorum non potest sic aperte scribi ut plene intelligatur, sicut oculata fide cognosci.

Aliud.

Item capiuntur cum curbaculo tempore niuium, quod est quoddam instrumentum ex paucis uirgulis factum, interius concauum, & in parte postrema acutum, habens hostiolum quod in terra iacet coopertum palea, quod cum uno uimine in terram infixo eleuatur, & posterius percutit auem ad escam intrantem, quæ intus est, quam aliunde accipere nequit, cum sit undique terra tectum. Item quoddam delectabili ingenio capiatur cornix, cum ex ipsis habetur una, nam ipsa duobus ualde breuibus palazolis ad principium alarum annexis, suprema in terram firmatur, quæ fortiter clamat, ac fugere nititur, aliaque propinque curant eam iuuare uolentes, ex quibus ipsa unam rostro & unguis capiat, & retinet, ut capere possis, & eodem modo aregazas capi posse asseritur. Item fertur ut aues quæ gustant granum uel milium in fece boni uini & succo cacuæ maceratum & siccatum uolare non posse, & poterunt in manu capi.

De capiendis bestiis feris, primo qualiter canibus capiuntur, Cap. XXIX.



Epores precipue capiuntur canibus ad quos inueniendos necessarij sunt canes, qui sergusi uel brachi uocantur, qui quanto subtiliores olfactus, tanto meliores existunt. Item necessarij sunt canes ualde ad cursu agiles qui eos persequuntur & capiunt, qui omnes ad hoc instruuntur, & eos capiendos inducuntur, cum ex captis aliquid datur eis in cibum. A quibus etiam capiuntur capreoli, & aliquando cerui, precipue auxilio retiarum magnarum

positarum in locis unde fugantur. Item ab eis capiuntur uulpes, licet in fuga sunt ualde sagaces. Item capiuntur cuniculi cum inueniuntur remoti a caueis. Item canibus capiuntur apri ac lupi, sed cum auxilio uenatorum, nam raro soli ad eos præsumunt accedere, nisi sint mastini fortissimi, & audaces. Sed ad apros capiendos necessarij sunt pili fortes in ferro cruciferati, quos uenatores uidentes aprum ad se malo animo uenientem in terra firmant, & ad



& ad aprum dirigunt, qui eo pilo uulneratus usq; ad uenatorem non potest accedere. Et paruus catulus ad hoc instructus per uiam eat, sicq; à canibus occidit, & similiter ab his qui uenantur eundem. Item capiuntur cerui cum ab homine uulnerati sagitta uel pilo fugiūt, & paruulus catulus ad hoc instructus per uiam sanguinis exeuntis ipsum sequitur, donec ceruus semiuuius uel mortuus inuenitur. Item à canibus inueniuntur & capiuntur ericij & quædam alia animalia similiter capiuntur ab eis.

Qualiter capiuntur retibus, Cap. xxx.

**C**um retibus capiuntur cerui ut dictum est, & uulpes, ut superius dixi cum de reti locutus fui, quod arolus uocatur à uulgo. Lepores etiam facile capiuntur retibus, si in ea inciderint, sicut & multæ alię bestię ferè.

Qualiter capiuntur laqueis, Cap. xxxi.

**L**Aqueis capiuntur leones aliquando. Item uulpes & lepores cum per aliqua foramina introire solent in loca clausa. Sed hoc duobus fit modis: uno modo quod laqueus sit annexus ad aliquam perticam plicatam ad dèd fortem, quod feram collo captam in altum eleuet, ac suspendat. Altero modo, ut prope laqueum sit fortis canolus stringens laqueum ferè, caput impediens etiam ne ipsa laqueum rodere possit.

Qualiter capiuntur taiolis, Cap. xxxii.



**V**ulpes & lupi præcipue capiuntur quadam taiola ferrea, quæ circa se multas habet rãpiones acutos, & ipsi habent circa se annulum prope se ubi annexi uolunt, ad quem annectitur frustū carnis, omniãq; occultata præter carnem, in terra firmata iacēt. Cum autem lupo carnem dentibus captam eleuat, annulus eleuat rãpiones circa caput & collum lupi, qui cum fortius trahit, & recedere nititur fortius stringit & tenetur. Item fiunt aliæ taiolę quibus in pedibus siue cruribus, omnes generaliter bestię capi possunt, quæ occultatè in itineribus quibus utuntur, quæ sunt talis figuræ aut formæ, quod non nisi oculata fide intelligi possent. Ideoque qui eas habere uult, uideat ab his qui eis utuntur, sicut & ego uidere uolui.

Qualiter capiuntur foueis, Cap. xxxiii.

**F**oueis hoc modo capiuntur præcipue lupi, sit quædam fouea lata, ut magnus puteus & in terra profunda, quod inde exire non possint. Hæc operitur una rotunda crate, quod non notam, sed quasi operiat foueam sub crate



sub crate in medio alligatur stanga longior cratitio, ac rotunda in medio ponitur ligatus anser uel agnus, & paleis operitur uniuersus locus, lupus ueniens & uolens accipere anserem aut agnum, in foueam cadit cum cratitio subito reuoluta. Item fouea capitur multitudo aprorum hoc modo: in locis ubi multi uersantur, agellus seritur de milica, quã aliqui saginam uocant, circa agellum constructitur fortis & alta sepes, ex uiminibus arborum in una parte relinquitur, apertus introitus esse in opposito sepis depressa iuxta quam extra sit fouea satis profunda. Cum ipsa sagina matura erit ad ipsam ueniēt multi apri per locum expeditum intrantes, tunc ad locum accedat quando cunq; uult etiam sine armis & in loco introitus moretur & clamet, quocunq; modo potest rumorem ac strepitum faciat, apri perterriti non inuenientes unde exire ualeant, nisi per locum sepis depressum inde profiliunt omnes extra foueam, quam uidere non poterāt intrinsecus existentes. Item pro lupis, uulpibus, leporibus, & cæteris feris ac canibus & porcis intrantibus & dissipantibus uineas, fouea fit hoc modo: sodiatur amplius duabus spannis, & longa quatuor pedibus aut tribus, & circa sex uel septem, octo pedes profundam cum spundis pollitis & rectis in terra solida & niuente murata in loco, unde sæpe fieri ab eis transitus consueuit, hoc operiatur primo ex transuerso de grossis herbis siccatis, & postmodum subtilissima terra. Si herba non sustineat terram ponantur sub ea duo subtiles & fragiles baculi ex transuerso, & herba per longum quæ in medio seiungat, quod si non potes uel non uis facere sic profundam, pone circa eam stangas, uel assidiculas strictas habentes multa canicula, seu pirolas acutos infixos, & decliues in foueam ac uersus partem mediam paulisper plicatos, in quos inclusa bestia cum extra salire uoluerit, capite uel oculis in eos percutiet & læditur adeò quod quiescit. Et si eam mori uolueris, in fundo multos acutos palos infigas, uel si aqua multa in ea erit, sufficit ad mortem ipsius, quia non poterit in quolibet tramite profunda, solummodo quatuor uel quinque pedibus cum auxilio unius rebalce ex uiminibus factæ, super una rotunda strangecte facile uolubili firmata, in quolibet capite cum uno uncino fortiter infixo terræ, in quibus uoluatur rebalca fit, ab uno capite firmata distans à fouea uno semisse, in alia parte in angulis & in medio habeat lapides ponderantes annexos, hæc stet eleuata quasi omnino erecta cum una furcula, cuius inferior pars sit super uno baculo breui, qui sit in medio foueæ ex transuerso, super uno paruulo palazolo ab utroque capite qui sit affixus in ripa foueæ in parte suprema. Super hoc breui baculo ponatur quædam uirgula per longum foueæ, quæ sustineat herbam & terram tantummodo atq; à bestia pressa descendat, & baculum breuem cum furcula & reblatam cadere faciat, hæc rebalca de die super foueam remaneat ne homo transiens in eas ruat, si auis uel sus in eam incidat cum una scabella quæ gradus assidum habeat ex trahi poterit.

Hh De quibus



De quibusdam alijs ingenijs quibus capiuntur bestie  
fera, Cap. XXXIII.

**E**lephantes capiuntur hoc modo, ipsi cum non habeant genua, iacere non possunt. Ideoque cum dormire uolunt se arboribus acclinant, & quiescunt: uenatores has arbores refecant, sed non perficiunt, ut per se ruere possint, sed incubentibus elephatibus cadunt, & cum ipsi ruunt a uenatoribus occidunt.

## De Ursis, Cap. XXXV.

**U**rsi capiuntur hoc modo: homo armatur ferreis armis capite ac undique coopertus, cum solo cultello acuto ad latus, accedit in syluam uel alium locum ad ursum, ursus erigitur ad hominem armatum, accedit & amplectitur, armatusque ipsum tunc euaginato cum manu gladio locum cordis ursi perforat, & sic eum occidit. Vulpes in caueis suis capiuntur hoc modo: habet uenator alueum apum, sed longum plus & minus latum, hic ab uno capite paucis filis ferreis clausus est, ab alio capite habet hostiolum internum ex parte superiori prae paratum, ut possit intus eleuari, superius & non extra exire, descendens hic hostiolus superius eleuatus, permanet cum uirgula parua, hoc instrumentum ponitur in fouea uulpis, cum praescitum ipsum in ea esse pars hostioli ponitur in parte intrinseca foueae, caeterique introitus foueae qui plures esse consueuerunt clauduntur optime. Vulpes autem exire uolens, in alueum intrat non putans filis subtilibus impediri sicque uirgulam secum trahit, & hostiolus cades, eum concludit, quae retro cedens fortius claudicat, firmat, uenator autem quando cunque ueniens, uel si uult ipsam cum alueo supra puteum uel magnam tinam portat, & aperiens hostiolum ipsum ruere facit in tinam. Cuniculi capiuntur sic: uenator sonans & strepitus agens, eos fugat in cuniculos suos concavos, nam ipsi quia pauidi nimium facile fugiunt, ad eorum foueas, ut ibi tute morentur. Venator autem ponit reticulum apertum, & in terra bene firmatum ante quemlibet introitum, deinde per unum immittit furectum quem domesticum habet rostro clauso, quodam frenello ne aperire possit, ac cuniculos capere & comedere, nec extra exire uelit, hic furectus parum maior mustela horum proprius inimicus, omnes cuniculos extra expellit, sicque intrant in reticulos & capiuntur.

## De muribus capiendis, Cap. XXXVI.

**M**ures multis capiuntur & occiduntur modis, uno modo a muscipulis domesticis, quae tenentur in domibus: alio modo cum muscipulis quae fiunt ex paruoligno cauato, in quo cadit aliud lignum paruum graue tamen opprimens & occidens mures intrantes ad cutim porci positam, & annexam in ea ad quandam subtilem particulam lignique, cum tangitur facit quod supra est, cadere super murem. Sed hic modus est adeo notus omnibus, quod non expedit plenius explicari. Item capiuntur quodam asside eleuato cadente, qui ex quadam columella eleuatus sustentatur & tenetur, quaedam spatula cutem habente sic praeparata quod columella diuisa non aperitur, nisi



nisi cum mus cutem tangit in spatula eleuatam, & tunc cadit & murem occidit. Item est alius modus, cum in uno modo cannae grossae fit in capite arcus cum cordula in qua arcus magna consistit, in media canna foraminis foramen habet in medio, & cutim interius cuidam uirgulae alligatam, & sic praeparata, quod cum mus per foramen cutim mordet ac mouet arcus & descenditur & acus magna perforat caput eius, eumque retinet, ne fugere possit. Est etiam alius modus cum uas aliquod quo exire non possint ad medietatem aqua impletur, cuius superficies operitur spelta quae natat, quam mus uidens & non aquam, descendit in eam & aqua necatur. Item est alius modus quod uas aliquod operitur membrana, haec in crucem scinditur, & in medio annectitur cutis porci, mures & accedentes ad eam cartham, seu membranam flectunt, & intra ruunt & necantur, si aqua in eo fuerit, alioquin breui tempore moriuntur, fame nimia coacti, statimque cartha sua natura sursum regreditur, ut eodem modo infinitos decipiat mures. Fertur etiam ab expertis, quod si mures in uas sine aqua cadentes diu uiuere permittantur, fame nimia coacti se comedunt, fortior uiliorem, quod si tantum relinquuntur, ut remaneat fortior mus solus, & hic permittatur perire, quoscunque in aliqua parte inuenerit occidit & comedit assuetus, & facile cum ab eo non fugiunt. Item occiduntur resalgario trito & caleo aut farina mixto, quae libenter comedunt, & moriuntur cum sit ipsorum uenenum. Sed a loco remouenda est aqua, qua saepe iuuantur si eam bibant. Item capiuntur etiam si super uas unde exire nequeant, ponitur quidam baculus per medium scissus, scilicet una medietas in medio scissa, & sic praeparata ut se sustineat, & non murem, in eius medio ponatur nucleus nucis ad quem cum accedit, cum baculo fracto cadit, & si aqua sit in eo, statim moritur, aut si non est occidatur. Item mus facile capitur, si sub circumferentia parapsidis nux ab una parte rupta ponitur, ruptura respiciente interius. Modus caeteris melior ad capiendum mures tam magnos quam paruos hic est: accipe duas assidiculas leuigatas, uno brachio longas, & latas uno semisse, ipsas coniunge, distantes quatuor in latitudine digitis uel parum minus in parte infima cum duabus paruulis assidiculis in castris in quolibet capite una, ut eis de subtus sit aequalis, sub ipsis affige cartham de pectore grossam massam in medio extrasuerso, sed prope medium non affixam & in tantum restrictam, quod possit inter assides eleuari, ut si descendens deformaretur, possit ad suam formam reduci. Item dictae duae assides desuper in capitibus coniungantur, ac super eas teneatur assidicula in medio habente clauum retortum, ad quem suspendatur frustulum cutis porci, uel non suspendatur dicta cutis, sed in medio dictarum assidum prope cartham sit, sicut una mastula cum cute facile reuoluatur. Hoc aedificium ponat super quaecunque uasa fictilia seu lignea, unde mures exire nequeant, & optimum est quod sepeliatur in massa frumenti uel alterius grani, mures intrabunt, & cum appropinquauerint cuti ruent, & cartha cum eis descendens releuabit, & de quibuslibet accidentibus idem fiet, neque muscipulae per ipsam arturam intrare ualebunt.



De capiendis piscibus, & primo qualiter retibus capiuntur,  
Cap. XXXVII.

**I**N mari iuxta planum littus capiuntur precipue multi pisces cum reti, quod multi scorticariā uocant, hoc rete est ualde longum & satis amplum & spissum, cordam unius lateris plumbatam & alteram libratam, ut in aquis retum & extensum permaneat. Hoc rete cum nauicula infra mare defertur, uno capite in terra relicto, ut in aliqua particula eius continuo descendat in aquam cum nauicula fuerint intra mare, quātum rete extenditur arcu, aliter cum illo capite reuertuntur ad littus, & quibusdam ex eis cum illo capite in terram descendentes, unus in nauicula reuertitur extra rete ad medium eius, ad hoc ut pisces infra rete comprehensi uidentes se ad terram trahi non profugiant extra rete, duo autem piscatores ab utroque capite in terra existentes, trahunt cum piscibus totum rete ad littus, qui sepe multos trahunt paruos & magnos, plerunque paucos ac etiam nullos, quia in eo loco non erant. Item capiuntur in mari cum quodā rete subtili non multum magno duabus perticis alligato, quod quidam in nauicula existentes apertum in aquam demergunt, & post paululum cum piscibus eleuant. Item capiuntur in fluminibus & cæteris spaciosis locis cum rete, quod transuersarium multi uocant, quod est ex tribus compositum, scilicet uno medio spisso, & duobus extrinsecis raris, habens in uno latere plumbum, in alio lenas, & si ualde longum sit quosdam cucurbitas siccas, ut extensum in aqua permaneat. Hoc rete fit longum uel breue, secundum quod loci aquæ latitudo requirit, hoc in aquam per magnam oram dimittitur, ut in eam rete natantes incidant pisces qui rara retia transeunt, & inuoluuntur in spisso, ut auiculæ in aranea supradicta, cum de capiendis auibus dicebatur. Item capiuntur in riualibus paruis aquis, est autem riuale rete paruum & spissum, duobus annexum baculis quos piscator manibus tenet apertū, & per aquam ducit, atque prope ripam cum piscibus claudit. Item capiuntur zælo, est autem subtile spissum, habens tentorij formam, in circuitu plumbatum & reuolutū, habens in cacumine longum funem, hoc rete piscator super sinistrū brachiū clausum tenet atque in aquā apertum eicit, hoc apertū subito ad fundum descendit, & omnes pisces infra se inuentos concludit, eosque cum trahitur secum trahit. Item capiuntur cum negossa quæ est rete ad modū riualis formatum, ad unam perticam cum duobus baculis administrantibus à parte annexū, hoc rete piscator extra aquam existens in eam precipue ubi quiescit immittit, & cum piscibus eleuat, plerunque etiam sine piscibus, & quandoque circa herbas & frutices prope terram immittit, & cum pertica percutiens in herbam pisces occultatos in rete expellit. Item capiuntur plurimum in locis angustis uallumque cum rete quod gogolaciam uocant, quod est rete magnum forte ac spissum, & longum habens introitum rotundum & latum, & paulatim angustatur usque ad caudam, quæ longa est habens multa receptacula in qua facile intrant pisces, & nusquam redire queunt, hoc rete ponitur cum duobus



bus perticis grossis in dicto loco angusto, circa quod est undique ligaminum usque ad ripam fortis clausura. Cui decem perticæ annectuntur, hoc rete semper die noctuque tenetur ibidem introitum ad partem superiorem uerso, per hunc locum nullus omnino piscis desursum ueniens transire potest, cum nullus sit locus ibi aptus. Descendunt homines in aperto retis ore, deinde in caudam strictam. Piscator uero aliquando diebus interpositis ut ad locum accedens caudam retis in nauiculam trahit & appetit, euenitque aliquando tot pisces præcipue anguillas quæ conglobatæ sunt cum amore feruescunt uel scardinias quæ gregatim incedunt, quod nauicula tenere non potest, cætera etiam genera piscium in talibus aquis morantium capiuntur in eo, sed non in simili quantitate. Item capiuntur in uallibus multi pisces in locis apertis & profundis, in quibus præcipue magni morantur pisces, cum reti quod degagum uocant, quod magnum & latum in profundum eijcitur, & per eum trahitur & cum piscibus eleuatur. Item capiuntur in uallibus non profundis sed latitudinem magnam habentibus multi pisces generum diuersorum, qui cum in talibus aquis morentur hoc modo: Habent piscatores gradellas ferè infinitas de paludosis canis instructas, maxima uallium non profundarum spacia palorum auxilio relictis paruulis aperturis in pluribus locis, ad quas ponunt retia parua rotunda in capite ampla & cauda, cum receptaculis suis angusta, & quæ possunt intrare, sed non exire possunt, hæc retia semper die noctuque ibi relinquunt, & quasi omni die ferè mane eleuant cum piscibus qui per loca spaciota natantes transire posse per dicta uacua sperabunt. Fiunt etiam ex his craticulis aliquæ taliter inuolutæ, quod pisces intrantes exire nesciant, sed inde extrahuntur cum quodam paruulo reti posito in capite unius perticæ bifurcatæ.

Qualiter pisces capiuntur cistis & ancis ex uiminibus factis,

Cap. XXXVIII.

**P**isces capiuntur cistis ex uiminibus factis, quæ in capite sunt amplæ mediocriter & in cauda strictæ, quæ à piscatoribus in aqua stantibus in profundum ducuntur ad modum ripalium retiarum, & quandoque tales cistæ sed leuiore ponuntur in capitibus perticarum, & per aquam turbidam ducuntur à piscatore in terra stante, ut supra de negossis narratum est. Item ex iuncis fiunt, fascæ rotundæ & latæ cum introitu interius stricto, & extra amplo, quæ die noctuque cum pondere unius lapidis dimittuntur in fundo aquæ, habentque uitem aliquam in caudaligatam qua extrahuntur, sed duarum formarum fiunt, una forma est, quod sit interius multum ampla rotunda, in cuius fundo ponitur creta mollis & grana ei annexa, atque intrant quædam genera piscium causa cibi, & exinde exire nesciunt. Alia forma est tota stricta & longa sed in introitu mediocriter aperta, & in medio ualde stricta, deinde lata, & in cauda strictissima, in quam intrant non causa cibi, sed ut ibi occulte morètur, nec de ipsa sicut nec de prima exire sciunt.

Hh 3 Qualiter



Qualiter pisces capiuntur hamo, spadernis, calce &amp; fossinis?

Cap.

XXXIX.

**H**amo capiuntur pisces tribus modis, uno modo cum in eo ponitur pisciculus uiuus, cum quo pisces capiuntur rapaces deglutientes hamum cum pisciculo uiuo, hic hamus requiritur, ex ære magnus & fortis, cum forti cordula filo inuoluta prope ipsum, ne rodi possit cordula cuidam paruo paneriatum fasciculo annectitur, & in aquam stantē cum hamo & pisciculo uiuo eijcitur, ibiq; tota nocte relinquitur. Piscis captus lōge fugere uel se occultare fasciculo impeditur, sicq; mane à piscatoribus inuenitur. Secundo modo hamus cuidam funiculo ex pilis albis equinæ caudę annectit, & circa ipsum cibus qui à piscibus magis appetitur inuoluitur, ut non uideatur hamus, deinde in aqua projicitur, ut notū est omnibus, sed in hoc adhibenda est quedā cautela, uidelicet quod piscator sciat qualē escam quodlibet genus piscis auidius appetit, quolibet tēpore anni, nam idem genus piscium secundū uarietatem temporum anni diuersa cibaria quærit, sed hoc scire potest qui captorū uiscera scindit, & inspicit qualem escam cōmuniter assequūtur, uel si diuersas escas modo unam, modo alteram in anno ponit. Item ualet contra pisces cautos, qui escā appensam funiculo accipere nolunt, si habet uirgā & funiculū absq; hamo, cum qua plerunq; escam in aquam emittit, ad quā aliqui minus cauti accedūt, eamq; sine periculo exportabunt, quod cum pluries fecerint hamum eijciet, ad quam omnes etiam cauti & securè accedent. Tertius modus seruatur in aquis profundis, nam in eius manu eijcitur hamus alligatus longo funiculo habenti modicū plūbum per unum brachiū prope hamum, ut descendat ad fundū, ibiq; teneat præcipue in currētibus aquis. Talis funiculus manu teneat digito indice appodatus ab eo qui sit in nauī uel ponte, cum sentiet piscē capere hamū fortiter trahat, primo ut in eius infigat ore, deinde paulatim trahatur, donec ipsum piscē manu capiat, qui rarissime paruus erit, cum soli magni morentur in fundo, licet aliquando discurrant per partem mediam uel supremam. Cum spadernis capiuntur præcipue tineæ. Sunt etiam tres acus ex ære retortæ ac simul ligatę, quæ quibusdam breuibus funiculis annectunt, ac ipsi omnes non multum distantes cuidam funiculo longo his apponit caudarum cancrorū uel lumbrico.ū grossorum esca, & in aqua sero extenso iactātur, & mane captæ tineæ tollunt. Calce uiua capiunt pisces, si ipsa ponatur in sacco, & in aqua maxime stante in paruo loco inclusa, hic saccus à duobus per totā aquā fortiter agitetur, ex hoc omnes pisces quasi cæci uenient in superficiē aquæ ac manibus facile capientur. Item capiunt grossi pisces fossinis in aquis dyaphanis. Est autem fossina ferreū instrumentū habens multas acuitates, quarū quęlibet habet barbalā ad tenendum, & sunt aliquantulū distantes ab inuicem, quod piscator habet in capite hastæ lanceę, uaditq; cū eo quiete in nauī per aquas, & cū piscē uidet eū fortiter ferit, & infixum tenet, idem faceret existens in terra & in aqua turbida, si piscē uideret.

PET.



PET. DE CRESCEN-

TIIIS, DE MATERIA TOTIVS OPERIS

commodorum tractans, LIBER XI.



**I**N superioribus libris diffuse dictum est de omnibus operati-  
onibus ruris, sed quia memoria hominum brevis est, & rerum  
singularium turbæ non sufficit, ideo quod visum est utile, materi-  
as tractatum quæ possunt generaliter exprimi, compendio-  
sis secundum ordinem libri concludere regulis, ut sola noticia  
ipsarum plurimum generaliter habeatur memoria.

De cognitione loci habitabilis in communi, Cap. I.

**R**uris exercitia fortitudinem habitatorum, operantium industriam &  
aptitudinem quærunt, ideoque loci salubritas præcipue querenda est,  
aër & venti, terræ situs & aquæ bonitas locum habitabilem fertilem  
& salubrem demonstrat. Vir prudens prædia empturus, ante omnia  
loci salutem consideret, ne in eorum emptionem & domorum fabricam pecu-  
nia collata, uelox postmodum eum personarum detrimento aut rei familiaris  
damno, poenitentia non sperata sequatur.

De cognitione aëris, Cap. II.

**A**ër calidus est & humidus, si nulla causa intrinseca conuertatur, aër bo-  
nus est qui putrefactus non est, neque caliditatis aut alterius qualitatis ex-  
cellentiam habet, sed in his omnibus æqualis aut æqualitati proximus  
inuenitur. Aër temperatus & clarus salutem efficit habitantium & conseruat, &  
plantæ ab eo proportionabiliter conualescunt & fructificant, inæqualis uero &  
uaporum, lacuum & stagnorum & immixtione turbatus contrariū operatur &  
tristificat animam, humores commiscet, & plantas corrumpit. Omnis aër qui  
cito in frigidatur, cum sol occidit & cito calescit cum ipse oritur, est subtilis, con-  
trarius non existit, e contrario, aër omnibus deterior est qui cor constringit, &  
aëris attractionem angustat. Aëris salubritatem declarant loca ab infimis ualli-  
bus libera, nebularum noctibus absoluta, & habitatorum sana corpora.

De cognitione uentorum, Cap. III.

**V**enti meridionales absolute considerati calidi sunt & humidus. Septen-  
trionales frigidi & sicci. Orientales autem & Occidentales quasi tem-  
perati, sed in quibusdam locis meridionales sunt frigidi, cum parte  
meridiei eisdem fuerint montes niuosi & Septentrionales calidi, cum transeunt  
per adusta deserta.

Hh 4 De cognitio



## De cognitione aquarum, Cap. IIII.

**A**qua frigida & humida, si nulla causa extrinseca fuerit immutata. Aquæ fontium terræ liberæ in qua nulla extrinseca malarum dispositionum & qualitatum superat, sunt alijs meliores. Aquæ petrosæ bonæ sunt, nec facile terrestri corruptione putrescunt. Aquæ fluminum currentes sunt alijs meliores, si super terram liberam non foetidam nec lacunosam incedant, & quæ ad orientem tendant & multum à suo elongantur principio, sunt omnes meliores. Et quæ ad septentrionem uadit bona est, quæ uero ad meridiem uel occidentem fluunt sunt malæ, & maxime cum meridionales sufflauerint uenti. Aqua laudabilis est in qua cito res coquitur, si nullus odor in ea superat nec sapor. Aquarum eiusdem dispositionis quæ leuior est, melior iudicatur. Sublimatio & distillatio similiter & decoctio aquas rectificans malas. Ex aquis laudabilibus sunt aquæ pluuiæ, præcipue quæ cum tonitruo in æstate proueniunt, licet propter earum subtilitatem facile putrescant. Aquæ puteorum & aquæ ductuum comparatione aquarum fontium non sunt bonæ, præcipue quæ de plumbo fistulas habent. Aquæ malæ sunt lacunales, paludales, sanguifugales, & omnes quibus miscetur aliqua substantia metallina, grossæ autem sunt glaciales & niuosæ. Aqua temperate frigida sanis melior est aquis omnibus, appetitum enim excitat, & stomachum fortem facit. Calida uero contrarium operatur. Aquæ salæ macrescere faciunt, & exiccant, turbidæ uero lapidem & oppilationes creant. Si aquæ bonitas uel malitia ratione discerni non potest, incolarum salubritate noscatur.

## De cognitione loci situs habitabilis, Cap. v.

**L**oci caliditas, & frigiditas humiditatis, & siccitatis dispositio, altitudo & profunditas, aquarum multitudo & paucitas, & earum malitia & bonitas, montium, lacuum, paludium & maris uicinitas. Iterum terræ ipsius dispositio, quæ lutosa uel humida, cœnosa, minerosa, seu petrosa. Situs indicat qualitatem. In locis calidis habitantes denigrantur facies & capilli, & eorum corda sunt timida, citoque senescunt, in locis frigidis existentes sunt audaciæ maioris & melius digerentes, quæ si humida fuerit, crassi & carnosissimi & albi erunt, in locis morantes humidis pulchrarum sunt facierum, & eis diuturnæ accidunt febres, & cum exercitantur cito aduenit lassitudo, in siccis uero exiccantur complexionibus & corpora obsuscantur. In locis habitabilibus altis morantes sunt sani & fortes, laboris multum patientes, & uiuunt diu, profunda uero loca contrarium operantur. Habitantes in locis petrosis, habent aërem in hyeme ualde frigidum, & calidum in æstate, corpora eorum dura fortia & multorum capillorum existunt, multum uigilantes, inobedientes, & malorum sunt morum, & est in eis bellorum fortitudo, & in artibus solertia & acuitas. Ciuitas ab oriente aperta, & ex opposita parte cooperta est sana, & boni aëris, ea uero est infirma quæ contrarium situm habet. Incolarum habitudo secundum sanitatum uel ægritudinum genera situs indicat qualitatem,

De tumbis



## De tumbis &amp; domibus, Cap. VI.

**D**omus & tumbæ seu aræ & curiæ magnitudo fieri debet in rure, secundum domini facultatem & quantitatem animalium nutriendorum, & fructuum portandorum ad eas, tutæ autem sint & fortes, foueis & muro uel spinis secundum potentiam domini & oportunitatem in locis illis, nec expositæ insidijs furium & latronum. In tumbarum munitionibus fructiferæ arbores non plantentur, ne fructuum auiditate desiderata munitio dissipetur, in eis etiam arborum aliquarum non procuretur augmentum, sed omnes ad munitionis fortitudinem & decorem domorum fundamenta latiora quam paries esse debent, & usque ad terram profundetur solidam, quæ si desit, quartam partem fabricæ misisse sufficiat. Arena quæ manu comprehensa ædit stridor, uel quæ manu resperfa nihil sordis reliquit in panno lineo candido, egregia est & utilis fabricanti. In duabus arenæ partibus, calcis una miscenda est, quod si æquali mensura miscetur erit fortissimum cementum inde commixtum. In fluuiali quoque arena si tertiam partem testæ, cretæ addideris operum soliditas mira præstabitur. Ligna pro ædificijs optima sunt quæ mense Nouembri aut Decembri ceduntur, & maxime si ultra medullam incisa super radice quibusdam relinquuntur diebus, & ea sunt præcipue durabilia quæ à parte meridiei montium sunt incisa.

## De puteis &amp; cisternis, Cap. VII.

**P**uteus si fons desit mense Augusto uel Septembri, & loco idoneo fiat, ab omni letaminis seu putredinis palude remotus. Cum aqua ducitur aliunde, diligētis erit aquarum receptacula fabricari, ut sufficientem copiam inops uena procuret. Vbi cisternis utimur, anguillas piscesque fluuiales ponamus in eis, qui suo natatu aquam continue moueant, & à corruptione præseruent. Vbi aquis fluminum utimur, tutum est cisternulas habere, cum sabulo quæ eas à terrestreitate liberent, & claritate decorentur.

## De præsentia dominorum, Cap. VIII.

**P**ræsentia domini profectus est agri, & qui deserit uineam, deseretur ab ea, rusticorum importuna uoracitas, nihil timet nisi dominorum præsentia & cautelam.

## Regulæ secundi libri, &amp; primo de qualitate terrarum, Cap. IX.

**T**erra naturaliter frigida & sicca, sed accidentaliter sæpe rebus intrinsicis immutatur. In terris fœcunditas quærenda est, ne alba & nuda gleba sit, ne macer sabulo sine admixtione terreni, ne creta sola & arena si pulueris lapidosa macies, ne salsa uel amara uel uliginosa, ne uallis nimis opaca, sed sit gleba putris & ferè nigra & ad tegendum se graminis sui crate sufficiens, quæ protulerit, neque scabra sint neque retorta, nec lucci naturalis egentia. Frumentis dandis utilis terra est, quæ naturaliter profert ebulum, iuncum, gramen, trifolium, calamum, rubos pingues, pruna syluestria, lappas, farfana,



farfana, cicutam, maluam, urticam, & cæteras similes herbas, quæ latitudine & pinguedine foliorum letum solum & sæcundum demonstrant. Vineis utilis terra est, quæ corporis aliquatenus rari atq; resoluti est, uirgultaq; nitida procerâ sæcunda sunt, neq; intorta neq; debilia, neq; macra exilitate languentia. Situs terrarum nõ aded planus, ut stagnet, nec præruptus ut defluat, nec arduus, ut tempestates nimium sentiat & calores, sed in his omnibus utilis semper & æquata mediocritas requiratur. In frigidis prouincijs orienti uel meridiano lateri, in calidis uero septentrioni ager debet esse oppositus. Inferior pars terrarum pinguis, grossa & frigida est, superficies uero macra, subtilis & calida. Quatuor sunt agrorum genera, uidelicet fatium & cõsitum, compascuum & nouale, fatius ager est qui pinguis est, & seritur omni anno. Omnis ager qui calidus est & humidus mollem habens superficiem & porosam, cultui facilis est & ferax. Eligendus est ager pinguis & rarus, qui minimum laborem petit, & fructum maximum reddit. Secundi meriti est pinguis, densus, hic enim si multo labore colatur, tamẽ ad uota respondet. Illud autem genus terrarum est pessimũ, quod siccum & spissum, macrum & frigidum est. Terra sicca & adustione sterilis effecta & salsa uel amaranum quam recipit medicinam: quæ uero humore superfluo infæcunda est, fossatis conuenientibus emendatur. Colles montium siccitatem & macredinem patiuntur, ualles autem ipsarum pingues existunt, & humidæ propter pinguedinem, quæ ad ima decurrit, ideoq; tales agri per latera fulcandi sunt, ut in sulcis stet retenta pinguedo, nec oportet comminui glebas, ne pluujs impetuose superuenientibus mota terra cum omni semine feratur ad uallem. Noualis ager est qui primo ad cultum reducitur, uel qui ad pristinam uirtutem redit per quietem unius anni uel plurium. Conseri non cõuenit plantis ager puluerulentus & siccus, quia planta quærit locum solide continuitatis in quo radicetur, & floreat, & fructum ferat.

De aratione, fossione & cultu, Cap. x.

**A**rationis & fossionis quatuor sunt utilitates in genere, uidelicet terræ apertio, eiusdem adæquatio, agri commixtio, & eiusdem comminutio. Obseruandum est, ne lutosus ager aretur, neque si fuerit nimis siccus, nam terra quæ lutola tractatur toto fertur anno tractari non posse, nimis uero sicca plurimum laboriosa est, & non potest comminui, ut oportet. Si ager qui post longas siccitates, fuerit imbre leui perfusus, aretur per triennium fieri, quasi sterilis affirmatur. Ager fortis glutinosus & adulterinis herbis repletus, quatuor arationes requirit. Poroso autẽ & mundam & subtilem terram habenti, sufficit forte una, uel duabus aut tribus ad plus arationibus est contentus, quælibet trium uel quatuor arationum, fructibus addit proportionaliter sui numeri quantitatem, quotiens fructus laboris excedit meritum, in sistendum est cultui, si uero labor utilitatẽ fructus excellit, relinquendus est locus talis. In locis siccis agri maturis, in humidis uero serius proscindunt. Qui arado crudum



crudum solum inter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terrę ubertatem infamat. Fœcundior est enim culta exiguitas quàm magnitudo neglecta. Seruandum est autem ne inter sulcos terra non mota relinquatur, & glebæ sunt malis dissipandæ. In agro periclitantur interiora, nisi colantur extrema. Si lapidosus est ager, per multas partes saxorum turba collecta purgari poterit & arari. Iuncus, gramen & salices & ceterę herbe nocuę frequenti aratione mense Iulio, uel lupinorum seminationem uincuntur.

## De seminatione, Cap. XI.

**I**N terris frigidis maturius autumnalẽ oportet fieri sationem, ut segetes aliquid roboris ante hyemis aduentũ accipiant, in calido uero & pingui agro differatur satio in quantum potest, ne ipsius tempestiua satio herbarũ in utilium luxuria suffocetur. Si humidius nimis ager non autumnis, sed uere seratur, cui præcipue competit faba et linum, quę radicibus euulsis superfluam humiditatem consumunt, quęcunq; seruntur in uere locis calidis maturius, frigidis uero serius conserantur. Autumnalis autẽ satio contrarium actum quærit, exiles campi uel aquosi maturius, pingues uero serius seminentur. Item aquosi autumnali tempore maturẽ serantur. Si ager plurimũ pinguis & ferax non seratur semel, uel pluries omni anno, luxuriabit in spuria diuersarũ herbarũ, quod postea sine magno labore non poterit emendari. Omne triticum solo uliginoso post tertiam sationem in genus siliginis cõmutatur. In quolibet semine duo sunt, uirtus uidelicet formatiua quam habet è cœlo, & substantia formalis quę figuratione recipit in planta & plantę organa. Omnis seminatio fieri debet cũ semen auxilium maius habet è cœlo. Hoc autem est in primo ætate lunæ, quia tunc iuuantur calido humido, & uiuifico lumine solis & lunæ similis. Omnis satio quę fit cum sol ab ariete in cancrum progreditur est perfecta & autumnalis, tunc radices mouebuntur in debitam suę substantiæ quantitatem, uernales etiam in matrice terræ iacentes tunc pullulabunt sole temperato, coadiute germinabunt & florebunt ante tempus siccitatis æstiuæ, cauendũ est ne ultra mensuram semina iaceantur in agro, quod si fiat macilentia & non proficientia erunt. Attendendum est ne quę iactantur semina sint corrupta, sed ea optima sunt quę anni non exceßerint ætatem. Omnium surculorum uel frugum genera præclara, sed terris tuis experta cõmitte, in nouo enim genere seminũ ante experimentũ non est spes tota ponenda. Semina locis humidis citius quã siccis degenerant, omnia legumina seri iubentur in sicca terra, faba tantummodo in humida terra iubetur spargi. Licet temperatis agris serendum sit, tamen si siccitas fuerit, semina iacta non minus in agris quã in horreis seruabuntur.

## De aqua plantarum, Cap. XII.

**A**qua melior omnibus ad irrigandos agros & maturandũ letamẽ est paludalis seu fouearũ ex pluuijs & roribus cõgregata. Cõfert etia plantis aqua puteorũ & fontium, postquam eam calefecerit splendor solis.

De letamine



## De letamine, stercoreatione &amp; immutatione plantarum, Cap. XIII.



**N**imis humido & pingui letamine plantæ substantia nascentis & putredine inficitur, sapor fructuum immutatur in peius, & repletur talis planta superfluis folijs & mollibus ramulculis infœcundis. Optimum letamen est fere omnium auium & quadrupedum, quod in uia corruptionis est, & non calore naturali destitutum & incineratum existit.

Letamen plantę naturam immutat magis quàm cibus animal quod nutritur ex eo, natura plantarum melius per letamen quàm per modum aliquem immutatur. Frigida & humida terra optime per incensionem cespitum & cineris emendatur. Stercorum congestio suum locum tenere debet, qui abundet humore, & propter odoris horrenda à prætorij conuertatur aspectu. Cineres loco letaminis optime sparguntur in agris, sterCUS quod uno anno requieverit satis est utile nec herbas creat, si uero uetustius est, minus proderit. Recētia stercorea profunt pratis ad ubertatem herbarum, maris purgamenta si aquis dulcibus eleuantur reliquis iuxta uicem stercoreis obtinebunt. Stercorandi sunt agri spissius in colle, in campo rarius, cum luna minuitur, hoc enim herbis si seruetur officiet. Non debēt æstiuo tempore plures cuniculi letaminis spargi quàm eo die poterunt inarari, non prodest uno tempore nimium stercoreare, sed frequenter & modice. Ager aquosus plus stercoreis querit, siccus minus. Si letaminis copia desit optime pro stercore cedit ut sabulosis locis cretam, frigidis uero argillā, cretosis & nimium spissis sabulum spargas, hoc enim segetibus proficit, & uineas pulcherrimas reddit. Vel seminentur lupini, qui cum ad debitum quali augmentum peruenerint euertentur. Lutum de fundo lacuum & paludū acceptum pinguem & fertilem facit agrum. Omnino autem conuenientissimū plantarum nutrimentum est, letamen in palude temperata & humiditate putrefacta nutritum, & conuenienti stercore commixtum. Agri collium in partibus superioribus plurimum & sæpe, in medijs parum & raro simandi sunt, in simis uero simatione non egent.

## De quibusdam principijs plantarū &amp; operationibus earū, Cap. XIII.

**S**eptem sunt sine quibus nulla omnino nascitur planta uidelicet triplex calor, circuli cœlestis, loci & seminis, & triplex humor, scilicet materię seminalis, terrę, & pluuiarum de super uenientium, & agri continens. Plantę opera sunt uti alimento, augere et generare. Venter arborum est terra, in qua omnem impuritatem ita relinquunt. Arborea insignuntur radices deorsum  
in ter



in terram, ut ex ea sicut ex stomacho nutrimentum sugat, quod si eas in superficie tantū spargant, cito arescunt. Certum est arbores non semper augere quā diu terrę radicibus adhærent, sed omnium natura constantiū esse quantitātē determinatā inter duos terminos maximi in suo genere plantę. Sugendo per poros habent nutrimentum, & de eo quod extrinsecus à spiritu eleuatur in gēmas formatū omne quod gignunt. Plantę raras porosas & calidas habētes radices, nutrimentū attrahunt plusquā digerere possunt, & ideo fructus generant putrescentes, nisi superfluū humidū educatur. Multitudo ramorū ex abundantia nutrimenti & calore solis arborē undiq; tangēte, qui succum euocat ad exteriora procedit. Caro seu pulpa in fructibus à natura creatur, ut semen in terram decidens ab ea simetur, & facilius cōualescat. Arbores quandoq; fructuum alternis proferunt tantū annis, propter nutrimenti defectū & uirtutem exhaustam, quę sufficienter nutrirī non possunt ramos & fructū, nisi per cōuenientem requiem fuerint renouatę. Omnis planta quę ex semine oritur est syluestris, quia semē à syluestri radice procedit, & per stipitē & ramos transit, ut uirtutem totius arboris acquirat, ut possit sibi simile generare. Cum aliqua radix inciditur ex ea plerunq; nascunt alię quę plātam nutriunt loco eius. Si arbor uetusta uel nimium cōsumpta inciditur, debilitate pullulabit, aut sola gramina uel fungos producet. Syluestrium arborū fructus sunt plures, sed minores & acriores propter nutrimenti siccitatē, domesticarū uero sunt pauciores, sed maiores & magis dulces, propter oppositam rationē. Omnis planta mascula priusquā scēmina pullulat, propter calidū fortius mouens, & eius folia strictiora sunt propter masculi siccitatem, quædā plantę alias impediunt à generatione & fructu, sicut corilus & caulis, uitem, lolium, segetē & nux ferē omnes alias propter pernecabilē amaritudinē eius, ideoq; diuersorū plantationē & sationē simul plerunq; cauere oportet. Omnis plātatio indiget seminali humido, terminato loco, cōuenienti aquę siue humore tēperato nutriente, & aëre sibi consimile & pportionali, ut nascat & crescat. Plantę calido tēpore uegetant, in umbra noctis & solis feruore liquefcunt. Plantę hyemali tēpore humorē in radicibus cōgregant, quem in æstate dispergunt in ramos & augent illos. Omnia quę in superficie terrę nascunt ex uaporibus desubtus ad superficiem pertingentibus oriuntur. Fructus mōtium saporosiores existunt quā uallium, quia digestio melius completur in eis.

## De poris plantarum, Cap. xv.

**S**uccus & humor per poros radices attractus, ad similitudinem plantę ex digesti uo calore terminatus ad eam nutriendam. Radices quantū ad nutrimenti tractū sunt ori similes, sed quia in fundo calorē uiuificum totę plantę similitudinē cordis habent. Medullę in plantis sunt sicut nucha in animalibus. Nodi creati sunt in omnibus plantis multū medullosis & cōcauis, ut retineant nutrimentū & spiritum, ex quibus eas augeri & uiuere oportet, donec fuerit cōuenienter digestū. Cortices in plātis sunt sicut coriū in animalibus

li non ex



non ex cōtensione uenarū, sed ex humore terrestri expulso ad superficiē generati. Foliorum materia est humor aquosus non bene digestus, aliquantū cum fece terrenitatis cōmixtus, quib. saga natura fructus à superfluo seruore tuet. Fructus materia est uapor siccus, unctuosus ad perpetuandas plantarū species, ab anima uegetabili generatus, foliorum substantia ex subtiliori generatur humido perfecte digesto, qui primo ebulliens calore ortum fructum antecedit.

De plantatione & generatione plantarum, Cap. xvi.

**A**Rborum & cæterarum plantarum quædam generantur plātate. Quædam ex semine, quædam ex commixtione elementorum & uirtute cælesti. Rami qui sine radicibus plantantur, si solidæ fuerint substantiæ & scindantur inferius cum panguntur, ut facilius attrahant nutrimentum. Arbor cuius semen debile fuerit, melius ex ramis seu radicibus quàm ex semine conualescit. Plantæ humidæ aquaticæ molles quocunq; modo terræ infigantur de facili radices emittunt & conualescunt, quæcunq; plantæ calidæ sunt licet duræ, ramis in terram infixis conualescunt. Quia earum caliditas fortiter attrahit nutrimentum. Omnes plantæ quæ aromaticos, calidos & siccos habet fructus conuenientius plantantur in montibus, eas uero quæ solidos & humidos fructus ferunt, magis congruit in uallibus plantari uel feri. Arbores paruum & debile semen feretes ex semine & ramis plantari & cōualescere possunt, ex semine tamen plantatio est periculiosior, & in longam nimis speratur ætatē, & syluestris ex eo nascit planta: ex ramis uero citius cōualescit, & inde domestica nascitur non syluestris, si ex domestica planta fuerit ramus acceptus. Arbores quæ semen magnum & forte producant, ex eo melius quàm ex ramis proueniunt. Arbores nullum ferentes fructum, ex ramis uel radicatis plantulis cōualescunt. Si conserendus locus ab animalium rodētium accessu nō est tutus, in aliquo loco clauso per bienniū rami uel semina nutriri oportet, in terra soluta, dulci & aliquantulum stercorata, deinde ad loca disposita transferantur. Omnis nouella planta frequenti fossione & tempore magnæ caliditatis irrigatione iuuetur. Spacia inter arbores uel uites seruanda, secundum arborum magnitudinem, loci pinguedinem & consuetudinem approbatam. Omnis planta in solo arido uel decliui profundus, & in humido & depresso minus profunde plantetur. Si plantatio fit in terra cretosa sabulum misceatur, in sabulo creta, in macra uero plus letaminis apponi oportet. Cū planta trāsferatur, nisi parua fuerit, eisdem cæli quib. ante steterat cardinibus opponatur. Cum plantam in scrobē deponis, quod de radicibus læsum inueneris amputabis. Cū plantant in terra nimis mollis aut sicca sit cauere oportet, potius tamen sicca quàm mollis existat. In aridis seu mōtuosis locis ante hyemem. In humidis uero seu ualliculosis in uere plātationes fiant: sed in tēperatis utroq; tēpore cōuenienter plātatur. Si ponenda sunt arborū semina præcipua eligantur mense Ianuario, non amplius quaternis digitis sub terra mergant. Quod si locus calidus & siccus fuerit Octobri uel Nouembri



Nouembri mense ponuntur. Rami qui sine radicibus plantantur melius conualescunt si mense ponantur Martio, cum iam cortici se uiridis succus infuderit, aut etiam mense Octobri, cum nondum uiuificus plantę spiritus fugam habuit ad radices. Ramusculus qui plantatur torquendus non est, ne alio modo uexandus, uerum si durę solidęq; substantię sit, proderit si pars scindatur inferior, & & in scissura immittatur lapillus. Rami plantandi sunt leti, succosi, nitidi, gemmis spissis & pluribus oculati, ad unam materiam sint redacti. Ramis plantandis qui nimis longi fuerint cum ponuntur amputantur congruę summitas, & in cōuenienti longitudine relinquuntur, ut in salice, uite, oliua, & cæteris his similibus.

## De insitionibus, Cap. XVII.

**O**Mnium insitionum melior est similitum in similia secundum genus, ut piri in pirum, & uitis in uitem. In nimis duro stipite incongrua est insitio, quia in eum uenas radicales immittere nequit, sed in eo in quo parua est durities, & multa succositas optime conualescit. Surculi inserendi sunt steriles succosi de nouo nati, gemmis spissis & pluribus oculati, & ab orientali potius quā ab altera parte decisi. Diuersitas in malis & piris & cæteris fructibus ab insitione arborum eiusdem speciei tota processit. Insitio in magnis arboribus quibus cortex grossus & pinguis est, inter lignum & corticem fiat. In subtilibus uero fit conuenientius scissoligno. Licet insitio multis temporibus fieri possit, ea tamen præcipua est, quę sit eo tempore quo gemmę incipiunt esse suspectę. Verum arbores resinam producentes antequam ipsa fluere incipiunt, conuenientius inseruntur. Insitio ad bucellum fieri non potest, nisi cum iam cortex separatur à ligno. Est autem optimum scissum ab una parte bucellū apponi, & uirgulę summitatem relinqui donec bucellum cōprehendisse uideat. Insita planta nutrimenta à stipite trahit in tantum, quod postquā cōualuit raro permittit trunco sub nodo aliquid pullulare. Omnis insitio quanto inferior tanto melior. Nam fructus magis domesticat & melius conualescit.

## De medicamine arborum &amp; terrę, Cap. XVIII.

**S**I uetustarum arborum scindantur radices, & in scissuris lapides immittantur, melius attrahunt nutrimentum, & sic aliquando fiunt fertiles, quas sterilitas inuadebat. In ueteratis plantis per abscisionem ramorum redit iuuentus, nisi iam peruenerint ad ultimam senectutem. Omnis planta domestica subtracto cultu syluescit, præcipue si ad sabulositatem & arenositatem conuertatur, & omnis syluestris domesticatur adhibito cultu. Cultus in domesticandis arboribus, in conuertendo, fimando, uel adæquando nature arboris terram, & in abscisione spinosorum uel superfluatorum, & in insitione, consistit. Quotiens ager mala dispositione consistit, sapiens agricola eum ad laudabilem dispositionem immutat. In agro nouali ad cultum redacto, facienda est extirpatio syluestrium stirpium & radicum, quę omnem sugunt agri humorem. Noualis ager pluribus annis fertilis est, deinde oportet adhiberi letamę,



si ferax debeat permanere: uel nisi sit pinguiſſimus interponi quietem, præſertim quando cum ſubſtantia herbaſi & paleari plantæ in eo ſatæ aut metuuntur aut radicibus euelluntur. Cum humor uiuificus & ſpiritus agri per ſemina & plantas attrahitur, eiſdem terra deſtituitur, & determinato tempore quieſcēs, ad agrum iterum reuocatur: uni citius, alteri tardius, ſecūdm quod ager agro ſœcundior inuenitur. Quæcunq; cum labore & expenſa uirtute perficiuntur, niſi quiete interpoſita reſtaurum accipiant, diſſoluuntur & corrumpuntur. Si neceſſitas cogit de ſalſa terra ſperare aliquid, poſt autumnum plantanda uel ſerenda eſt, ut malicia eius hybernis imbribus eluatur, aliquid etiam terrę dulcis uel ſimi uel arenæ ſubijciendum eſt, ſi illi uirgulta committimus.

## De munitionibus, Cap. XIX.

**I**N cretoſis terris quę facile ruunt ripæ foſſatorum parum pendentes, in rurbica uero uel glareoſa terra & ſimilibus quæ non facile ruunt plus fieri poſſunt ubi multa neceſſaria eſt munitio uinearum, & aliorum locorum. Ex ſpinis ſolummodo plantationes ſiant, ubi autem eſt tāta neceſſitas, & lignorum habetur penuria propter ignem & ædificia, ex arboribus tantum ſiunt, cum ſit aliqua plantatio ſpinorum uel arborum propter ſepes iuxta terram poſt biennium reſcindantur, ut pullulant & ſepes inſpiſſant.

## Incipiunt regulæ tertij libri de horreis, Cap. XX.

**H**ORREA frigida uentofa & ſicca, & longe ab omni humore & ſœtore & ſtabulis eſſe debēt, eiſq; aër debet eſſe aduerſus, niſi uilius eſt diu cuſtodiendis frumentis quā optime exiccata inferant horreis, & aliquando in uicinum locum tranſuſa refrigerentur. Locus in quo frumenta ponuntur, non ſit nimium excellens in frigore uel calore, quia utrunq; ſegetes corrumpit. Cum legumina tarde ſeruntur debent in aqua letaminis madida ſeminari, ut citius germinare cogantur. Omne granum quod in pingui ſolo oritur eſt pinguius, nutribilius & in pondere grauius, quod autem in macra naſcitur eſt cōtrarium. Frumentum & cætera grana patienti campo lætantur, & eiſdem umbræ inferunt læſionem. Locis humidis & aquoſis frumētum ſepe degenerat, & in lolium & auenam quandoq; conuertitur, frumētum collis grano robuſtius eſt, ſed meſurę minus reſpondet. Omnia grana, præter milium diutius in ſuis ſtipulis quā excuſſa ſeruantur. Omnia quę tempore ſeruntur eſtiuo, ſolutam terram requirunt, cretamq; refugiunt, quā ſola milica ſi pinguis fuerit, non formidat.

## Regulę quarti libri de uineis, Cap. XXI.

**C**UM inueniantur multæ uinearum uarietates, unusquiſque ſuę patrię morem obſeruet, alioquin laboratorum eos procurantium patietur defectum. Cœlum mediocriſ uitis deſiderat, tepidum magis quā frigidum, & ſiccū potius quā umbroſum, procellas niuium uentoſq; formidat. Aquilo uites ſibi obiectas ſœcundat, auſter nobilitat, in arbitrio itaq; noſtro eſt de uino plus habeamus an melius. Campi largius uinum ſerūt, colles nobilius.



nobilius. Locis frigidis à meridie uineta ponantur, calidis à Septentrione, temperatis ab Occidente uel Oriente. Loca naturam sepe uitibus mutant, & ideo earum genera conuenienter aptentur, plano locouitem statuas quæ nebulam sustinet & pruinas collibus, quæ siccitatem perfert & uentos, pingui agro graciles & fecundas, macro feraces & solidas, frigido & nebuloso eas quæ hyemē celeri maturitate præueniunt, aut quæ duris acinis inter caligines securius florent, uentoso tenaces, calido genere teneriores & humidas, sicco eas quæ pluias ferre non possunt. Eligenda sunt genera quæ natura uitiorum suorum contraria loca diligunt, his in quibus durare non poterunt. Placida sanè regio & serena tutè genus omne suscipiet. Industrius uir probata diligat, & locis talibus mādēt, quæ mutari possint illa unde sumuntur. Solū, ad uineas ponēdas nec spissum nimis, nec resolutum, neq; exile, nec latissimum esse debet, nec cāpestre, nec præceps, nec siccum, nec uliginosum, nec salsum, nec amarum, sed quod inter omnes nimietates temperamētum tenebit, & propius raro quā depresso fuerit. Ad uineas rudes agros & maxime syluestres eligimus, deterior omnibus est in quo fuerint uineta uetusta. Quod si necessitas coegerit prius multis arationibus radices prioris uineæ dissipentur. Omnis locus, pastinandus prius impedimentis omnibus, liberetur, ne fossa terra post calcatu assiduo solidetur.

## De electione plantarum uitis, Cap. XXII.

**P**lantæ uitis quæ mense Octobri uel Martio abscinduntur, meliores sunt quàm quæ alijs temporibus colliguntur. De uinea nimis pingui cum in locis exili desideras plantare, non sunt colligēda sarmenta. Eligēda sunt pangenda sarmenta de uite media quinq; uel sex gemmarum spacio & ueteri procedentia. Summa flagella repudiemus præcipue cum in arbores uineam plantare uolumus. Sed & pampinus qui de duro nascitur, pro frugifero non ponatur. Fertilitatis uitis certum est signum, si de duro aliquo loco fructum citabit, & fœtu impleuerit ramulos ex omni parte surgentes, uno solo anno uitis fertilitas explorari non potest, sed in quatuor uera generositas surculorum probatur. Nouellus palmes nihil habens ueteris in quo frequens nodus exuberat debet eligi ad pangendum.

## De regulis plantationum uitis, Cap. XXIII.

**S**i pinguis est terra, maiora inter uites spacia relinquamus, si exilis angusta. Non est uno genere uitium omne pastinum conserendum, ne annus iniquus graui uindemiæ spem omne cōcludat. In aquosis locis post hyemem, in siccis uero ante hyemem utilius uinea plantabitur & propago duces.

## De insitione uitis, Cap. XXIII.

**T**runcus uitis inserēdus eligatur solidus, qui humores exuberet alimento, nec ulla uetustate aut iniuria laceratus areseat, iuxta terram, uel sub ea uitis inseritur. Nā super eam difficilius cōprehendit. Inserendi surculi solidi sint, rotundi, gēmis spissis & pluris oculati, ex quibus duo uel tres insi-



tiones sufficiunt. Inſita uitis optime ligatur, & à ſole & uentis operimento aliquo defendatur, ne hi quatiant, hic adurat. Cum calor temporis inſitam uitem inuadit, ipſe tenuis humor debet circa ueſperas frequenter affundi. Cum germen inſitæ uitis accipit nutrimentum, adiutorio alicuius pali debet annecti, ne motus aliquis fragilem ſarmenti quaſſet ætatem.

De putatione uinearum, Cap. xxv.

**V**inearum putatio locis frigidis poſt hyemem, calidis uero & temperatis ante & poſt commode celebratur. Auferenda ſunt læta, intorta, debilia, ſuperflua & malis locis nata ſarmenta. In locis lætis & clementioribus alcius licebit uites expandere, in exilibus aut æſtuoſis uel decliuiſ humilior eſt habenda. Multitudo uel paucitas ſarmentorum ſecundû uirtutem uitis relinquatur & ſoli. Vetera ſarmentâ quibus primi anni fructus pependit omnia reſcindantur, & noua circumciſis capreolis & ramulis inutilibus dimittantur. Vites multum fertiles, in quibus frequens nodus exuberet ſtrictæ, quæ uero gemmas per longa internodia diſtulerint largius ſunt putandæ. In uitis putandis tria conſideranda ſunt, fructuum ſpecies, ſucceſſura materies, & locus qui ſeruet & reuocet. Vitis quæ mature putat, citius pullulat, maioraq; ſarmentâ producit, quæ autem tarde putatur ſerius pullulat, & fructus plurimos profert. Poſt bonam uindemiam ſtrictius puta, poſt exiguam largius plurimum prodeſt uitis, & præcipue nouellis, ſi ab eis ablaqueatis ſuperuacua reſcindantur radices, quas in ſummo producent.

De foſſione uinearum, Cap. xxvi.

**C**elebranda eſt foſſio uinearum antequam nimis gemmæ turgelcant, quia ſi foſſorem apertus uitis oculus uiderit, cœcabitur ſpes magna uindemiæ. Quæ florent conſtat non eſſe tangenda. Foſſio uinearum fiat cû terra nõ nimis mollis nec nimis ſicca eſt, ſed cum puluerizabilis mediæ diſpoſitionis exiſtit, ſit autem ſtudium ut uniuerſa terra moueatur æqualiter, & maxime iuxta uites, ut in ea nihil crudi ſoli remaneat, quam rem diligens cuſtos exploret.

De uuis & uino, Cap. xxvii.

**S**iuuæ pingues quaſi maturæ frondibus per latera denudentur & colligantur, rore conſumpto & aëre ſereno, uinum fiat potentius & melius duraturum. Vuæ lucidæ non pingues, nec conſumptæ potentius, nimis maturæ dulcius, acerbæ acerbius, aquoſæ aquoſius uinum producent. Vuæ in augmento lunæ minus ſeruabile faciunt uinum, pluribus ex cauſis leditur & turbatur, uidelicet calore & frigore, ſcœtore, tonitruis fortibus, terremoto ac motu ualis, & auſtralibus uentis, quandoq; parum, & tunc modica contraria medicina curatur, quandoq; multum & tunc requiritur fortior, quandoq; in tantum quod eius calor naturalis in totum extinguitur, & tunc nullo modo curare poteſt, quia mortuo nulla poteſt medicina conferre.

Incipiunt



Incipiunt regulæ quinti libri: De arboribus, Cap. XXVIII.

**L**icet quædam arbores desiderant aërem calidum, quædam frigidum, & plurimæ temperatum, & quædam terram pinguem, & quædam macram, in hoc tamen conueniunt, quod omnes terram in superficie siccā & in uiscerib. humectam requirunt. Autumnali tempore arborum oportet denudari radices, & aliquid poni letaminis quod per pluuiæ fluxū coopertis radicibus apportetur, quod si nimium sabulosa fuerit terra cōgrue recipiet cretā, & si nimis cretosa sabulum apponatur, in pingui solo plus, in exili minus. Arborum stipites eleuentur à terra, plantæ arborum à tempore quo positæ fuerint usq; ad triennium non putentur. Ab adolescentia plantarum usq; ad triennium non putentur. Ab adolescentia plantarum usq; ad debitum complementum earum sollicitè curandum est ut stipites in ramos, & rami in uirgas, & uirgæ in fragra fructifera diuidantur, succedente autem senectute recidatur ab ea omnis siccitas & ramorum superfluitas, quam cum fructibus nequit commode sustentare. Omnis arborum putatio quandocunq; à tempore casus foliorum fieri potest, præter gelidum acumen, usq; incipiunt pullulare. Attēdere oportet ne spuria in arbore nata aut iuxta stipitem ex radicibus erumpentia dimittātur, sed ea usq; ab initio amputari, herbas quæ suarum radicum magnitudine arboribus ob sunt, plurimum circa eas euelli oportet. Si arbor uermiculosos profert fructus, supra radices terebrēt truncus, & in foramine quercinus cuneus infigat. Cum languescūt arbores eis ablaqueatis alterius dispositionis circa eas terra ponat.

Incipiunt regulæ sexti libri de hortis, & primo de aëre, terra & situ eorum, Cap. XXIX.

**H**ortus desiderat aërem liberum & temperatum, uel temperato proximum, nam loca nimix caliditatis aut siccitatis formidant, nisi multis pluuijs uel irrigationibus adiuuetur. Loca etiam intemperata mortificantis frigiditatis tollerare non potest, & in locis umbrosis nullius uel modice utilitatis existit. Hortus desiderat terram mediocriter solutam & humidam potius quā siccam: creta enim est hortis & eorum cultoribus inimica. Herbx in minus soluta terra natæ in principio ueris optime conualescunt, sed in æstate siccantur. Felix horti positio est, ut supra se riuum habeat quo possit per conuenientes sulcos cum opus fuerit irrigari. Nam hortis qui cælo clementi subiacet, & humore fontano percurritur, prope est ut sit liber, & nullam serendi disciplinam requirat. Terram desiderat hortus pinguis simam, ideoq; in altiori parte finum semper habeat, cuius succus cum sponte scēcūdet, & ex eo semel quolibet anno singula hortorum spacia impinguentur cum seri uel plantari debebit, sit autem domui proximus. Longe tamen ab area situs, nam puluere pælearum qui herbarum folia perforat & exiccat patitur inimicum. Felix horti positio est cui leniter inclinata planicies cursus æquæ fluentis per latera discreta deriuat.



## De pastino hortorum, Cap. XXX.

**P**artes horti sic diuidendæ sunt, ut hæ in quibus autumnno seminabit uer-  
no tempore pastinentur. Et quas seminibus uere complebimus autumnni  
tempore debemus effodere, ut utraq; pastinatio decoquatur beneficio  
algoris & solis. Si uero penuria terreni habeatur, quocunq; anni tempore ter-  
ra inter humiditatem & siccitatem inuenitur æqualis pastinari potest, & statim  
seri si fimo fuerit impinguata. Faciendum est horti spacium primo profundum  
& grossum, & super ipsum sparso letamine iterum minutatim pastinetur, & ter-  
ra cum letamine misceatur, & quantum potest in puluerem deducatur.

## De seminatione hortorum, Cap. XXXI.

**L**ocis frigidis autumnalis satio maturius fiat, uerna tardius. In calidis ue-  
ro autumnalis serius, & uerna maturius fieri potest. Herbe possunt cõ-  
mode seri separatim & mixtim, ut immixti satis euellantur quæ fuerint  
transplantandæ, ceteræ uero ibidem suscipiant incrementum: herbe quæ trans-  
plantari non debent spissius seri debent. Cauendū est ne quæ sparguntur semina  
sint corrupta, ideoq; eligenda sunt quæ formam habent interius albam, & quæ  
magis fuerint ponderosa & grossa, & in pluribus eorum sint talia, quæ non ex-  
cellerint anni ætatem. Sæpe prouenit quod semina quâumcunq; sint bona, si i-  
ta fuerint non nascantur ex aliqua malitia corporum cœlestium impedita. Ple-  
runq; inuenitur utile diuersa semina simul seri, ne tempus alicui semini quâdoq;  
contrarium ex toto terram denudet. Omnium herbarum optima satio est cum  
luna fuerit in augmento. Sæpeq; euenit, ut non sit utilis satio, quæ sit cū luna pro-  
cesserit in defectu. Omnes serè herbe commode transplantantur cum aliquan-  
tulum creuerint, & terra non fuerit nimis sicca.

## De iuuamento hortorum, Cap. XXXII.

**H**ortis plurimum confert, si tam manibus quàm sarculo herbe nociuæ  
quotiens apparuerint dissipentur, ne melioribus nutrimenta subducant.  
Ex his quæ plurimum nocent hortis, est ambulare per eos uel terram  
mouere cum fuerit nimis mollis. Si terra horti nimis cretosa est miscea-  
tur eidem sabulum, uel letaminis multitudo, & terra spississime moueatur. Et si  
adeo sabulosa est quod humor conceptus nimis facile resoluatur, eidem misce-  
atur letamen & creta.

De collectione herbarum, florum, seminum & radicum,  
Cap. XXXIII.

**H**erbae propter cibum colligendæ sunt cum earum folia ad debitū per-  
uenerint augmentum. Sed propter medicinam colligere oportet post-  
quā magnitudinis integritatem habent, antequam ipsarum alteret co-  
lor & cadant. Semina colliguntur postquā eorum sigitur terminus, &  
exiccantur



exiccantur ab eis cruditas & aquositas. Radices sumendæ sunt, cum adest foliorum casus. Flores colligere oportet post operationem integram, ante externationem & casum. Fructus quidem colligendi sunt, postquam finitur complementorum eorum antequam sint ad cadendum parati. Quæcunq; colliguntur decrescente luna meliora sunt, & magis seruabilia his quæ colliguntur in eius augmento. Et quæcunq; colliguntur in claro aëre meliora sunt his quæ colliguntur in dispositione humiditatis, & uicinitate temporis pluuiarum.

De uirtutibus herbarum, Cap. xxxiiii.

**S**yluestres herbæ domesticis sunt fortiores, & minoris quantitatis, secundum Plinium. Et ex syluestribus montanæ sunt fortiores. Et illa quarum loca sunt uentosa, color fit magis tinctus & sapor magis apparens, & odor fortior, eruntq; potentiores in genere suo. Virtus herbarum debilitatur post duos aut tres annos, secundum Plinium.

De conseruatione herbarum, foliorum, seminum & radicum, Cap. xxxv.

**H**erbæ, flores & semina seruanda sunt in locis siccis & obscuris, & in sacculis uel uasibus constricta seruantur, & præcipue flores ne odor & uirtus exhalet. Radices melius in subtili arena seruantur, ne sint radices que siccitatem seruent, quæ similiter in loco sicco & obscuro melius seruantur. Semina porrorum & ceparum & quarundam aliarum herbarum melius quàm aliter in suis siliquis seruantur.

Incipiunt regulæ libri septimi, de pratibus & nemoribus, Cap. xxxvi.

**A**erem desiderant prata temperatum aut frigiditati & humiditati proximum. Nam superflua frigiditas impedit generationem herbarum. Et nimia caliditas aut siccitas omnem uigorem consumit, terram desiderant pinguem ad herbarum copiam, sed ad saporositatem requirunt mediocrem, & nimis macram omnino refutant. Aquam desiderant, præcipue pluuialem & calidam, aut lacualem pinguem, sed à gelida ualde læduntur. Sicut optant depressum, ubi continuo sit humor inclusus. Nimis autem profundus non est aptus ad aliquas bonas herbas, sed ad paludales inspidas.

Qualiter prata procurentur, Cap. xxxviii.

**P**rata licet naturaliter per se proueniât, fiunt etiam opere manuali, extirpatis nemoribus, & agrestibus locis, uel complanatis agris aratis, & uittia cum sceni semine satis prata optime procurêtur. Sed omnia impedimenta quæ in eis nascuntur tollantur & herbæ grossæ inutiles post magnas pluuias radicibus euellantur. Prata quæ pluries irrigantur æstate, pluries fructificabunt, & secabuntur in anno. Prata uetusta muscosa radantur & sterilia facta pluries arantur, ac de nouo serantur.

De sceno



De fœno qualiter procreatur & de utilitate eius,  
Cap. XXXVIII.

**F**œnum secandū est tempo-  
re calido ac sereno, cum aë-  
ris siccitas duratura sperat,  
& herbæ ad debitum perue-  
nerunt augmentum, floresq; cõple-  
uerint nec arescere inchoarūt. Fœ-  
num commode sub tecto seruatur,  
uel sub dio præparatum, ne aqua in  
id intrare possit. Fœnū magne uti-  
litatis existit, cum ex eo bestia la-

borantes ac oues toto tempore anni uiuere possint.

De nemoribus qualiter fiunt, Cap. XXXIX.

**N**emora uel naturaliter proueniunt diuersarum arborum secundū ua-  
rietatem terrarum situs & aëris, aut instituuntur ab homine. Qui ne-  
mus plātare intendit, consideret primo situm & naturā terræ, ac aëris  
in qua facere nemus cupit, easq; solum considerat arbores, quæ illi lo-  
co conueniunt, & tandem uotum instituentis adimpleant, propinquas ac distan-  
tes arbores plātet, secundū quod amplius uel minus radices & ramos extēdunt.

Incipiunt regulę octaui libri de uiridarijs & rebus dele-  
ctabilibus, Cap. XL.

**V**iridaria quædam fiunt ex herbis, quædam ex arboribus, quædam ex  
utrisq;. Viridaria herbarum desiderant terram macram & solidam, ut  
herbas subtiles & capillares producant, quæ præcipue uisum delectāt,  
uiridaria circa se habere debent odoriferas herbas diuersorum gene-  
rum, quæ ad delectationē conferāt ac salutē, nam omnis odor est anime suaui-  
simus cibus. Viridaria requirunt à meridie ac occidente arbores bonas ac ra-  
ras, ab oppositis loca patula, ut auram delectabilem habeant, nam umbra mala-  
rum arborum est nociua. Superflua umbra ægritudines generat & aureæ salu-  
bris sanitatem corrumpit. Viridaria debent fieri magna uel parua respectu ha-  
bitu ad nobilitatem, potentiam & diuitias dominorum. In uiridarijs unum-  
quodque genus arborum in sua acie sine admixtione alterius poni debet, ut  
delectationem augeat, ac decorem. Magnæ arbores in uiridarijs distare ab  
inuicem uiginti pedibus in acie debent, parui decem, sed decem acies una ab  
altera poterit quantum placuerit plus distare, arborum acies in uiridarijs fosso-  
rem requirit, exceptis malis, ut possunt diu durare, sed inter unam & alteram  
aciem prata conueniunt. In uiridarijs non debet quis superflue delectari,  
sed tunc præcipue cum serijs necessarijsq; satis fecerit rebus. Viridis & deco-  
ra multarum plantarum satio circa ruris habitacula multam delectationem af-  
fert. Plurimum delectat agros habere magnos & fertiles, qui rectos habeant fi-  
nes ac



nes ac foueis idoneis cingantur, & sepibus bonasq; arbores circum habeant, ac intrinsecus uijs opportunis, arboribus, fonte ac fluentibus riuulis sint ornati.

De delectationibus uinearum & uini, Cap. XLII.

**M** Vitum delectat habere uineta decora diuersorum bonorum generū uuas ferentia. Non omnia quæ de mirabilibus uuarum ab antiquis scripta sunt, per experientiam reperiuntur uera, non ab ociosis peritis omnino spernenda, ne forte uarietas temporum ac locorum, aut imperitia raro probantis experientem decipiat. Plurimum delectat habere uina diuersorum colorum, ac saporum quod non difficile fieri potest, ac uina medicinalia indigentibus satis inueniuntur utilia.

De his quæ circa arbores delectationem augent, Cap. XLIII.

**M** Agnæ delectationis est habere in proprijs locis bonarum arborum copiam, & generum diuersorum, ideoq; indigens pater familias undecunq; deferre debet, uel curare quod ab alio deferatur, & ea in congruis ordinibus inserere uel plātare. Plurimū delectat insitiones habere mirabiles, & in una arbore generum diuersorum, & ideo pater familias diligens hoc procuret, multum delectat arbores bene formatas, & recte stantes habere. Ideoq; curandum est ne tortuose sint, aut ramos nimis deformes habeant, uel depressos. Multæ mirabiles insitiones se ostendunt his qui tentant omnia experiri. Si arboris fructifere scindatur ramusculus & res laxatiua puluerizata, uel cuiuslibet coloris, loco medullæ includatur, in eo fructus acquirat uirtutem uel coloris inclusi.

De delectationibus hortorum & herbarum, Cap. XLIII.

**P** Plurimum delectat habere hortum bene dispositum, ac sufficienti industria cultum. Ideoq; pater familias diligenter procuret eum habere in loco pingui ac soluto. Cui fons uel riuus per discreta spacia defluat, ut irrigari totos possit tempore magni æstus, omnia genera bonarum herbarū in loco habere delectabile atq; utile est.

Incipiunt regulæ noni libri: De animalibus nutriendis, Cap. XLIII.

**A** Ntiquissimis temporibus uiuebant homines ex his solis cibis quæ naturaliter inculta terra ferebat, deinde consequenter cœperunt uiuere agricultura & pastoricia, nunc uero & ex eisdem uiuunt, & ex scientijs scripturarum & artibus infinitis: Singulorum generum animalium domesticatorum, alia in diuersis regionibus adhuc fera cernuntur.

De equis & equabus, Cap. XLV.

**Q** Viequos aut equas emere uult, expedit ut ætatem, genus formā laudabilem, sanitatem & egritudinē, bonitatem & malitiam rectè cognoscat. Equorum & cæterorū animalium indiuisas ungulas habentium, ac cornutorū ætas, dentibus plene cognoscitur. Scaliones ita custodiendi sunt, ut parū equitentē uel nihil, aut aliter fatigent, ac bis in die tantū admitti debēt, si generosos pullos creare uolueris, Equæ prægnātes teneri debēt nō multū

macræ



macrę nec pingues, nec urgeantur, nec famem frigusq; tollerent, nec inter se locis cōprimantur angustis. Equæ generosæ quæ masculos nutriunt alternis tantummodo submittantur annis, ut pullis copiam puri lactis infundant. Admissarius quinque annorum esse debet, sed fœmina bima concipiet. Pullus teneri debet præcipue in loco montuoso, petroso & sicco, & duobus tantum annis matrem sequatur ad pascua. Cum pulli domandi sunt suauiter tanguntur in stabulo, & freno teneantur ibi suspensa, ut assuescāt tangi, & frena uidere. Loca equorum debent in die mūda teneri, & nocte lectus usq; ad genua fieri pro quiete, maneq; tolli, & dorsum tergi ac omnia membra eius, deinde paruo passu ad aquam duci, & in ea usq; ad genua spacio longo teneri, & cum redierit antequam stabulū intret crura tergi, & optime sicari. Completus equus in conuenientibus carnibus est tenendus, ut possit securius equitari. Nam pinguedo nimia & egritudines, & nimia macies debilitatem & deformitatem inducunt. Equus qui sudauit uel fortiter calefactus est, nō debet aliquid comedere uel potare, donec coopertus & paulisper ductus à sudore atq; calore fuerit liberatus. Equo utilis est tempore calido coopertura linea, ppter muscas, & tēpore frigido lanea propter frigus.

De doctrina & morigeratione equorum, Cap. XLVI.

**E**quus qui domari ac morigerari debet, primum adhibeatur frenum leuissimum cuius morsus sit melle uel alio dulci liquore perunctus, & leuiter ducatur ad manum, deinde sine sella leuiter equitetur, & postea cum sella per loca plana, donec frenū & sellam quiete recipere assuescat. Equus cum freno leui & sella leuiter pergere assuetus, debet cum fortiori freno, si oporteat perducere ad agros aratos hora breui & frigida, & instrui ad trotandū primo, deinde ad galopandum breui saltu. Duci etiam in ciuitate per loca fabrilia debet. Cum equus se habuerit conuenienter ad frenum, ad cursum assuesci debet summo mane semel qualibet septimana, usq; ad quartam partem miliarij unius primo, ac postea longiori spacio.

De generali cognitione & pulchritudine bonitatis & malitię equorum, Cap. XLVII.

**E**quus pulcher, corpus habet magnum & longum, & eius magnitudini ac longitudini proportionabiliter omnia membra respondent. Pilus pauius & obscurus à pluribus habetur præcipuus. Equus habens nares magnos & inflatos, & grossos oculos, audax naturaliter reperitur: equus habens costas grossas, & uentrem amplum & deorsum pendentem laboriosus ac sufferens iudicatur, equus habens ampla & extensa garrēcta, & calces turbas, in motu celer & agilis esse debet, equus habens iuncturas crurium naturaliter grossas & pasturalia curta fortis esse censetur, equus habens crura & crurium iuncturas bene pilosas & pilos earum longos, laboriosus existit. Equus habens maxillas grossas & collum curtum, non facile affrenatur decenter, equus habens uniuersas ungulas albas, nunquam duos pedes habebit; equus habens auriculas pendentes



pendentes & magnas, & oculos concauos, lentus ac remissus existit: equus cuius interiora crura semper moueri uidentur malorum est morū, equus mouens caudam superius & inferius, mali est uitij.

De infirmitatibus equorum, Cap. XLVIII.

**A**egritudines accidunt equis in capite, uentre, tergo, cruribus, pedibus ac ungulis, aliquando ex humoribus & sæpe ex negligētia uel mala custodia. Dolores accidunt equis, aut ex superfluitate humorū malorum in uenis sanguinis contentorum, aut ex uentositate ingrediente in corpus equi calefacti per poros apertos, uel intestinis ex uiscosis humoribus orta, aut ex superflua cōmestione hordei, uel alterius tumefacti in stomacho seu uentre, aut ex superflua retētionē uringē uesicā inflantis. His omnibus generale remedium est, quod equus per stabulum cum equa libere permittatur abire. Sal in aceto sufficenter infusum plurimum ualet contra omnem tumefactionem incipientē in dorso. In multis equorum ægreditudinibus coctura ultimum est remedium, sed debet diligentissime custodiri ne cocturam possit mordere, uel ad aliquā rem fricare, quia ex nimio pruritu locum dentibus usq; ad neruos uel ossa morderet. Multa autem signa, quibus cognoscitur in qua parte corporis patiatur equus, ex quibus prænotificari potest liberatio & mors equi, quæ per regulas scripta sunt omnia in fine tractatus equorum, & ideo hic omitto.

De bobus, Cap. XLIX.

**G**radus ætatis bouum sunt quatuor, prima uitulorum, secunda iumentorum, tertia bouum nouellorum, quarta uetulorū. Qui armentorum gregem emere uult, obseruare debet primum ut sint uaccæ ad fructus ferendos ætatis potius integræ quàm imperfectæ, bene cōpositæ, ut omnia membra sint grossa, & inuicem sibi respondeant. Armentis bouum & uaccarum paranda sunt loca hyeme maritima, æstate frigida & opaca montana. Stabulum bouum esse debet arena uel aliquo genere lapidum stratum, aliquatenus de uexū, ut elabi possit humor, & contra partem glaciam, aliquis obsistere debet obiectus. Cauendum est etiam ne angustius stent, aut seriantur, aut concurrant, ac æstate optime sepe clauduntur ne à tabanis & cæteris bestiolis cōcitantur. Debet etiam his semper stratum mulum teneri, quo melius conquiescant. Æstate bis, hyeme semel ducantur ad aquam boues. Sani, fortes, & agiles cognoscuntur, si facile se mouent cum tanguntur, uel punguntur, & habent membra grossa, & auriculas eleuatas. Pulchri autem & fortes generaliter cognoscuntur, si omnia membra grossa sunt, & sibi inuicem bene respondent.

De ouibus, Cap. L.

**O**ues bonæ cognoscuntur ab ætate, si neq; uetule sunt neq; meræ agnæ. Item à forma, si sunt corpore ample, lanam habeant multam & mollē, uillos altos & densos corpore toto. Sanitas ouium cognoscitur, si aperiantur earum oculi, & uenæ sunt rubicundæ ac subtiles, sunt sanæ. Si

Kk uero



uero albæ uel rubicundæ & grossæ, sunt infirmæ. Item si capite in pelle colli & antetractæ, uix trahi possunt, sunt sanæ, si facile sunt infirmæ. Item si audacter uadunt per uiam, sunt sanæ. Si molestæ capite inclinato, sunt ægræ. Oues per totum annū intus & foris sunt rectè pascendæ, stabula idonea ouibus ea sunt quæ non sunt in loco uentoso, in quibus sit solum stramentis idoneis stratum atq; procliuum ut mundari possit ab humiditate urinæ, quæ lanas corrumpit & unguilas scabras fieri cogit. Pascua ouibus utilia sunt, quæ in noualibus uel pratis licioribus excitatur; palustria uero noxia, syluestria damnosa lanat. Salis uero crebra conspersio debet pecoris leuare fastidium.

## De apibus, Cap. LI.

**A**pes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto. Apes optimæ sunt paruæ rotundæ ac uariæ. Sanitatis signa, si sunt frequentes in examine, & si nitidæ, & si opus quod faciunt æquabile est, ac leue minus ualentium signa, si sunt pilosæ ac horridæ, ut puluerulentæ.

## Incipiunt regulæ decimi libri, de artibus quibus animalia capiuntur, Cap. LII.

**O**mnium auium rapacium natura est, ut semper solæ & nunquam uel rarò sociatæ incedant, eo quod in præda nolunt habere sodalem, & omnibus quibus insidiantur cognoscuntur, instinctu naturæ, atq; cum inimicum sentiunt, garrunt & fugiunt, uel se quantum possunt occultant. Aues rapaces si bonis cibantur carnibus, & horis congruis, & iniuria non fit eis, neq; contra earum uoluntatem mittuntur ad aues, à dominis rarò discendunt. Si dominus non sequitur uoluntatem accipitris uel alterius auis rapacis, sed in aliquo contrarium agit, facile ipsum perdit, cum sit indignantis naturæ, ac leuiter irascatur. Falcones tenendi sunt in eo statu pinguedinis, in quo inueniuntur magis audaces & melius capere aues. Omnium rapacium auium eadem est ferè natura. Aues ferè capiuntur cum auibus feris domesticatis, uidelicet accipitre & asturnæ, falcone, ismerlo, gyrfalco, aquilo, gimo, & gimecta. Aues capiuntur retibus diuersorum modorum, uidelicet ad pantheram anates, reti superfluuiū extenso capiuntur grues, cygni, starnæ, ac anseres. Item alio reti anseres & anates in agris & prope aquas. Item parietibus, columbi & turtures, & ferè omnes auiculæ paruæ. Item arolo paruæ aues & magnæ rapaces. Item quodam reti stricto & longo perdices. Aues uarijs capiuntur laqueis in terra constrictis ac in arboribus circa nidos. Aues ferè omnes capiuntur uisco, uidelicet uirgulis ac uiminibus & funiculis ac uiminibus inuisitatis. Aues omnes capi & occidi possunt balistis & arcis, & alijs quibusdam modis. Pisces capiuntur retibus diuersorum generum, uidelicet scorticaria in mari transuersario, in locis fluminum & lacuum spaciolis riualibus, in paruis aquis & in magnis cum nauis. Item tacle & negossa. Itē in uallibus cum cochlearia & degagna, & cū gradellis & paruis reticulis, Item cum cistis & caueis, hamo, spadernis & calce.

PET.



# PET. DE CRESCEN-

TIIS, DE HIS QVAE POSSVNT

singulis mensibus in rure fieri,

LIBER XII.



**I**n superioribus libris plenè tractatū est, sed necessario diffusè de omnibus quæ sunt in rure agenda; sed utile uidetur, memoriale compendiosum facere, quo pater familias ad rura pergens facile scire potest, quid utilitatis & delectationis quolibet tempore facere possit. Et cum modum agendi singula uidere uult, in latioribus & specialibus tractatibus ordine supradicto scriptis congruo facile inuenire ualebit.

De agendis mense Ianuario, Cap. I.

**H**oc mense, præcipue in locis calidis, loci habitabilis aëris & uentorū terræ & situs bonitas uel malitia potest cognosci: licet locis temperatis alijs quibusdam mensibus melius discernatur. Item in locis calidis curiæ atq; domus satis commode poterūt fabricari, & optime possunt arbores pro materia domorum abscindi. Item possunt noua stercore procurari, & uetusta ad agros & uineas trahi, & faba, cicercula atq; uicia seri: Item si agri non sint molles primo proscindi. Item in locis calidis uineæ fimari atq; putari possunt. Item sorba, persica, nuces, amygdala & pruna optime in seminario poni possunt, & arbores gummosæ inferi, & hortus si terra non sit madida fieri. Item in nouis pratis uicia & herbarum semina spargi possunt, & salicū periticæ ac iunci & cannæ, pro uineis incidi, ac nemora & omnis materia tam syluestrium quā domesticarum arborum ignis rescindi potest. Item omnia uasa utensilia & plaustra & quæcunq; in domibus fiunt quaecunq; sit tempus hoc mense congrue fiunt. Item animalia cuncta domestica emi, & syluestria capi possunt, & apes de loco ad locum exportare commode possunt.

De agendis mense Februario, Cap. II.

**H**oc mense ac cæteris omnibus bonitas & malitia loci habitabilis potest cognosci & emi, ac domus & quæcunq; in ipsa & circa ipsam agenda sunt possunt fieri. Item possunt letamina ad agros, uineas, hortos & prata deferri, & cuncta fimari. Item possunt commodè agri proscindi, & in eis faba, cicercula, uicia & quædam alia legumina seri, ac frumenta, siligo, far & spelta runcari, & de ipsis aquæ deriuari, & stramenta in eis comburi. Itē in locis calidis auena & cicer seri, & in temperatis & frigidis roblia siue pisum. Hoc mense locis humidis fieri debet pastinum, sicut cultura ubi uinea est plantāda. Et in locis calidis atq; siccis circa finē utiliter fit plātatio & insitio eius cum incipiunt esse gēme suspectæ, ac nōdum aquoso, sed spisso lachrymantē humore.

Kk 2 Item



Item sit optime putatio uinearum in locis temperatis & calidis, nisi nix multa uel frigiditas nimis intensa prohibeat, quæ qualiter facienda sit plena, docetur in libro quarto de uineis. Item hoc mense cōmode formantur uites ac uitiferæ arbores. Item hoc mense amputandæ sunt uitibus radices inutiles, ac firmandæ. Item palandæ & recludandæ sunt uites, & in locis maritimis & calidis fodiendæ. Item possunt hoc mense circa finem flatibus borealibus uentis nō austrabilibus, ære sereno transuafari uina debilia & coqui, ut à corruptione seruetur. Possunt etiam hoc mense, cum terra non multū sicca uel mollis existit omniū arborum plantulæ, ac semina seri, transplantari, ac inseri, & maxime si iam cortici se uiridis succus infuderit. Item possūt arbores putari, formari, & ab omnibus superfluis ramis, siccis, scabiosis & inutilibus liberari. Itē rosaria & canneta noua insitui ac plantari. Item debent hoc mense, si terra nō est sicca uel mollis fieri horti, scilicet ligonifari uel aliter fodi, firmari, & ex omni genere herbarum quæ uere terræ tempore mandantur seri. Ut sunt allium, atriplices, anisum, anethū, appium, absinthium, artemisia, abrotanum, blitū, basilicon, caules, cepæ, fœniculus, cataputia, liquiritia, lactuca, mēta, porrum, papauer, petroselinum, pastinaca, & cæteræ herbæ. Ac etiā medicinales herbæ syluestres possunt seri hoc modo in hortis & alibi. Item hoc mense plantari & curari possunt siccæ de uiminibus uel spinis, & alia materia sepes fieri, curiarum, agrorum, uinearum atq; hortorum. Item hoc mense plantari & seri possunt nemora ac salices tam domesticarum quàm syluestrium. Item uiridaria ac cætera delectabilia, quæ in octauo libro clare scripta sunt, hoc mense cōmode fiunt. Item hoc mense armenta equorum & asinorum ac bouum: item greges ouium, caprarum & porcorum emi ac procurari cōmode possunt, & leporaria cōmode fieri ac piscinæ, ut plene in libro nono tractatum est. Item pauones, anseres, gallinæ atq; columbæ, quia hoc mense calere incipiūt & cubare procurari debent, ut superius scripsi. Item possunt hoc mense apes emi, & debent pluries fumigari, & ab omni putredine liberari, & mali reges occidi, & cætera fieri quæ plenissimè scripta sunt in tractatu ipsarum. Item hoc mense accipitres, & falcones optime procurari, ac circa finē ipsius in muta poni. Possunt etiam hoc mense capi feræ bestię, aues & pisces uarijs & diuersis ingenijs supra scriptis.

De agendis in mense Martio, Cap. ii.

**H**Oc mense locis temperatis optimè profcinduntur agri, si in eis superflua humiditas est consumpta & terra iam ad æqualitatem inter humiditatem & siccitatē peruenit. Item seritur auena & cicer, & canabum circa finem, & faba in locis frigidis, & in temperatis in initio loco pingui, & quæ Ianuario sata fuit nunc runcatur cum quatuor foliorum existit. Item runcatur & herbis mundatur frumentum, spelta, hordeum. Item hoc mense seritur milica & milium, panicum & faseoli seri possunt. Item putantur & inseruntur uites circa initium, et releuantur, deinde ligonifentur, cum terra fuerit temperata. Item colliguntur et plantantur uites hoc mense, atque propagantur



gantur & renouantur. Item transuafantur uina sereno aëre, & borea flante. Coquantur etiam debilia, ut seruentur melius, ne uoluantur, & optime impleantur uasa posita in penu frigida, & clauduntur ut parum spirent ne acetosa fiant. Item hoc mense plantari, transplantari, & circumfodi possunt omnes arbores, ac inferi quæ gummi carent. Item hoc mense pastinantur horti & simant & in eis serunt omnia semina specificata in Februario mense, ac etiã cucurbitæ, melones, cucumeres, & citrulli circa finē, ac etiam saluia plantat hoc tempore, ramulis in terram infixis. Item locis frigidis prata purgari debent, & temperatis ac calidis custodiri. Hoc mense præcipue comparandi sunt equi & equæ, boues & uacæ, uerres & scrophæ, ac facienda armenta & greges, & masculi sceminis admittendi. Et domandi sunt aluei à uermiculis & omni immūdicia. Itē hoc mense accipitres & astures munitæ magnis gabijs sunt ponendi, & bouis carnis nutriendi. Item hoc mense possunt capi bestię aues & pisces, nisi sint tales quæ solum temporibus frigidis uel niuium capiuntur.

## De agendis mense Aprili, Cap. IIII.

**H**oc mense proscinduntur pingues agri, humidi, qui diu aquā tenent, & sicci secunda uice arantur. Item seritur commode cicer in locis frigidis, & canabum & milica in locis temperatis circa principium. Item fossio uinearum in locis frigidis temperatis circa principium. Itē fossio uinearum in locis frigidis & etiam temperatis, uina non debilia commode transuafari possunt. Item hoc mense mala punica possunt seri. Item ipsa possunt inferi, & persicus inoculari, ut Palladius ait. Item hoc mense locis calidis tōduntur oues, & sero tam fœtus signantur, & arietes admittuntur ad oues, & equi & asini ad equas & asinas. Item debent omnes arborum plantulæ hoc mense ab animalium aggressu diligenter tueri. Item hoc mense cōmode seruntur cucurbitæ, citrulli, cucumeres & melones, & cæterę herbe, si rigari possunt, ut Palladius ait. Item columbis locis iam aratis danda est esca, quia parum in agris inueniunt unde uiuant. Item secundum Palladium quærēde sunt apes, & aluei purgandi, & papiliones necandi, qui nunc abundant, florentibus maluis. Item hoc mense sicut alijs æstiuis mensibus possunt capi bestię, aues & pisces.

## De agendis mense Maio, Cap. V.

**H**oc mense pingues agri, & qui diu aquam tenent, proscinduntur, cum omnes herbas protulerint, & eorum semina nondum maturitate firmata: & sicci possunt secunda uice arari. Nunc omnia quę sata sunt prope florent, nec tangi à cultore debent. Item in locis frigidis & humidis nunc seruntur faseoli, milium & panicum. Item hoc mense, ut dicit Palladius, materia cedenda est, cum sylua est omni fronde uestita. Item seminaria fodiuntur assidue, & uinæ secūda uice, ac etiã pampinant. Item in locis prægelidis ac pluuiosis putantur oleę, & eius muscus abradat, ac si quis lupinum stercoreandi



agri causa seminavit, nunc debet euertere. Hoc etiam mēse, ut idem scribit, locis calidis emplastrari persicus potest, & citri arbor inferi, & similiter ficus, & disponitur planta palmæ. Nunc etiam agrorum spacia quæ per autumnum seminibus implenda destinant, aut plantis conuenit pastiri. Item hoc mēse seritur coriandrum & appium & melones, citrulli, cucurbitæ & cucumeres & cardui & radices & ruta pangetur: porri quoq; planta transfertur, ut irrigationibus animetur. Et optime caules & cepe transferuntur hoc mense. Item seritur portulaca, & quocunq; tempore seratur, calido tempore tantum nascitur. Hoc mense locis maritimis & calidis recidamus scœna priusquã exarescât. Quod si pluuijs infusa fuerint, non ante conuerti debēt, quã pars ipsorum summa siccet. Item hoc mense castrari debent uituli, & ouium celebrari tonsura. Item coagulatur lac, & fit caseus modo prædicto. Item (ut ait Palladius) debent nunc occidi reges apum, qui græcis *κρημν* uocantur, qui hoc tempore nascuntur in extremis fauorum partibus. Item papiliones necandi sunt modo prædicto.

De agendis mense Iunio, Cap. VI.

**M**ense Iunio præparanda est area, & omnia stramine, fimo & puluere optime liberanda. Nunc seri potest milium & panicum, nunc hordei messis primo recipitur: postea circa finem tritici messis expletur in locis calidis, & in temperatis incipitur. Nunc in frigidissimis locis quæ Maio prætermissa sunt faciemus: agrosq; proscindimus herbosis locis ac frigidis uineta aptabimus, colligemus uiciam, scœnum græcum refecabimus ad paululum. Item hoc mense peragenda erit leguminum messis, nunc & faba luna minuentur, & excussa & refrigerata reponetur. Lupinus etiam hoc mense colligitur, nunc pira uel mala ubi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt omnia uitiosa. Hoc mense ramus punici potest intra fictile uasculum claudi, ut ad eius magnitudinem poma reddat. Item hoc mense sicut in Iulio fit insitio, quæ dicitur emplastratio in piris, & malis, & ficibus, & oleis, & cæterorum, quibus in cortice pinguis succus extiterit. Item hoc mense optime seritur borago & portulaca, & aliæ multæ herbæ, si possunt irrigationibus adiuuari. Hoc etiam mense secantur optime prata flore compleo & non exiccato: hoc etiam mense uituli recte castrant, & caseus cōficiunt, & oues in frigida regione tōdunt. Itē hoc mēse aluearia castrabunt, si multū mellis habuerunt & mel cōficiuntur & cera. Hoc etiam mense noua egrediuntur examina: ideoq; custos debet esse semper attentus ne fugiant præcipue usq; in octauam uel nonam horam, & semper debent esse aluearia præparata & ea colligere debet ac in suo loco collocare, ut in suo tractatu dictum est plene.

De agendis in mense Iulio, Cap. VII.

**M**ense Iulij agri proscissi secunda uice arandi sunt, nunc locis temperatis tritici messis & leguminū nondū expleta, complet. Item syluestres agri utilissime extirpant radicib. atq; uirgultis. Item gramē & filicem ante



ante caniculares dies optime dissipamus. Itē circa finē optimē serunt rapē ac napi. Itē nouellæ uites mane ac uespere, calore deposito, debēt effodi & aduerso gramine puluerizari. Item hoc mense arbores quę in messe steterāt sectis messibus obruant, & circa ipsas propter solis calorē fiat aggregatio terre. Hoc mēse locis humidis inoculari ficus potest, & inseri citrum, nunc etiam post emplastratio celebrari, & pirus & malus locis frigidis inseri. Itē poma uitiosa quę nimis ramos onerant, debent legi. Item potest plātari talea citri si irrigationib. adiuuetur. Nunc locis temperatis amygdala sunt colligenda, hoc tempore uaccę submittendæ sunt tauris, & arietes admittendi. Item hoc mense circa principium omnia prata secanda sunt, in quibus herba non prius ad maturitatem peruenit.

De agendis in mense Augusto, Cap. VIII.

**M**ense Augusto sunt agri tertia uice arandi. Item in suo principio possunt seri post primam pluuiam rapæ radices & napi & lupini ut uinetas & terras impinguēt. Item in principio & ante linū euellet, & campi cum maturato calore flauescāt, & ex his possunt excuti semina & mārari si placet, & aliter ut opus fuerit procurari. Itē circa finem eius colligit milica quæ tūc inuenitur matura. Et ficus colliguntur & siccant & nuces & cæteri fructus arborum, qui maturi sunt & consumuntur, & recondunt seruandi. Item locis frigidis pampinantur uites, & in calidis potius obūbrantur uue, ne in sole arecant, nūc etiā agrestū fieri potest. Itē dissipare frequēti aratione gramē & silices. Itē hoc mēse possunt emplastrari arbusta, & pirus inseri, ut Palladius ait. Itē hoc mense possunt inuestigari aquæ ubi desunt & probari, & putei fieri, & similiter aquæ ductus commode fabricari, ut Palladius scribit. Itē post mediū huius mensis optimē serunt caules, ut cum modicum cōualuerint, transferantur.

De agendis in mense Septembri, Cap. IX.

**A**quæ ductus, cisternæ & putei mense Septembri commode fiunt. Item pinguis ager & qui diu consuevit habere humorem, tertia uice arabit nunc ager humidus, planus, exilis secunda uice aratur & seritur, cliui graciles nunc primum arandi sunt, & serendi circa equinoctium, nunc agri ster coradi sunt, in colle spissius, & in campo rarius, præcipue cum luna minuit. Hoc mense uliginosis locis atq; exilibus aut frigidis aut opacis circa equinoctium triticum seritur & spelta, dum serenitas constat. Item in locis calidis nunc seritur linum, quod uernum uulgariter dicitur. Item colligitur & reponitur hoc mense milica, quam aliqui saginam uocant, & circa principium in alpiibus seritur siligo, & circa finem eiusdem mensis anno sequenti fit messio eius. Itē seritur hoc mense circa initium lupinus impinguandi causa, & ubi creuerit eueratur. Serit etiā circa finē farrago in ster corato loco, pabuli causa. Itē in locis temperatis circa principium pampinant uites & frondibus denudant, & postmodū uindemiæ fiunt, & quæcunq; ad uindemias spectant, & uuæ seruandæ possunt siccari, & sapa defrutum & carenum fieri. Item colligunt fructus arborum qui tunc maturitatē fatentur; nunc papauer seritur calidis locis & siccis. Item hor-



torum spacia quæ uere seminibus implenda sunt, nunc alte fodienda sunt, & ster-  
coranda, decrescente luna. Item in principio seruntur optime caules, & circa si-  
nemallium, anethum, lactuca, & bleta, & radices seri possunt in locis siccis. Itē  
hoc mense possunt prætanaua formari extirpatis prius radicibus spinis, & fru-  
tetis atq; arboribus & herbis latis & solidis: Item uetera à musco purgari & ue-  
tustissima corrupta arari, & denuo prætanaua formari. Item hoc mense con-  
quassantur apes uetustæ, & fit mel & cera. Item hoc mense cum accipitribus  
præcipue capiuntur quales ac perdices.

De agendis in mense Octobri, Cap. x.

**M**ense Octobri possunt fieri putei & fossata cauari. Item hoc mense  
letamina portantur ad agros, & seritur optime in temperatis locis  
frumentum, siligo, hordeum, far & spelta, lupinum & linum. Item fit  
commode uindemia, ubi non est facta mense Septembri, & præcipue  
ab his qui maturum nimium habere desiderant, & condiuntur, & diuersifican-  
tur, in sapore & colore uina. Hoc extremo mense ubi calidi & sicci aëris quali-  
tas est, ubi exilis & aridus campus. Vbi collis præruptus aut macer, ponuntur  
commode uites, nunc locis siccis, calidis exilibus, macris, arenosis, apertis quæ  
cunq; de pastinatis, de uitibus ponendis, putandis, propagandis, reparandis uel  
arbusto faciendo, antedicta sunt, nunc rectius fiunt, ut contra elixitatem glebæ  
ac aëris siccitatem hybernis imbribus adiuuent. Hoc mense præcipue circa si-  
nem ablaqueanda est omnis nouella uitis, ut amputentur radices superuacue,  
& si placida ibi est hyems uites relinquamus apertas, si uiolenta, operimus ante-  
quam ueniat gelu. Si præfrigida, aliquantulum columbinistercoris circa uiti-  
culas apponatur. Hoc mense locis calidis & aptis instituuntur oliueta, & semi-  
naria fiunt, & omnia quæ ad alias pertinebunt. Item riuus ac fossæ purgantur.  
Item plantantur cerusa ac piri ac mali & ceteræ arbores, quæ frigus non timet  
commode plantari, & de loco ad locum transferri possunt, maxime in locis sic-  
cis & calidis, sorba & amygdala in seminario ponunt, & semina poni spargunt.  
Item hoc mense fiat pastinum hortorum serendorum in uere ac etiam nunc se-  
runtur in hortis, allium, anethum, spinachia, plantæ cardui, sinapis, malua, cepæ,  
menta, pastinaca, cuminum, origanum, & cappares. Item boleta in locis siccis.  
Item dicit Palladius, quod porrum uere satum nunc fertur, ut crescat in capite  
& assidue circumfodiatur. Item hoc mense tollitur apibus mel superfluum cum  
fauis, & omnis cera corrupta.

De agendis in mense Nouembri, Cap. xi.

**M**ense Nouembri locis calidis seritur optime triticum, circa principi-  
um & hordeum & siligo. Et circa finem, faba in stipulis non aratis. Et  
linum atq; lenticula hoc mense seruntur. Item hoc toto mense calidis  
locis & siccis uitium est positio celebranda, & propago recte duce-  
tur. Et locis frigidis nouellas uites & arborum plantas circumfodere atq; ope-  
rire con-



rire conueniet, & macras stercore. Nunc ac deinceps usq; donec terra congelatur uinea uetus, quæ est in solo robusto, quæ integro trunco sit ablaqueata si-  
mo facietur, & angustius putata intra tertium uel quartum pedem à terra uiri-  
dissima corticis parte mucrone seriatur, ac fossa frequentius incitetur, ut ibi ma-  
teriam fundat, qua reparetur. Nunc autumnalis putatio celebretur in uitibus &  
arboribus, maxime ubi tempore incitatur, hoc etiam mense cum oliua cœperit  
esse matura colligitur, & oliueta putatur summitates nimis altæ recidunt, quod  
etiam in mespilis, ficu & persicis & coctanis est seruandum. Item hoc mense po-  
nuntur commodè oliueta, & seruntur persici ossa, & pira calidis & siccis regio-  
nibus, & omnibus fere locis prunorû ossa. Item hoc mense seritur castanea plan-  
tis ac semen. Item calidis locis ac siccis ponimus plantas syluestras inferendas,  
pirorum & malorum & malipunci & citonei & citri & mespili, fici, sorbi, cera-  
si & mori taleas & amygdali semina. Item hoc mense magnæ arbores transfe-  
runtur locis calidis & siccis & apertis, truncatis ramis, illæsis radicibus, & mul-  
to stercore ac irrigationibus adiuuentur. Item hoc mense materies ad fabricam  
cædenda est, cum luna decrescit. Item hoc mense arietes admittuntur ad oues,  
ut fœtum primi ueris fouere possit exortum, & similiter hirci ad capras admit-  
ti debent. Item hoc mense diuersimode capiuntur syluestres bestię. Item aues  
& pisces.

## De agendis in mense Decembri, Cap. XII.

**M**ense Decembri potest seri faba, quæ post hyemem tantum nascet.  
Item caditur optimè materia pro domibus, & cæteris lignèis ope-  
ribus faciendis. Item cæduntur syluæ ac rami superflui arborum, &  
sepes uirides pro igne. Item cæduntur perticæ & cannæ pro uineis  
& parantur, & fiunt pali, & iunci similiter pro uineis cædi possunt & ex uiminibus  
fieri possunt corbes, & cistæ & cauæ, multaq; alia utēsilia opportuna, & se-  
pes siccæ. Item hoc mense diuersis ingenijs capiuntur bestię feræ, &  
præcipue canibus tempore niuium. Item aues auibus ra-  
pacibus domesticatis, & retibus diuer-  
sis ac uisco &c.

LIBRORVM XII. PETRI CRESCEN-  
tensis de agricultura omnibusq; plantarum, & anima-  
lium generibus, FINIS.



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

B A S I L E Æ

PER HENRICHVM PETRI,

MENSE MARTIO, ANNO

M. D. XLVIII.

Large block of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Large block of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.







